




**Pandulphi Collenutii iurisconsulti Pisaurensis Historiae
Neapolitanae ad Herculem I : Cui accesserunt, praeter
prouinciarum, vrbium, oppidorum praecipuarum arcium,
principum, episcopatum, ducum, comitum, baronum,
nobilium familiarum nomenclaturam, totius etiam regni
cosmographica tabula.**

<https://hdl.handle.net/1874/422578>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

S. qu.
360






Manuscript

Collection


90
E








Historia Gentium
Quarto. n°. 360.


gerüstet 7.12.01














PANDVLPHI

COLLENTII IVRIS

CONSVLTI PISAVRENSIS

HISTORIAE NEAPOLITANAÆ

AD HERCVLEM I. FERRARIAE
Ducem Libri VI.

*CVI ACCESSERVNT, PRAETER PROVINCIA-
rum Urbium, Oppidorum præcipuarum Arcium, Principum, Episcopatum,
Ducum, Comitum, Baronum, Nobilium familiarum nomenclatu-
ram, totius etiam regni Cosmographica tabula.*

Omnia ex Italico sermone in Latinum conuersa.

IOANN. NICOL. STVPANO RHETO

Interprete.

ad

BEATVM CVRIENSEM RHETO.

rum Episcopum.

Cum Gratia & Priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis.

BASILEAE,
APVD PETRVM PERNAM

M. D. LXXII.



*Ex donatione Hub. a
Zuesel.*

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,
ET REVERENDISSIMO IN CHRISTO

PATRI DOMINO BEATO RHETHORUM
Episcopo, Domino suo clementis-
simo, Salutem.



VI historiam laudant, BEATE princeps Illu-
striss. illius fini potissimum innitiposse videntur.
Si enim ad quodlibet Reipub. munus ad-
ministrandum, eos viros semper deligi cupimus,
qui ex longo rerum usu singularem quam-
dam peritiam industriamq. sunt consequuti: & historia am-
plissimo exemplorum theatro, ceu rerum singularum experi-
mentis unumqueng. hominem magnopere erudire potest: an
non singulare quoddam praestantissimumq. compendium ipsa
fuerit, quo breui tempore tantam rerum cognitionem compa-
rare queas, quantum ne multis quidem seculis ex ipso rerum
usu consequaris? Sapientiam sanè, ut ille ait, usus quidem ge-
nuit: mater verò peperit memoria. Quamobrem erunt sapien-
tissimi illi, qui non vnius aetatis aut urbis, sed omnis cui om-
niumq. gentium facta euentusq. in recenti memoria positos
habent. Atq. haec quidem argumenta ex ipsa rationis vi pro-
ficiscuntur: quibus si experientiam subscribere intelligas, non
possis illis vltro modo fidem non habere. Considera ergo vel illud
vnum, quod de L. Lucullo Cicero scribit. Is cum ad bellum Mi-
thridaticum proficisceretur, rei militaris omnino rudis erat: ni-
hilo minus tamen inter nauigandum peritiores quosq. inter-
rogando, & res gestas aliorum legendo, tantum profecit, ut cum
in Asiam peruenisset, in omni genere belli maximus fuerit:
iamq. ipsius etiam Mithridati Regis iudicio, omnib. omnium
seculorum Imperatoribus anteferretur. Rectè ergo & Ale-
xander Seuerus Imperator, quoties sibi de bellicis negotijs deli-
berandū esset, peritos historiarum homines in primis consule-

EPISTOLA

*Lat: eundemq; imitatum esse, arunt etiam, superioribus an-
 nis magna cum Imperij Romani utilitate D. Max. Imperato-
 rem inuictiss. in Hungaria. Nam cum multis aduersus Tur-
 cas dimicandum esse videretur, ille iurifconsultorum & Hi-
 storiorum consilio monitus, satius esse duxit, hostem, quò mi-
 nus ulterius progredi posset, tutò prohibere, quàm dimicando
 vniuersum orbem Christianum in discrimen adducere. Hac
 atq; eius generis plurima alia in historia laudè iure dicuntur:
 que sicuti vniuersalia sunt, & ad omnes historias pertinent:
 ita non incommodè mihi disputari quoq; posse videtur de i-
 psis particulatim differentijs. Nam cum de varijs rebus va-
 ria multiplicēsq; historia scribātur, non existimo sanè ex qua-
 cunq; tandem æqualem utilitatem ad lectorem posse deriva-
 ri. Ergo recentès ne an vetustæ historia magis Lectori condu-
 cant, primùm quis meritò quæsuerit: idem etiam deinde ma-
 gis de singulis veterum recentiumq; speciebus. Nam si rerum
 ipsarum naturam consideres, quæ historica narratione expli-
 cantur, non dubium est, quin vetustissima quoq; dicta factaq;
 cognitu maximè necessaria existimes: cuius finodi sunt que de
 prima rerum totiusq; mundi origine, de Dei erga genus huma-
 num & voluntate, præceptis legibusq; viuendi primis Rerū pub-
 formis & Imperiorum successione traduntur. Nam hæc veluti
 prima fundamenta sunt bonæ institutionis, recteq; viuendi
 præcepta: quibus neglectis, nemo vnquam ad publicarū nec pri-
 uatarum rerum administrationē rectè accessit. Quòd si præte-
 rea antiquissimarum harum rerum simplicitatem, candorem-
 que spectaueris, quòd sine vllò animi affectu, sine odiij amici-
 tiæq; metu enarrantur, facile illa recentibus & nuper gestis
 rebus antepones. Hæ namq; præter id quod sæpenumero ab hi-
 storicis odio, amicitia, ac metu condiuntur, & propter hosce af-
 fectus deinde multa omittuntur, refecantur, augentur, mi-
 nuuntur: aliud quoque maiusq; incommodum secum afferūt.
 Nā sæpe reuocant in animum Lectori odia & inimicitias, pro-
 pter quas ille non modò de eo quod factò opus sit, non eruditur:*

N V N C V P A T O R I A.

verūmetiam ad agendum aliquid inconsultè permouetur. Cuius rei exempla etiam si plurima producere possem, tamen hoc unum sufficiet, quod legimus in Commentarijs C. Caesaris de bello Gallico. Nam cum Heluetij in Galliam profecturi ab illo peterent, iter tutum sibi per prouinciam concedi negauit ipse ea tantum de causa, quod memoria teneret, L. Casium Consulē ab illis antea casum pulsūq; fuisse. Quā quidem in re declarauit, se ex rei gestæ recordatione non tam institutū fuisse ad prudenter agendum, quā permotum ad iniuriam vindicandam. Ac si res minus prosperè successisset, non modò nihil profuisset historiae cognitio, sed magnum potius detrimentum attulisset. At non desunt tamē etiam in contrariā partem argumenta quod hanc odij recordationem, aliosq; huiusmodi animorum motus, nō tam rei nuper gestæ memoria, quā male institutus Lectoris animus pariat. Eum enim qui ex historiarum lectione erudiri cupit, sic existimamus animo affectum esse debere, ut qui euentus, ex quibus causis oriuntur, diligenter animaduertat, eaq; deinde conferat cum ijs, quæ ei etiam quotidie accidere consueuerunt, similesq; semper euentus ex similibus causis, & ex contrarijs contrarios ratiocinando concludat. Ad quem scopum si animū intenderis, non modò te non permouebunt rerum nuper gestarū narrationes ad aliquid imprudenter vindictæ causa faciendum: sed potius proposito periculo dehortabuntur. Quòd si veritatis quoq; rerum quæ narrantur, rationem habendā esse contendas: eam ego non minus in antiquis quā nouis historijs, proh dolor, fuisse etiam quandoq; esse affirmauero: nam qui eo tempore scribebant, ijsdem animi motibus subiecti erant, quibus ij sunt, qui nostra ætate res gestas literarum monumentis committunt: & ut cetera taceamus, quanta quæso apud historicos veteres cōcertatio est, vel de ipsius Vr̄bis Romæ primâ origine? Salustius eam à Troianis conditam esse scribit, qui Aeneam Ducem sequenti, sese Aboriginibus conuixerint. Luitius eam à Remo & Romulo exordiu habuisse asserit. Sempronius ab Atlantis filia (qua

EPISTOLA

itidem Roma diceretur) extractam fuisse memorat. Fabius
 Pictor testatur eam à Saturno conditam esse: & Dionysius de-
 nig, cum in hisce, tum reliquis ad Urbis extructionem perti-
 nentibus, ab alijs omnibus infinitis modis differt. Ut hinc ma-
 nifestum sit, si veritatem in historijs requiras, te eam in nouis
 quàm vetustis illis, facilius inuenturum. Quamuis enim hoc
 nostro æuo aliquis odio aut amicitia permotus, quippiã aliter
 ac re vera haberet, enarrãrit: tamen non defuerunt deinde a-
 lij, qui ista omnia compensarunt, ut ex multorum compara-
 tione non ita difficile sit veritatem inuestigare. Exempla ve-
 rò historica omnis generis, quibus vtuntur Oratores, plurimũ
 sanè momenti habent ad persuadendum: sed longè magis ta-
 men recentia, quòd notiora sint ac propè domestica. Quamob-
 rem cernimus, Ciceronem etiam summum Oratorem, atq; hi-
 storiarum peritissimum, exemplis vti ad persuadendum, qua-
 e sua etate minimè remota sint. Iam verò si velis, etiam ad
 maiorem vsum ex historia comparandum, conferre inter sese
 res, nostra aut patrum nostrorum memoria gestas, cum anti-
 quissimis illis, deprehendes earum singulas, ut propiores no-
 stris temporibus fuerunt, ita magis quog; similes esse ijs, qua in
 vita nobis etiamnum euenire quotidie consueuerunt: ac pro-
 inde longè vtiliorem esse nouarum quàm vetustissimarum hi-
 storiarum lectionem. Quòd vt facilius intelligas, singe quem-
 piam rei militaris studiosum esse, qui ex historijs optimã quan-
 dam instruendæ aciei & committendi prælij rationem doceri
 cupiat. Num is rectè tibi facere videbitur, si fortè vetustissi-
 mas quasq; historias legat, & quem pugnandi modum anti-
 quos iam olim in suis bellis habuisse comperiet, eũ imitari hoc
 nostro seculo conetur? Mihi sanè non ita videtur: ne si ipsi
 Caium Casarem, aut Pompeium, summos Imperatores, & rei
 militaris peritissimos imitaretur. Est enim alia ratio armorũ
 nunc, alia castrorum, munitio, & omnium bellicorum ap-
 paratum: quamobrem nõ veteres in eiusmodi re, sed ij potius
 consulendi sunt, qui res nostra & patrum nostrorum memo-
 ria

N V N C V P A T O R I A .

ria gestas explicarunt. Quod quidem sicuti hac in re faciun-
dum esse intelligis: ita quoque, si reliqua animo percurras, aut in
omnibus, aut plurimis eandem rationem esse comperies. Haec
multaque alia de hac re possunt in utramque partem disputari:
sed praestat motos componere fluctus, & quid de huiusmodi re
sentiendum sit explicare. Ego sane exempla ex historijs desum-
pta, nec nouitatis, nec vetustatis ratione magis permouere Le-
ctorem, aut de eo quod factum opus sit, erudire existimo: sed ea po-
tius ratione, qua de eorum primum quidem veritate certissi-
me, deinde etiam qua similia sunt ijs, in quibus versamur, &
erudiri cupimus. Itaque omnis generis historia ei legenda, qui
velit magnum rerum usum sibi comparare: eo tamen (mea qui-
dem sententia) adhibito discrimine, ut praeter ceteras illas vnus-
quisque praeserat, quibus explicantur res tales, cuiusmodi edoce-
ri cupit. Theologi igitur sacras in primis Bibliorum historias, Vi-
tas patrum, Martyrum, totius Ecclesiae ac populi Dei dicta fa-
ctaque ante oculos praeter reliquis omnibus posita habebunt. Philosophi
etiam philosophorum excellentium, Medici Aesculapiorum,
Iuris consulti politicorum praestantium, Imperatores Ducum
militarium, & reliqui similiter reliquorum, in suo quique ge-
nere excellentium exempla sibi proponunt, ad eaque vitam et a-
ctiones suas conformabunt: reliqua tamen non omnino negli-
gent, quod omnia tandem societatis quodam vinculo continen-
tur. Sed iam ad te venio, BEATE Princeps Illustrissime,
& ex magna historicorum caterua, offero tibi vnum hunc
Pandulphum Colleenutium, nostra opera varias res Latino ser-
mone explicantem: veteres scilicet & nouas, belli pacisque, nego-
tia, quibus equidem ad hanc nostram politicam atque ecclesia-
sticam vitam, nihil utilius aut iucundius esse posse existimo.
Nam quod ipsas res primum attinet, eas ab hoc Scriptore bre-
uiter quidem, sed tanto candore tamen explicari scio, ut
contra Leges historicas nihil omnino peccarit. Quam-
obrem praeter id quod plurimas maximasque res in breue

EPISTOLA

compendium cōtraxit, paruaq; tabella pietas ante oculos sub-
iecit: multa quoq; ijs temporibus gesta annotauit: attestanti-
bus nobis clarissimis viris, qua aly odij aut amicitia metu pla-
nè omiserunt. Spero autem te, Princeps Illustrissime, hæc omnia
à me eo candore, eaq; beneuolentia accepturum, que hanc tuã
Reuerentiam et regiam propè magnificentiam decet: quod cer-
tè si te facturum intellexero, animum ad longè maiora tuo
nomine suscipienda conuertam. Vale.

T. C. D.

Io. Nicol. Stupanus Rhetus,
Philosoph, & Medicus.

CATHALOGVS
 PROVINCIARVM, VRBIVM,
 OPPIDORVM, ARCIVM PRÆCIPVA-
 RVM, NEC NON PRINCIPVM; EPISCOPA-
 tuum, Ducum, Comitum, Baronum, Nobiliumq;
 familiarum, quæ in regno Neapolitano iam
 sunt, vel antea quoq; floruerunt.

Omnia eo ordine usq; nominibus expressa, quemadmodum nostra
 memoria appellantur & distinguuntur.

VRBES, VILLAE ET ARCES PRÆCI-
 puæ, quæ in Leborijs sitæ sunt.



<i>cerra.</i>	<i>Belomontium</i>	<i>Castrum nouum S.</i>
<i>Aqua</i>	<i>Bractium</i>	<i>Germani</i>
<i>funda-</i>	<i>Caianellum</i>	<i>Castrū nouum S.</i>
<i>ia</i>	<i>Caiazam</i>	<i>Vincentij</i>
<i>Ailanum</i>	<i>Caiuanum</i>	<i>Castrum vetus</i>
<i>Alisse</i>	<i>Calurum</i>	<i>Castellucium</i>
<i>Atinum</i>	<i>Campagnum</i>	<i>Castrociola palacia</i>
<i>Aluignanum</i>	<i>Camplium</i>	<i>Cerritum</i>
<i>Aluigranellum</i>	<i>Campus Melitus</i>	<i>Cerrum</i>
<i>Aluunum</i>	<i>Caninum</i>	<i>Ceruuarum</i>
<i>Amerusum</i>	<i>Capua</i>	<i>Cicala</i>
<i>Aquinum</i>	<i>Carinola</i>	<i>Ciccianum</i>
<i>Arceum</i>	<i>Casalueri</i>	<i>Ciorlanum</i>
<i>Arienzum</i>	<i>Caserta</i>	<i>Ciuitella</i>
<i>Arpinum</i>	<i>Caspulum</i>	<i>Cocora^zium</i>
<i>Auella</i>	<i>Castrum ad mare</i>	<i>Collis S. Abadie</i>
<i>Auersa</i>	<i>vulturum</i>	<i>Collis S. Magni</i>
<i>Bagnulum</i>	<i>Castrum honoratū</i>	<i>Conca</i>
<i>Baia</i>	<i>Castrum forte</i>	<i>Crapjata</i>
<i>Baianum</i>	<i>Castellonium</i>	<i>Cruianum</i>

<i>Dragonium</i>	<i>Massa inferior</i>	<i>Riardum</i>
<i>Ducenta</i>	<i>Mastrata</i>	{ <i>Euandri</i> <i>Gulielmi</i> <i>Mondra-</i> <i>gonis</i> <i>Monfinia</i> <i>Piporoccia</i> <i>Rainola</i> <i>Ravinola</i>
<i>Durrazanum</i>	<i>Melizzanum</i>	
<i>Faichium</i>	<i>Mignanum</i>	
<i>Feundum Cerra</i>	<i>Mognanum</i>	
<i>Fontana</i>	<i>Mola</i>	
<i>Formicola</i>	<i>Mons Aquilo</i>	
<i>Fossa caca</i>	<i>Montanarum</i>	
<i>Frasum</i>	<i>Monticellum</i>	
<i>Fratta</i>	<i>Morrone</i>	
<i>Fundi</i>	<i>Nola</i>	
<i>Caieta</i>	<i>Ottaiantum</i>	<i>Rocheta, hoc est, Ca-</i>
<i>Galinarium</i>	<i>Palma</i>	<i>stellum Abbatia</i>
<i>Gallucium</i>	<i>Pastas</i>	<i>S. Ambrosium Ab.</i>
<i>Gioia</i>	<i>Pastena</i>	<i>Sanctandream</i>
<i>Guardia S. Fra-</i>	<i>Pes montis Abatia</i>	<i>Sanctangelum Ra-</i>
<i>mundi</i>	<i>Pes montis Alifai</i>	<i>uisanium</i>
<i>Iscchia In-</i>	<i>Petra molara</i>	<i>Sanctangelum In-</i>
<i>sula</i>	<i>Petra Vairana</i>	<i>todiceum</i>
<i>Itriam</i>	<i>Petra rupta</i>	<i>Sandonatum</i>
<i>Larinum</i>	<i>Planiscum</i>	<i>S. Elia</i>
<i>Laurum</i>	<i>Picum</i>	<i>S. Felicis</i>
<i>Lenola</i>	<i>Picum solare</i>	<i>Sangermanum</i>
<i>Liuiata</i>	<i>Pizzonium</i>	{ <i>Ioannis P-</i> <i>ricarici</i> <i>Geor. Ab-</i> <i>batia</i> <i>Laurentij</i> <i>Lauri Zelli</i> <i>Maria Oli-</i> <i>uetti</i> <i>Patris</i> <i>Petri</i> <i>Ponari</i> <i>Saluatoris</i> <i>Vincentij</i> <i>San-</i>
<i>Limatula</i>	<i>Pomiglianum arci</i>	
<i>Lothinum</i>	<i>Pons Latronius</i>	
<i>Madalonium</i>	<i>Pozzolum</i>	
<i>Maranota</i>	<i>Prata vallisensis</i>	
<i>Marianella</i>	<i>Pratella</i>	
<i>Marilianum</i>	<i>Prasentianum</i>	
<i>Marzanum</i>	<i>Procida</i>	
<i>Marzanellum</i>	<i>Puglianettum</i>	
<i>Massa Surrentina</i>	<i>Quatrella</i>	
<i>Massa superior</i>	<i>Raianum</i>	
		<i>San-</i>

Sanctum Victoris
Scapulum
Schiauum.
Sessa
Sestum
Septem fratres
Somma
Sora
Surrenthum (ni
Soropaca S. Marti-
Sperlonga
Spignum
Sirianum
Suuium
Theleseum
Thianum
Thora
Turris Nuntiata
Turris Francolisia
Turricula
Torellum
Traiectum
Trentola
Trocchium
Vaianum
Vallis Caserta
Vallis frigida
Vallis pratensis
Vallis rotunda
Vallis scassata
Vandrem
Venafrum
Veticusum
Vicalurum

Vicus Pontanus
Vicus Surhentinus

Vrbes, villæ, & ar-
ces, quæ in Moli-
fio comitatu
continen-
tur.

Aqua viua
Bagnulum
Baianum
Barancellum
Busum
Caccauonium
Campus Bassus
Campus clarus
Campus Letus
Campus Petrus
Cantalupum
Carcabutactium
Carpnionem
Casale Calendarum
Casale Cerritum
Casale Cypriatum
Casale Iuuenalis
Castrum aq̄burrana
Castrum Agnontium
Castrum Camillum
Castrum carauillum
Castrum iudiciorum
Castrum Guidonium
Castrum Linum
Castrum Petrum

Castrum Pitucium
Castrum Pignarium
Cercia parua
Chianictium
Ciuitas campomana
Ciuitas noua
Ciuitas vetus
Collis Anchise
Collis crucis
Conata
Crapacuta
Fornellum
Fossa caca
Frosolonum
Gambatesa
Guardia Alferea
Guardia Bruna
Guardia Campoplana
Guastum Girardum
Riccia
Spineta
Limosana
Locitum
Longana
Loratinum
Lupara
Macchia Codena
Macchia Sergnina
Mirabella
Miranda
Molisa
Montaciolum

Fara filiorum	Opium	sive	Moricea
Fara S. Martini	Ortona concurru.	Arx	Rasiana
Farisa gratia diuina	Ortona maritima		S. Ioannis
Filettum	Pacientro		Saligna
Forlicum	Paglietta		Spinalicea
Fossa caca	Palena		Vallosecu-
Fraianum	Palmotum		ra
Francauilla	Palmubanum	Roium	
Fractura	Penna hominis	Rusellum	
Frisia Lanzania	Penna Pedemontia	Sallea	
Furcium	Pentina	Sanctum Boni	
Gambarale	Pescum Aierculum	Sanctum Io. Lopeonis	
Giffum montis Odorifii	Pescum Constantiu	Sanctum Martini	
Giffum Palena	Petra Bundantia	Sanctum Valentini	
Iulianum	Petra Ferrationa	Sanctum Viti	
Guardia Grelea	Petroranum	Scannum	
Guilmium	Petrorum	Schiannum	
Intro aquas	Pizzum ferratum	Serra Monacesa	
Lama	Pratola	Sergna	
Lantella	Pollutrum	Sulmona	
Lanzanum	Populium	Taranta	
Lectus Monopellus	Pratranciorum	Tocum	
Lectus Palena	Prezza	Turris Bruna	
Lisia	Quadrea	Tornaricium	
Mala nox	Raionum	Tuffilum	
Miglianicum.	Papinum	Tullum	
Monopellum	Ripa Theatina	Turicella	
Mons ferrantius	Riuisonotum	Turrinum	
Mons Lapianus	Carama-	Turris	
Mons niger		nica	Vacrum
Mons Odorifius.	Casalea	Varrea	
Monsigliare	Cinquemillia	Vastamonia	
	Rocca	Villa Aranea	
	Montepla-	Villa Alfonsina	
	na		

	Canapa	Aschium	Casentinum
	ra	Asergium	Castagna
	Capella	Atrium	Castelle
	Caradi-	Auzzanum	Castrum fluminis
	della	Auricula	Castrum Menardi
	Colileſa	Bacuchum	Castrum montis
	Fotetro-	Bagnanum	Castrum nouum
	chia.	Bariscianum	Castrum vetus
Villa	Lacusia	Bassaratum	Castrū vetus altū
	Maina	Bazzanum	Castrum vetus hu-
	Palicor-	Beffea	mile (ti
	nia	Bellantea	Castrū vet ^o Hobiet-
	S. Marie	Biscegna	Castulenta
	S. Salui	Bisegna	Castellioneum
	Triglia	Bisentum	Castellioneum.co-
	Turris	Borbona	mitis
	gētilis	Bomenacum	Castellioneum Ra-
	Varrea	Britolum	mondi
Victoritus		Burgonouum	Calignanum
Vrsogna		Buſsum	Cellanum
		Cagnanum	Celle
Arces, villæ, & ciuita-		Camarda	Cellera
tes, que in vltorio		Campana	Cellinum
ri Aprutio con-		Camplium	Cermignanum
tinentur.		Canistrum	Cerquetum
Accianum		Canzianum	Cese
Aquauiua		Capella	Circhium
Acumolium		Capistranum	Ciuitas Arquana
Aiellum		Capistrellum	Ciuitas Antinaria
Alannum		Caporcianum	Ciuitas Ducalis
Amatrix		Carapella	Ciuitas penne
Apignanum		Carchiara	Ciuitas Regalis
Aquila		Carpinetum	Ciuitas Rekenga
Araganum		Casale S. Nicolai	Ciuitas S. Angeli
Archea			Ciuit-

<i>Ciuitas Thomasia</i>	<i>Fossa</i>	<i>Mianum</i>
<i>Ciuitella Abbatia</i>	<i>Frantium</i>	<i>Molina</i>
<i>Ciuitella Rouetti</i>	<i>Gaglianum</i>	<i>Mons Bellus</i>
<i>Ciuitella Tronti</i>	<i>Gamagna</i>	<i>Mons Galtierus</i>
<i>Collis altus</i>	<i>Gioia</i>	<i>Mons Paganus</i>
<i>Collis Armelus</i>	<i>Girgentum</i>	<i>Mons Regalis</i>
<i>Collis</i>	<i>Iulia noua</i>	<i>Mons siccus</i>
<i>Collis curbinus</i>	<i>Gortianum</i>	<i>Mons Sylvanus</i>
<i>Collis Donnicus</i>	<i>Guardia humana</i>	<i>Montana Roseti</i>
<i>Collis fecatus</i>	<i>Gurianum siccum</i>	<i>Montichium</i>
<i>Collis longus</i>	<i>Insula</i>	<i>Montoucum</i>
<i>Collis Petreus</i>	<i>Intempera</i>	<i>Montoreum</i>
<i>Collis vetus</i>	<i>Intermusula</i>	<i>Morinum</i>
<i>Colonella</i>	<i>Introdochium</i>	<i>Morra</i>
<i>Contraguerra</i>	<i>Intronuntium</i>	<i>Morum</i>
<i>Copodocia</i>	<i>Elececa</i>	<i>Moscianum</i>
<i>Corbara</i>	<i>Posta</i>	<i>Moscusum</i>
<i>Coropolium</i>	<i>Latuscum</i>	<i>Neretum</i>
<i>Coruata</i>	<i>Laucretum</i>	<i>Noccianum</i>
<i>Carpa Ossea</i>	<i>Leccia</i>	<i>Notarescum</i>
<i>Cucullum</i>	<i>Leognanum</i>	<i>Ocreum</i>
<i>Cugnolum</i>	<i>Leonesia</i>	<i>Ofena</i>
<i>Cucurmellum</i>	<i>Liofinum</i>	<i>Onno</i>
<i>Fagnanum</i>	<i>Lopranica</i>	<i>Ortucchium</i>
<i>Farragoneum</i>	<i>Loretum</i>	<i>Quindulum</i>
<i>Farinola</i>	<i>Luchum</i>	<i>Paganica</i>
<i>Feudum Canzani</i>	<i>Luculum</i>	<i>Pagliara</i>
<i>Filettum</i>	<i>Machia comitis</i>	<i>Paglia Girfalcia</i>
<i>Fontechia</i>	<i>Machia Timonis</i>	<i>Paternum</i>
<i>Fons Auenionensis</i>	<i>Maglianum</i>	<i>Penna S. Andrea</i>
<i>Furca Vallis</i>	<i>Maranium</i>	<i>Peritum</i>
<i>Furcella</i>	<i>Maretum</i>	<i>Pescina</i>
<i>Furcella Penna</i>	<i>Mauellum</i>	<i>Pescum Canciale</i>
<i>Fornarolum</i>	<i>Meta Rouetti</i>	<i>Pescum Rochianu</i>

Petra Camela		Cambia	Stepha
Petranicum		Cerra	ni
Petra sicca		Librifia	Viti
Petra Venulla	Rocca	Media	Victori-
Petrella	id est	Petrura	ni
Petrurum	arx	Rani-	Sassa
Pettum		scea	Scanzanum
Placentia		S. Maria	Scoplitum
Pianella		S. Ste-	Scoranum
Piescum maius		phani	Scurculla
Piescum Sansoni-		Veruli	Secinara
cum		Vini	Silvium
Piziolum	Roium		Spedinum
Poium Felippum	Rosciatum		Speronum, hoc est,
Poium Morellum	Rosciolum		calcar Asininū.
Poium Placentium		Benedi	Spoltoreum
Poium Pomponiscū		Eti	Stapholum
Poium Raturum		Deme-	Stipheum
Poium S. Ioannis		trij	Sambuchium
Poium S. Marie		Donati	Taliaquotium
Poium sinulfum		Gily	Terra Moricana
Poium Vallis		Ioannis	Comitis
Poium Vianum		Ione	Terra Moricana
Poiū Vmbriechium		Maria	Montana
Poplium	Sanctū	Maria	Terra Moricana
Prata		Ponuse	Solinualla
Racoreum		Nato-	Terra Moricana
Radicularum		glia	Tezala
Rapinum		Omeri	Theranum
Rendenora		Petiti	Thioncum
Ripatunium		Pij	Thonicoda
		Sani	Thoranum
		Sebasti-	Torno Impartia
		ani	Turris Pasarea
			Turris

Turris Taglia	Biccarium	Gironeum
Tortoretum	Bouinum	Gonglionisum
Tosseccia	Castagnanum	Guidonium
Trasacchum	Campus marinus	Iuiceum
Tusum	Candela	Ischitella
Tuscium	Casale nouum	Lefena
Tuscillum	Casale procinna	Luceria
Venus	Casale Francum	Macchia
Verechia	Casale turris ma-	Maglianum
Vestie	ioris	Manfredonia
Vicolium	Casale Vetus	Monaciglium
Villa bozzia	Castrum Paganū	Mons acutus
Villa Capella	Castrum vetus	Mons Ceufoneus
Villa Castellana	Castellum sauri	Mons longus
Villa Collis curi-	Castellum Schlauo-	Mons niger
nati	rum	Mons Rotarus
Villa Collis longi	Castellum vallis	Mons S. Angeli, i.
Villa Colonia	Celentia Cella	Garganus.
Villa Mariconia	Cepitum	Motta montis Cor-
Villa S. Angeli	Cerceum maius	Pannium (uini
Villa S. Mariae Vicia	Cercellum	Pettazata
na	Cirignola	Petra Catella
	Ciuitella	Petra montis Cor-
	Collis	uini
CAPITINA -	Collis Roius, siue Pa-	Pieschize
ta Prouinciæ, vr-	lumbronius	Porcina
bes, arces at-	Collis tortuosus	Porta Cannonæ
que vil-	Crapina	Regnanum
læ.	Delicitum	Ripa alta
	Faitum	Radium
Alarinum	Fœmina mortua	Rotiellum
Alberona	Ferrazzanum	Rus versus S. Ioan.
Ascolum	Foggia	ventosi
Barbaranum	Foianum	Sancta Agatha
Baseleccæ		**

	Angeli mō	Volturara	Cornitum	
	tani	Volturnium	Cracoum	
	Bartholo.		Episcopia	
	Guadonis	VRBES, VII-	Fauale	
	Crucis	læ atque arces in	Ferrandina	
	Elie	Bariano tractu	Forentia	
	Ioannis Ro	litæ.	Francauilla	
	tundi		Gallichium	
	Iuliani	Acetura	Garagufum	
	Leuci	Acerentia	Genzana	
San-	ctum	Licandri	Albanum	Gorgolioncum
		Marci Ca-	Alianellum	Grasbanum
		ruli	Ambriola	Grottola
		Marcatij	Anzium	Guardia
		Martini	Arinentum	Lacus niger
		Pauli	Atelta	Latherana
		Senerini	Auignanum	Latronicum
		Seuera	Baglium	Laurentiana
		Viti	Baragianum	Laurina
		Scheniceum adS.	Bella	Lauicellum
		Ioannem Venti	Caluitellum	Maratea inferior
		Serra	Camarda seu Ber-	Maratea superior
Serra Capriola	nanda	Marsicum		
Serra Marij	Cancellara	Malsium		
Thermola	Carbinium	Miglionicum		
Turris maior	Castrū grandinis	Misaniellum		
Torrichium	Castrum Mezzanū	Moliternum		
Troia	Castrū Sarracenū	Mons Albanus		
Tofara	Castrum nouum	Mons Moloneus		
Venafrum	Castellum	Mons mureus		
Vertichium	Celcianum	Mons Pelusius		
Vicus	Ciriglianum	Mons Scagiosus		
Vestie	Claromontium	Murum		
Visara	Colobrarum	Noia		

Obitulum nouum	Stiglianum	Campium
Opidum	Titum	Canole
Papasiderum	Tolucum	Carmignanum
Pestitium	Tramutola	Carosinum
Petra Fessa	Trechina	Carouigna
Petra Galla	Tricaricum	Carpignanum
Petra Pertusa	Torsum	Casalichium
Picernum	Vigianellum	Casale nouum
Piescum paganum	Vegianum	Casa Masella
Pomaricum	Venosa	Casaranum
Pontentia	Vignola	Castellaneta
Rapolla		Castellioneum
Roponeum	OPPIDA, VII.	Castrignanum
Ripa candida	lx, arces in lapi-	Castrum Franco-
Riuellum	gia, quæ nunc O-	neum
Rocca, id est, arx	tranti terra ap-	Castrum Guarini
Imperialis	pellatur, si-	Castrum
Noua	ta.	Cauallinum
Ruoteum		Ceglia
Rotonda	Aquarica Lectiarum	Cellinum
Rotondella	Aquarica campi	Cersignanum
Ruum	Alesanum	Cesine
Scalandra	Andranum	Ciulinum
Sanctum Archangelii	Aradeum	Copertinum
S. Chelrici	Ariglianum	Coriglianum
S. Felis	Arnesanum	Caprarica campi
S. Martini	Bagnulum	Caprarica Lectica-
S. Mauri	Barbaranum	Cugnanum (rum)
Sarunium	Brundisium	Curfanum
Sasum	Bugiardum	Curse
Senisum	Burgagna	Cutrosianum
Spenatiola	Botrugnum	Depresa
Spinosum	Cacinnole	Difum
	Calimera	Fagianum

<i>Fragagnanum</i>	<i>Melpignanum</i>	<i>Rosianum</i>
<i>Francauilla</i>	<i>Metinum</i>	<i>Rogianum</i>
<i>Fellinum</i>	<i>Misagneum</i>	<i>Saliceum</i>
<i>Galatona</i>	<i>Miscianum</i>	<i>Salignanum</i>
<i>Gallianum</i>	<i>Monacizium</i>	<i>Salicum</i>
<i>Galignanum</i>	<i>Monorunium</i>	<i>Sanarica</i>
<i>Callipolis</i>	<i>Montegionum</i>	{ <i>Casiani</i> <i>Casarai</i> <i>Grisperi</i> <i>Dana</i> <i>Donati</i> <i>Ioannis</i> <i>Mariae no-</i> <i>ue</i> <i>Panerani</i> <i>Petri Inga-</i> <i>latini</i> <i>Petri Ver-</i> <i>nolici</i> <i>Viti</i>
<i>Ginosa</i>	<i>Mons Iasius</i>	
<i>Giodignanum</i>	<i>Mons Mesulanus</i>	
<i>Giulianum</i>	<i>Mons Roncus</i>	
<i>Grotaglia</i>	<i>Mons Sanus</i>	
<i>Guagnanum</i>	<i>Mons Sardus</i>	
<i>Herchia</i>	<i>Morcianum</i>	
<i>Hostonium</i>	<i>Moricinum</i>	
<i>Latertia</i>	<i>Motula</i>	
<i>Lathianam</i>	<i>Murum</i>	
<i>Lectia</i>	<i>Nardum</i>	
<i>Leporanum</i>	<i>Neuianum</i>	
<i>Lequileum</i>	<i>Noriglia</i>	
<i>Leueranum</i>	<i>Noia</i>	
<i>Lisicum</i>	<i>Ogianum</i>	
<i>Lucianellum</i>	<i>Oira</i>	<i>Saua</i>
<i>Lucianum</i>	<i>Ortella</i>	<i>Scaranum</i>
<i>Maglianum</i>	<i>Otrantum</i>	<i>Sechlilium</i>
<i>Maglieum</i>	<i>Palescianellum</i>	<i>Serranum</i>
<i>Malandugnum</i>	<i>Palescianum</i>	<i>Soglianum</i>
<i>Maritima</i>	<i>Palmaricum</i>	<i>Solittum</i>
<i>Martanum</i>	<i>Parauita</i>	<i>Soranum</i>
<i>Martina</i>	<i>Patum</i>	<i>Specchia monoru-</i>
<i>Marrugium</i>	<i>Pesignanum</i>	<i>na</i>
<i>Massara</i>	<i>Pesiceum</i>	<i>Specchia pretea</i>
<i>Matera</i>	<i>Pulsanum</i>	<i>Sponganum</i>
<i>Matinum</i>	<i>Racleum</i>	<i>Sternatia</i>
<i>Melesanum</i>	<i>Rocca, id est, arx</i>	<i>Stiglianum</i>
		<i>Strutta</i>

<i>Suppleſanum</i>	<i>Acernum</i>	<i>Capozza</i>
<i>Suſocanellum</i>	<i>Acquara</i>	<i>Cardilium</i>
<i>Tarentum</i>	<i>Acquauella</i>	<i>Caruſium</i>
<i>Tauianum</i>	<i>Agneum</i>	<i>Cafalettum</i>
<i>Taufeſanum</i>	<i>Agropolium</i>	<i>Cafalicchium</i>
<i>Tigianum</i>	<i>Aierula</i>	<i>Cafale nouum</i>
<i>Turris marina</i>	<i>Albanella</i>	<i>Cafella</i>
<i>Turris Padula</i>	<i>Alfanum</i>	<i>Cafiglianum</i>
<i>Turris S. Suſanna</i>	<i>Altauilla</i>	<i>Caſtagneta</i>
<i>Torricella</i>	<i>Amalfeum</i>	<i>Caſtrum Abbatis</i>
<i>Tricajeum</i>	<i>Angelara</i>	<i>Caſtrum mariti-</i>
<i>Tripuzeum</i>	<i>Athene</i>	<i>mum Bruce</i>
<i>Turchiarolum</i>	<i>Aulſa</i>	<i>Caſtrum mariti-</i>
<i>Turturanum</i>	<i>Battaglia</i>	<i>mum Stabia</i>
<i>Tutinum</i>	<i>Belriguardum</i>	<i>Caſtrum nouū Ci-</i>
<i>Valianum</i>	<i>Bonum habitacu-</i>	<i>lienti</i>
<i>Variceum</i>	<i>lum</i>	<i>Caſtrum nouum</i>
<i>Vaſteum</i>	<i>Boſa</i>	<i>Conze</i>
<i>Veglia</i>	<i>Braciglianum</i>	<i>Caſtellum Cuſen-</i>
<i>Venolium</i>	<i>Buccinum</i>	<i>tinum</i>
<i>Vetranum</i>	<i>Burgentia</i>	<i>Caſtelloneum S.</i>
<i>Vgentum</i>	<i>Cagianum</i>	<i>Mongotti</i>
<i>Vgianum montis</i>	<i>Calabricum</i>	<i>Caſtinatellum</i>
<i>fuſculi</i>	<i>Camarotta</i>	<i>Caua</i>
<i>Vicinantia</i>	<i>Camella</i>	<i>Ceſſum</i>
<i>Vinea Caſtreſis</i>	<i>Campania</i>	<i>Centula</i>
<i>Vitiglianum</i>	<i>Campora</i>	<i>Ceraſum</i>
	<i>Candichium</i>	<i>Cicerulum</i>
<i>PICENTINAE</i>	<i>Canna longa</i>	<i>Cogliatum</i>
<i>Prœuincie ceterioris</i>	<i>Capizzum</i>	<i>Concha</i>
<i>(quæ nunc Principa-</i>	<i>Capograſium</i>	<i>Conſignantium</i>
<i>tus dicitur) oppida,</i>	<i>Capoſeleum</i>	<i>Controneum</i>
<i>villæ, & ciues.</i>	<i>Capoleueum</i>	<i>Conturſum</i>
<i>Abbas Martius</i>	<i>Capopalinarum</i>	<i>Coperſitum</i>

Cornicum	Loria	Optalium
Cornutum	Lustra	Ortodonicum
Cosentinum	Maglianum Late-	Padula
Crape: Dōna: Cra-	ranum	Palum
pium	Maglianum vetus	Pancolianum
Cucarum	Maiurium	Pasitanum
Dianum	Mapia	Patanum superius
Ebolium	Marsicum nouum	Patanum inferius
Feletta	Massascusa	Pedemontium Sa-
Felittum	Massicella	lernitanum
Fenochitum	Melitim iure Agro	Pellereum
Foria	polium	Peritum
Formilium	Minorium	Pestiglioneum
Forroreum	Montana	Petina
Francheum	Montanarum	Pianum
Gaudoum	Mons	Pierda fumi
Gifonium	Montecoraceum	Pimonteum
Gorga	Monte Coruinum.	Pisciotta
Gragnanum	Astum Apulum	Poderia
Grasum	Monte Coruinum	Pogliescum
Gurazzanum	Astum Lauellum	Policastrum
Hereditas	Monte fortium	Polla Pollecia
Heremitia	Monte pertusum	Porcitium
Ioioium	Monte sanum	Praianum
Iunganum	Montorum	Prignanum
Laiuanum	Morigeralium	Quaglietta
Laureana	Motonta	Rauellum
Laurinum	Moioum	Reciglianum
Lauritum	Nuceria superior	Rocca, id est, arx
Littera	Nuceria inferior	Bellaspera
Lentiscofa	Novilatera	Bimontia
Libanum	Oliuastrum	Cilienta
Libonatum	Oliuetum	Gloriosa
Licosatium	Omnignanum	Rodium

Rofranum	Sanctū Marina	Vallis	
Romagnanum	S. Martini	Valentinum	
Rofignum	S. Marzani	Valua	
Rolinum	S. Mauri Cilentij	Valuanum	
Saccum	S. Mauri Cucari	Vatula	
Sala Cafalis	S. Menaioi	Vetrale	
Sala Laterana	S. Pauli de Castro	Vietera	
Salella	S. Schifati	Zoppium	
Salernum	S. Serioi		
Saluia	S. Seuerini Came-		
Saluitella	rotte	VLTERIORIS	
Sanfeuerinum	S. Thodari	Prouinciæ Picen-	
Santangelum fasa	S. Victoris	tinæ oppida,	
nella	Santia	arces &	
Santangelū frate	saponara	villæ.	
Santorfierum	Sarnum		
San-	Barbara	Scaffatum	Accadia
	Biafi	Scala	Airola
	Cipriani	Senerchia	Altavilla
	Georgij	Serra Mezzana	Andretta
	Ioannis Ci	Serra Sessa	Apiceum
	lentij	Siccignanum	Arianum
	Ioānis Piri	Siccile Cafale	Arpaia
	Gregorij	Soueranum	Auellinum
	Laurentij	Spium	Bagnara
	Lazari	Stiglianum	Bagnulum
	Lucie	Stium	Bisaccia
	Mangonis	Thodianum	Bonitum
	caſtri	Torchiaræ	Bonalbergum
	Mangonis	Torraca	Cairanum
	arcis	Turris vrfca	Calitrem
Mangonis	Tortorella	Campus Lata-	
Salerni	Tramontium	rus	
tani	Trenteneraria	Candida	

Capriglia	Fragnitum	Monteleoneum
Carbonara	Fragnitū Abbatis	Montella
Carifeum	Fricentum	Montemalum
Casale arboreum	Fustulare monta-	Montemaranū
Casale Caluoreum	ne mōtis fuscōli	Montesarchium
Casale S. Marci ad	Genestra montis fu-	Montemiletum
montem	scōli	Monsviridis
Casale montis Ro-	Genestra Schlaud-	Morra
cheti	rum	Nuscum
Casalturnium	Gesualdum	Padula
Cassanum	Graceum	Pagliara
Castrum Baronia	Grotta Castagna-	Paglium
Castrum Francho-	ra	Panderanum
rum	Grotta Minarda	Paroliseum
Castrum Franum	Guardia Lōbarda	Paternum
Castrum Muzziū	Hospitalettum	Pelosa
Castrum Potum	Lapia	Petra Fusorum
Castrum vetus	Lentaceum	Petra Folcinia
Cazzanum Rochij	Lionium.	Petra stormina
Cedogna	Locusanum	Petrurum
Cepalonium	Malcalzatium	Piescum Mazzie
Ceruinaria	Mancusium	Ponreum
Chianca	Melitum	Pontelandolfum
Chianchetella	Mercoglianum	Porcarinum
Chiusanum	Mirabella	Prata
Consa	Molinaria	Reinum
Cursanum	Mons apertus	Rocca { Vacerana id est * Santan- * gela * Santanto- * nia
Cuzziarium	Mons caluus	
Flumarium	Mons vrsi	
Foglianese	Montefacioneum	Rochetta, hoc est, ca-
Fontana rosa	Montefalconeum	stellum S. Felicis
Forinum	Montefortium	Rotundium, Cam-
Fossa caca, seu Fer-	Montefredaneum	pora
ra noua	Montefuscolum	

pora Salizza	dizzi	Aqua formosa
S. Andree	S. Petri indelicali	Acrium
S. Agathe Gotorū	S. Sosti	Aiellum
S. Agnetis	S. Stephani	Aieta
S. Angeli Cancellæ	Sauignanum	Altilia
S. Angeli Capituli	Seliteum Casale	Altomontium
S. Angeli Cupuli	Serinum	Aluidona
S. Angeli Esca	Serra	Amendolara
S. Angeli Lōbardi	Solofra	Apriglianum
S. Angeli Scale	Sorbum	Argentina
S. Barbati	Sumontium	Baccarizum Ar-
S. Iacobi montani	Taurasium	ceum
de monte fusc-	Tegora	Baccarizum in mō
lo	Toccanisium	te alto
S. Gulielmi	Toccoum	Bellomontium
S. Iorioi molinara	Torraioneum D.	Belvedereum ad
S. Iorioi de monte	Camilli	malam petiam
fusculo	Torraionem Tusi	Berucareum
S. Lupi	Torreclusum	Bisignanum
S. Mangonis	Torella	Bocchigliarum
S. Marci canosi	Turris montis fu-	Bollita
S. Mariæ in elicis	sculi	Bonifacium
S. Mariæ In griso-	Tripalda	Bonuicinum
na	Tusum	Caeturium
S. Mariæ ad thorū	Valtala	Caluitium
S. Mariæ Vitolana	Vicus Baronie	Campana
S. Martini	Villa maina	Canna
S. Mielis	Vittolanum	Carialium
S. Nazari	Volturara	Caroleium
S. Nicolai Boronia	Zunchilium	Carpenzanum
S. Nicolai Monfre-	Citeroioiis Cala-	Casalnuouum
dei	briæ arces vil-	Casabonum
S. Pauline	læ & oppida.	Casanum
S. Petri, alias Ra-	Abbas Marcus	Castrum francum

Castillioneum Co-	isigrum	Petramala
sentie	Lacchitellum	Petrapaula
Castillonem mari	Lacchum	Platicium
timum	Lainum	Policastrellum
Castrouillarum	Lappanum	Porcileum
Celicoum	Lanaricum	Regina
Cerchiarum	Longobucum	Renna
Cercitum	Lungrum	Rocca i. arx Neri
Cerentia	Lucium	Rogianum
Cerisanum	Mocchia horti	Roglianum
Ceruicatum	Maira	Rosium
Cetrarum	Matitum	Rositum
Cinga	Maluitum	Rossanum
Cirella	Mangalauita	Rouitum
Ciuitas	Mangoneum	Rusium
Collapizatum	Mantea	S. Agatha
Coriglianum	Maranum	S. Basilee
Cosentia	Martyranum	S. Benedicti
Crepescicum	Mattafeloneum	S. Boniti
Chrisma	Melissa	S. Catharine
Cropalatum	Mendicinum	S. Cosmi
Crucolium	Mocrasanum	S. Demitrij
Crusia	Mons	S. Doménica
Dipignanum	Mons altus	S. Donati
Domanicum	Mons spinellus	S. Felij
Donnicium	Mormannum	S. Geniti (ni
Falconaria	Nocara	S. Georgij Coriglia
Feligneum	Nuceria	S. Georgij S. Marci
Fermum	Ordium	S. Iacobi
Flumē frigidum	Palatium	S. Ioannis Floris
Fuscaldum	Paternum	S. Laurentij
Grimaldum	Paula	S. Lucidi
Grisolia	Pedaceum	S. Marci
Guardia	Petrasitta.	S. Maria rupte.

<i>S. Martini</i>	<i>Amendolea</i>	<i>Dauolium</i>
<i>S. Maurelli</i>	<i>Anoia</i>	<i>Ferolettum</i>
<i>S. Nicolai</i>	<i>Arena</i>	<i>Ferolitum</i>
<i>S. Percopi</i>	<i>Argustum</i>	<i>Filogasum</i>
<i>S. Petri</i>	<i>Badulatum</i>	<i>Flumaria</i>
<i>S. Petri Guarani</i>	<i>Balnearia</i>	<i>Francuilla</i>
<i>S. Sophie</i>	<i>Belcastrum</i>	<i>Francica</i>
<i>S. Soptij</i>	<i>Belfortium</i>	<i>Gagliatum</i>
<i>Sarracina</i>	<i>Blancalum</i>	<i>Galatium</i>
<i>Souatellum</i>	<i>Blancum</i>	<i>Garerium</i>
<i>Scala</i>	<i>Bona</i>	<i>Gasparina</i>
<i>Scalea</i>	<i>Bonugnum</i>	<i>Geratium</i>
<i>Sciglianum</i>	<i>Briaticum</i>	<i>Gimiglianum</i>
<i>Scifum</i>	<i>Bunellum</i>	<i>Girifalcum</i>
<i>Serra Delij</i>	<i>Calanna</i>	<i>Grottaria</i>
<i>Sertanum</i>	<i>Calanna altera</i>	<i>Ioia</i>
<i>Spezzanũ maius</i>	<i>Calimera</i>	<i>Ioppolum</i>
<i>Spezzanũ minus</i>	<i>Cardinaleum</i>	<i>Iscla</i>
<i>Strangolum</i>	<i>Carditum</i>	<i>Izaria</i>
<i>Tarsia</i>	<i>Carida</i>	<i>Laconica</i>
<i>Terra Noua</i>	<i>Castellatium</i>	<i>Maida</i>
<i>Tessanum</i>	<i>Castelle</i>	<i>Marcedusium</i>
<i>Tribisazza</i>	<i>Castrum Manardi</i>	<i>Marcellinareum</i>
<i>Turanum</i>	<i>Castrum Vetus</i>	<i>Maradusium</i>
<i>Turtora</i>	<i>Catanzanum</i>	<i>Massa noua</i>
<i>Verzinum</i>	<i>Centrica</i>	<i>Melicacca</i>
<i>Villa noua</i>	<i>Clarauallis</i>	<i>Mentabrum</i>
<i>Visomarsum</i>	<i>Condoiancum</i>	<i>Mesuraca</i>
<i>Vmbriaticum</i>	<i>Cotroneum</i>	<i>Miletum</i>
<i>Zumpanum.</i>	<i>Cotroteium</i>	<i>Mistanum</i>
<i>Vlterioris Cal-</i>	<i>Crepacoreum</i>	<i>Monasteraceum</i>
<i>abrię Vrbes Vil</i>	<i>Cropanum</i>	<i>Montebellum</i>
<i>laę & arces.</i>	<i>Cusolicum</i>	<i>Monteleoneum</i>
<i>Amaroneum</i>	<i>Cutrum</i>	*** 2

Montepagoneum	Regium	Sotrianum
Monterussum	Rocca	Scandalum
Montesantum	hoc est	Seltia
Montesolum	Arx.	Seminara
Motta Bubalina	Roccella.	Serra
Motta Bruzania	Rosanum	Settinianum
Motta Philoca-	S. Agatha	Sylla
stria	S. Agatha Crepa-	Simarium
Motta S. Ioannis	cordis	Sinopolis
Neocastrum	S. Andrea	Sitinzanum
Nicotra	S. Andrea de Vena	Soretum
Oliuandum	S. Caloiri	Spatula
Oppidum	S. Chaterina	Squillaceum
Palagorium	S. Cristina	Stallateum
Palermia	S. Demetrij	Stephanaconeum
Palilium	S. Elia	Stilum
Pannania	S. Eufemia	Stuberatum
Pentidaetulum	S. Florij	Taberna
Petricium	S. Georgij	Terranoua
Pipanicum forte	S. Ioannis Monalij	Tiriolum
Picum	S. Laurentij	Turris Bruzzana
Placanica	S. Mauri	Turris Insula
Plaisanum	S. Petri de insula	Turris Tacina
Policastrum	S. Seuerina	Tropea
Potomia	S. Sofsi	Vallis Longa
Puglia	S. Viti	Zagariseum
Quinquefrondia	Sorianum	Zengaroneum

REGNI NEAPOLITANI
Episcopatus, singuli
sub suis Archiepiscopo
patibus comprehensi.

Archiepiscopus Neapolitanus,
sub se habet

Episcopum
Pozzolanum
Nolanum
Cerra
Ischia

Episcopus Aversæ nemini
subiectus est.

Archiepiscopus Capuanus
subiectos sibi habet.

Sergina
Thaiiani
Caluij
Caserta
Cauazzi
Carinola
Sessa
Venafrij
Aquini
Montis Casini.

Abbas verò montis Cassini
nemini subest, idque
priuilegio ab Ioanne 22.
impetrato: à nato serua
tore 1534.

Archiepiscopus Salernitanus
sibi subditos habet.

Episcopos

Campania
Capacij
Policastri
Nufci
Sarni
Marsici
Nuceria Sarracenorū
Acierni.

Episcopus Rauelli & Cauę
nemini parent.

Archiepiscopus Amalfitanus
sub se comprehendit.

Episcopum

Petra
Scala
Caprij
Minorij

Archiepiscopus Surrhentinus
habet sub ditione
sua.

Episcopum

Vici
Massa
Castelli ad mare.

Archiepiscopus Conzanus
sua ditione tenet.

Episcopum

Muri
Cagiani
Montis Viridis
Cedonia

S. Angli Lombardorum.

Episcopatus Bisaccie cum
Episcopatu sancti An-
geli coniunctus est.

Archiepiscopus Cirenza-
nus sub imperio suo ha-
bet.

Primò, Episcopū Materæ,
quī tñ hodie archiepi-
scopus est, cum Cirenza
no cōiunctus : sed olim
ei parebat.

Deinde Episcopum

Venosa

Aquilonia

Potentia

Grauina

Tricarici.

Tarentinus Archiepisco-
pus habet sub dictiōe sua.

Episcopum

Motula

Castellaneta.

Brundusinus Archiepisco-
pus vnā cū Episcopo Oi-
ræ cōiūct⁹ est, & imperat.

Episcopo Hostonij.

Archiepiscopus Otranti
imperat.

Episcopo

Castri

Callipolis

Vgenti

Leccia

Capoleucij

Archiepiscopus Barj sub
imperio suo tenet.

Episcopum

Bittoni

Malfetta

Iuuenatij

Runi

Salpa

Pulignani

Moneruiui

Laulli

Conuersani

Bitetti

Andrij

Biscegli

Archiepiscopus Tranj sub
se habet.

Episcopum

Montis Pelosi

Rapolli

Alessani

Monopolis Melfiq; Episco-
pi nulli Archiepiscopo
subditi sunt.

Archiepiscopus Siponti-
nus cū Gargani Montis
Archiepiscopo coniun-
ctus est, simulq; impār.

Episcopo Viestensi.

Beneuentanus Archiepi-
scopus tenet ditione
sua.

Episcopum

Luceria

Ascoli
Ferenzola
Telese
S. Agatha Gothorum
Alisei
Montis viridis
Marsici Veteris
Montis marani
Auellini, cui Frequenti
nus coniunctus est.
Vici Baronia
Ariani
Boiani
Bouini
Turibulensem
Draconaria
Vulturara
Larini
Cannarum
Termulij
Lefina
Triuenti
Guardia Alfana
Archiepiscopus Ciuitatis
Chietæ ditione sua ha-
bet.
Episcopum
Aquila
Ciuitatis Pēna, q. Atrij
Episcopatui coniunctus
est.
Sulmonis
Lanciani
Soræ

Therani-
Episcopi Caietæ & Fundi-
nulli Archiepiscopo pa-
rent.
Archiepiscopus Rhegij im-
perat.
Episcopo
Cassani
Nicastri
Catanzari
Crotonis
Tropeæ
Oppidi
Castelli ad mare Bruca
Geracij
Squillacei
Nicotera
Bouei.
Archiepiscopus Cosentiæ
imperat vni
Episcopo Martyrano.
Archiepiscop^o Rossani Nul-
lis Episcopis imperat.
Episcopus Bisignanus nul-
lius Archiepiscopi im-
perio subiacet.
Archiepiscopus Sâseueri-
nus imperium habet in
Episcopum
Vmbriatici
S. Marci
Belcastri
Sitomensem
De insula

Florentini
Strangoli
Mileti
Cariati.

Lipariæ Insule Episcopus
cum Parenzano cō-
iunctus est.

Et Messanæ Archiepiscopo
paret.

NEAPOLITANI RE-
gni Principatus, Ducatus,
Marchionatus, Comita-
tus, Dominia, & Barona-
tus: cum nominibus eorū.
qui ante decem propè an-
nos illa possidebant.

PRINCIPES.

Ascoli: Antonius Leua.

Bisignani: Ioan. Bernardi-
nus Sanseuerinās.

Euoli: Rouilius Comes Syl-
uius.

Moluetæ: Cæsar Gonzaga.

Montherculis et Francavilla:
D. Ferrandus Frāciscus
Daualeus.

Squillacei: Petrus Borgeus.

Stigliani: Ludouicus Caraf-
fa.

Sulmonis: Carolus Noia

Venose: Ludouicus Gesual-

us.

DUCES.

Andrij: Antonius Caraffa.
Amalfy: Inicus Picolomi-
neus.

Ariani: Cæsar Gonzaga.

Atrij: Ioa: Hieronim' Aqua
uiuensis Aragonicus.

Boiani: Georgius Nouius.

Castrouillarij: Ducissa. Frā-
cisca Spinella.

Grauina: Ferrandus Vrsi-
nus.

Martina: Petriconus Carac-
ciolus.

Montisalti: Antonius Arra-
gonicus.

Montisleonis: Hector Pigna-
tellus.

Nardi: Franciscus Aquaui-
uensis.

Nuceria: Alfonsus Caraffa.

Popolis: Franciscus Cantel-
mus.

Rocca Mondragonica: Anto-
nius Caraffa.

S. Petri Ingalatini: Ducissa.
Erinna Castriota Scan-
derbecha.

Seminara: Carolus Spinel-
lus.

Sessa: Consalvus Ferrādus
de

de Cardona
Sora: Gulielmus de Roue-
re

Taliaquotij: Marcus Anto-
nius Columna.

Thermotij: Ferrandus de
Capua.

Terra noua: Confalvus Fer-
randus de Corduba.

Traiecti: Ludouicus Caie-
tanus.

MARCHIONES.

Arena: Ioannes Franciscus
conculbertus de Arena.

Arienzi: Martius Caraffa.

Bellantei: Balthassar Aqua-
uius.

Bucchianici: Marinus Ca-
racciolus.

Campanie: Honoratus de
Grimaldo.

Capouisi: Ioannes Lauren-
tius Papacoda.

Castelli Veteris: Ferrandus
Caraffa.

Cierchiati: Fabritius Pi-
gnattellus.

Ciuitatis S. Angeli: Ducissa
Ioanna Castriota.

Corigliani: Franciscus de
montibus.

Laina: Alfonsus de Car-

dine.

Lauelli: Ioānes Hieronymus
de Tufo.

Lauri: Scipio Pignattellus.

Liciti: Alfonsus Picholho-
mineus.

Misuraca: Troianus Spi-
nellus.

Aurie: Carolus Borrho-
meus.

Orioli: Marcellus Pigno-
neus.

Padula Beneuetana: Ioa. Ber-
nardinus Corbaneus.

Piscaria & Vasti: Ferrandus
Franciscus Duualos.

Pulignani: Ducissa Anna de
Torando.

Quara: Ducissa Beatrix de
Rutta.

S. Luciti: Ferrandus Caraf-
fa.

Tertia: Petrus Antonius de
Azia.

Turris Francolise: Andreas
Capuanus.

Turris maioris: Ioannes Frā-
ciscus Sangrus.

Triuici: Ferrandus de Lo-
fredo.

Turfi: Ioannes Andreas de
Auria.

Vallis Sicula: Petrus Gon-
zales de Men dozza.

Vasli: Ducissa Maria Arra-
gonia.

Vici: Col. Antonius Carac-
ciolus.

COMITES.

Aielli: Alonfus Siscaræ.

Alba: Marcus Antonius Co-
lumna.

Aliani: Ludouicus Caraf-
fa.

Alteuilla: Ioannes de Ca-
pua.

Aluiti: Ferrandus de Car-
dona.

Auerse: Ioannes Bernardi-
nus Belpratus.

Aquini: Ferrandus Franci-
scus Daualus.

Belcastri: Antonius Arroga-
nius.

Borelli: Camillus Pignattel-
lus.

Briatici: Ferrandus Bisba-
lus.

Caiazz: Hercules Ruffus.

Canose: Philippinus de Au-
ria.

Cariati: Comitissa Franci-
sca Spinella.

Carinola: Ludouicus Ca-
raffa.

Caserta: Balthassar Aqua-

nius.

Castri: Mercurius Gati-
rius, Cæsaris Caroli cõ-
filiarius.

Candiani: Vincentius Ma-
rula.

Conse: Ludouicus Gesual-
dus.

Capersani: Ioannes Hiero-
nimus Aquauinus.

Fundi: Comitissa Isabella
Columna.

Macchie: Ioannes Anto-
nius da Regina.

Martorani: Comitissa Iu-
lia Gënaria.

Matera: Ferrandus Vrsi-
nus.

Mignani: Hector Ferra-
musca.

Mileti: Diegus de Mëdoz-
za.

Misciagne: Alfonfus Bel-
trameus.

Montis Calui: Ioannes Frã-
ciscus Caraffa.

Montella: Garcias Gabani-
glius.

Montorij: Alfonfus Ca-
raffa.

Morconis: Scipio Caraf-
fa.

Muri: Comitissa Beatrix
Ferrella.

Nerulani

Nerulani: Ferrandus Caracciolus.

Nicotere: Comitissa Hyppolitha Gennaria.

Oppidi: Ferrandus Caracciolus.

Patienti: Scipio Vrsinus.

Palena: Iulius Cęsar de Capua.

Potentia: Carolus de Gueuara.

Policastri: Ioannes Baptista Caraffa.

Rocca Aspera: Ioannes Baptista Figlimarinus.

Ruui: Antonius Caraffa.

S. Agathe: Ioannes Andreas Rameus.

S. Angeli Lombardorum: Leonardus Caracciolus.

S. Seuerina: Andreas Caraffa.

S. Valentini: Iacobus de Tolfa.

Saponara: Comitissa Violanta Sanseuerina.

Sarni: Vicentius Tuttauilla.

Serini: Ioannes Baptista de Tolfa.

Simari: Alfonso Aterbeus.

Sinopolis: Franciscus Ru-

fus.

Torella: Marinus Caracciolus.

Truenti: Ferrandus de Afflicto.

Vgenti: Ioannes Vicentius Pannonius.

DOMINI.

Aielli: Ioannes Sotus.

Albani & Calciani: Domina Catherina Sanseuerina.

Aliphei: Vespasianus Baro.

Baselicci: Domina Francisca Vrsina.

Montis Freddani: Domina Isabella Ferrella.

Noia: Ioannes Laurentius Papacodus.

Montis Scagiost & Pomarici: Domina Maria Arragonica.

Pelnia: Domina Victoria Caraffa,

Rapolla: Rouictzius comes de Sylua.

Rialdi: Ludouicus Caraffa.

Rocca Basciarana & Somonteri: Petrus Antonius Albertinus.

Saleni: Ferrandus Franciscus Danalos.

Tripalda: Iacobus Palauici
nus Basadonna.

Tiani: Ludouicus Caraf-
fa.

Traiecti: Domina Isabella
Columna.

BARONES.

Acerni: Camillus Colum-
na.

Acciani & Besseri: Ludoui-
cus de Scalenga.

Aquadria: Petrus Stepha-
nus.

Aquanella & Porcilij: Ioan-
nes Confalvus de San-
gro.

Aquara & Pestichij: Matthe^o
de Comitibus.

Aquarica Licij: Ioan. Maria
de Guarinis.

Aquarica Capitis: Fabricius
Guarinus.

Aquauella: Annibal Capa-
nus cum fratrib.

Aielli & Aque Mela: Anto-
nius Roghierius.

Aiera: Ioannes Thomas
Martiranus.

Ailanus: Iulius Caraffa.

*Agropolij, Meliti, Poglisi et Pri-
gnani:* Ioannes de Aier-
ba.

Albanella: Michael Ioannes
Gomezzius.

Alonforij & Faichij: Anto-
nius de Monforius.

Alphane: Franciscus de Ver-
me.

Alarini: Pardus Papacoda.

Altirei & Gãberatei: Comi-
tissa Anna Diazza de gra-
du.

Aluidone Ioannes Berardi-
nus Castrocucus.

Amendotara: Scipio Pignat-
tellus.

Amerosi: Petrus Minutulus.

Amerusi: Baronissa. Franci-
sca Siscara.

Andrani: Ioannes Tho-
mas Saracinus.

Angrij: Gragnani, & Lettre:
Baronissa Maria Arago-
nica.

Ardorei, & S. Nicolai: Ioan-
nes Ramires.

Aragna: Baronissa. Cæsari-
na Herculana.

Arnesani: Antonius Bozzi^o
Cursius.

Arpaie: Comitissa, Hippoly-
ta de Gueuara.

Arisca & S. Benedicti: Iacob.
Ruffus.

Asergij: Diegus Ossorius.

Auigliant: Ioannes Baptista

- Caracciolus.
Badulati: Casparus Toran-
 dus.
Bagnare: Iacob. Rufus.
Bagni: Comitiss. Victoria
 Calataiuta.
Bagnuli: Ioannes Baptista
 Canorus.
Bairani: Ioannes Vincen-
 tius Coscia.
Barbarani: Marius Carpe-
 ceus.
Baranelli: Ludouicus de Ca-
 pua.
Basciani: Comitissa, Laure-
 lia Scortiatia.
Bazzani: Scipio Ardanus.
Beltomontis: Tyberius Tar-
 fias.
Belvederei: Marius Luci-
 fer.
Benicari: Pyrrus Antonius
 Castigliarus
Binetta: Galanteus Gada-
 letta.
Bitetti: Ioannes Hieronim⁹
 Aquauuius.
Bitetta: Ioanes Hieronim⁹
 Frezza.
Bisaccie: Ioannes Baptista
 Mansus.
Bomba: Ioannes de Anichi-
 no.
Bonati: Ioannes Thomas
 de Rafta.
Boniti & montis Aspri: Clau-
 dius Pifanellus.
Bombonis: Petrus Iczius.
Bouini: Lodouicus de Spe.
Borgagne & Passula: Caspar
 Petrarolus.
Bricigliani: Alfonsus Paga-
 nus.
Bugnare: Ioannes Baptista
 de Afflicto.
Bulite: Franciscus de Sado-
 nalle Castri.
Boni Albergi: Franciscus de
 Guauara.
Busciardi: Aemilius Guari-
 nus.
Busi: Ioannes Vincentius
 de Tufo,
Batrugni: Ioanes Franciscus
 Maramontius.
Celsi & Galdi: Ioannes Mat-
 theus Crifus.
Castellucia: Hector Pignat-
 tellus.
Quinque frondium: Marin⁹
 Curialis
Cinge, Hector Ruffe.
Calimera & S. Caloiri: Ioan-
 nes Baptista Sarianus.
Casoliti: Paulus Spinellus.
Camelle: Iulius Crifus.
Casalichy: Prosperus Curia-
 lis.

- Capogradi & Serra Media:* Nardus Lucas Frezzus.
Cosentinorum: Scipio Scorna.
Corletta: Andreas Coscia.
Corditi, Optati & S. Angeli de Fasanella: Caesar Lofred^o
Curcumelli, Pumigliani & Puroj: Franc. Malignanus.
Cesa: Paulus de Tolfa.
Casapelle & insule Hieronimus Fundius.
Casolle Valentiana: Ioan. Bernardino Incarnatus.
Consenti & Costisi: Baronisa Dianora Ianuaria.
Cirigliari: Cesar Muscetola.
Carisei & Casalis noui: Ioan. Angelus Comus.
Castelli Petrusi: Fabritius Storrentius.
Colentia & Castelli Franci: Ioan. Caracciolus.
Castelli Abbatis: Ioan. Baptista Fuglimarinus.
Coturfi: Antonius Syluius.
Casalis Arborei: Ioan. Vincetius Caracciolus.
Casilmontis & Rocette: Annibal Galeottus.
Casali: Vincentius Crispianus.
Contronis: Ferrandus Vitellius.
- Casarani:* Gurellus Figlimarinus.
Carcelli: Scipio de Somma.
Casapuzana: Iacobus Antonius Seripandus.
Collis Manini: Ioan. Cantelmus de Vgno.
Corniti & Rossili: Ioan. Ludouicus de Castellis.
Chianchitella: Iacobus de Tocco.
Casigliani: Paulus de Bagliuo.
Chiancha: Annibal Crisp^o.
Ceglie: Baronissa, Aurelia Sanseuerina.
Carpineti & Tosili: Federicus Pignattellus.
Ceppalmy: Alfonsus Daualos.
Casani: Ranaldus Caraffa.
Castellucij Agnonei: Fabius Caraffa.
Castelli & S. Nicolai: Fabius Caraffa.
Cughani & Quaglieta: Ioannes Franciscus Gesualdus.
Chianicij & Peschie: Marinus Spinellus.
Campi Clari: Baronissa Catharina Peregrina,
Carcabutacy & Luciti: Baronissa Victoria Sangra.

- Camerota*: Placidus San-
grus.
Castelli Iudicum: Paulus Pe-
regrinus.
Collium: Ioannes Ludoui-
cus Riccius.
Cantalalupi: Angelus de
Constantio.
Carpinonis: Galeatius Circi-
nellus.
Canichij et S. Mauri: Ioan. Frā-
ciscus Podericus.
Camini & Rocca Vandree:
Ioannes Franciscus Mu-
sctola.
Casella: Scipio Roccus.
Cedogne: Ferrandus Papa-
codus.
Crispani: Antonius Cata-
glius.
Collis Anchisiada: Baronissa
Iulia Mornilia.
Categnani & Micciani: Ioā.
Franciscus de Afflicto.
Capriate: Baronissa Hippo-
lita Castriotta.
*Cellamarij & Montis Mara-
ni*: Cæsar de Mara.
Castiglionei & Crucula: Iu-
lius de Aquino.
Celentia: Carolus Gamba-
corta.
Camillorum: Anibal Ma-
stroindex.
Colubraræ: Scipio Cincel-
lus.
Castiglione: Ferrandus Sca-
glioneus.
Casalis de Principe: Ioan. Frā-
ciscus Garganus.
Chianca: Petrus Antonius
Albertinus.
Ceglia: Alexander Arcamo-
neus.
Cursus Omnium: Franci-
scus Maramontius.
Cili & Cesca Pizati: Petrus
Antonius Albenanteus.
Castelli Manardi: Christo-
phorus Sauellus.
Cermignani: Ioan. Thomas
de Sterlichio.
Calimere & Martani: Mani-
lius Buccalis Eques.
Casalti: Ioannes Antonius
Sarrianus.
Craparica Leccij: Barnabas
Adornus.
Castri Pagnani: Alfonsus
de Marchionibus.
Castella: Garterus de Na-
ua.
Cancellata: Fabritius San-
Basileus.
Casola S. Aitori: Ioannes
Vincentius Manus.
Celtini: Colas de Nocha.

- Cassignani*: Ioannes Antonius Pacificus.
Cerri: Baronissa Francisca Serrana.
Castelli noui & Montis nigri: Guglielmus de Siluio.
Cacaonis: Ferrandus Ralius.
Castelli Petrusi: Fabricius Torrenteus.
Collis Fecali & Poij de Valle: Franciscus de Mareris.
Collonella: Ioannes Rosales.
Castillentei & Scorrani: Petrus de Scorrano.
Ciuitatis Aquanae: Alfonsus Lauugnanus.
Castiglionei & Elleca: Dantes de Castellione.
Gagnani: Alfonsus Bernanus.
Castagna: Ioannes Baptista Cermignanus,
Canniti: Ioannes Alfonsus Gerunda.
Carbonaria: Franciscus Iacob. Rogadeus.
Campi Lattari: Ioannes Iacobus Gracchus.
Castroguarini: Alfonsus de Achaia.
Castri Franconis: Philibert⁹
- de Mattheis.
Campij: Ludouicus Maria Paladinus.
Cursati: Col. Angeli Securi.
Cutrosani: Ioannes Alfonsus de Duce.
Cerignani: Baronissa Antonia de Ventura.
Cauallini: Ioan. Antonius Castromedianus.
Canalij: Antonellus de S. Blasio.
Cesani & cugni: Baronissa Antonia Conda.
Ciolini & Vrsani: Boronissa Beatrix Sarla.
Casamasetta: Bernardinus Rondachius.
Camarda: Consaluus Ferradus de Bernaudo.
Cinga: Baronissa Faustina Pipina.
Cusuliti: Baronissa Cornelia Claueria.
Copersiti & Tuchiana: Anielus Ioan. Franciscus de Rugiero,
Carosini & S. Crisperi: Marius de Simonettis.
Castagnette: Franciscus Antonius Gatto.
Disi: Caesar Baro.
Durazzani: Boronissa Bea-

trix de Rata: *Prossi, Melocha & S. Fumie:*
Fabritius Pignattellus.
Formile: Americus de Landolfo.
Fallaschi & Poena Somi: Baronissa Francisca Colonna.
Faleriani & Fredisi: Ioannes Hieronimus Fugmiliarinus.
Fileti: Ioannes Antonius Caraffa.
Fuorlij: Bartholomeus Caraffa.
Fuscaldi & Guardia: Saluator Spinellus.
Frisia & Palmotis: Sigismundus de Sangro.
Formi & Forij: Baronissa Portia Villana de Battaglino.
Frigani Piccoli: Baronissa Constantia Bonifacia.
Fraffi & Limatata: Marcus Antonius Gambacurta.
Fileta & S. Mangonis: Troianus Sanmangonius.
Fontechia: Ferrandus Figuerrous.
Foria & Poderie: Ioannes Iacobus de Vermie.
Fenuchii & Montis: An-

dreas Franciscus Pisanel-
lus.
Flumaria de Muro & Calanne: Petrus Hieronimus de Francisca Messenensibus.
Forcelle & Pupliti: Michael de Inanes.
Fagnani: Scipio Aldanus Capitaneus.
Fossa Ceca: Martinus Montagnus.
Fragagnani: Franciscus de Lantoglia.
Fratta Piccole: Diomedes de Antinoro.
Fagiani S. Georgij & S. Crisperi: Baronissa Beatrix Muscetola.
Ferenzole: Ioannes Franciscus de Sangro.
Giuliani: Galeattius Pinellus.
Gagliati: Ioannes Hieronimus Moranus.
Garagisii: Ioannes de Paulolo.
Galognani: Ioannes Iacobus de Achaja.
Guagnani: Ioannes Donatus de Monacha.
Gurdia Lombarde: Scipio Follicerus.
Grottole: Alfonsus San-

- chezius.
Gioia: Gabriel Baro.
Guariani: Bartholomeus
 Diazius.
Genestràmentis Fuscòli: Co
 la de Rogero.
Gricignani: Ioan. Hieroni
 mus Scaglioneus.
Godena & Montedruni: Ioan
 nes Baptista de Afflicto.
*Guarazzani, Malafidei &
 Porcila*: Consalvus de Sã
 gro.
Ischitella: Ferrandus de San
 gro.
Insule: Ioannes Antonius
 Ricca.
Ieuci: Nicolaus Paueseus.
Lauriana: Camillus Bran
 catius.
Lustra & Vmignani: Leo Ma
 zacanis.
Lentaca & Mancusa: Tho
 mas Filingerus.
Lusciani & Sicignani: Ber
 nabus Garacciolus.
Lauriti: Franciscus Carac
 ciolus.
Loci Rotundi: Octavius Lo
 fredus.
Loratini: Ioannes Iacobus
 Coscia.
Luculli: Petrus Ossorius.
Leuerani & Veglia: Vbertus
 Squarciaficus.
Leporani: Baronissa Franci
 sca Villagutra.
Longani: Bernardus Soma
 ius.
*Lecti, Maglianica & Rocca Mo
 rica*: Bernardinus & Frãci
 scus de Vallignano.
Luciani: Ludouicus de Bel
 gazaro.
Licianelli: Cola de Paladi
 nis.
Lucugnani: Alfonsus de Lu
 cugnano.
Latronici: Ioan. Antonius
 Palmierus.
Laurenzani: Ioan. Vincen
 tius Lofredus.
Marzani: Ioan. Hieronimus
 de Ianuario.
Malpignani: Cola Anto
 nius de Aiello.
Martignani: Baronissa Cle
 mentia de Afrema.
Montis Mesola: Paulus Car
 duccius.
Martini: Ioan. Franciscus
 de Persona.
Maglia: Agamemnon Lu
 bellus.
Montisfortis: Ioannes An
 dreas de Vicarijs
Montisfalconis: Baronissa
 Vãdula Montefalcona.
 Monor:

- Monorbini*: Paulus Tolosa.
Montis Galteri: Troilus Scorpio.
Molina: Baronissa Briana Aristotelea.
Militi: Franciscus de Tolosa.
Motis sani: Angelus Hieronimus Grimaldus.
Molinaria: Iulius Minadous.
Montisbelli: Vincentius Guererus de Messana.
Melsa: Ioannes Baptista Capitellus.
Mirabelli: Iulius de Basso.
Maietta: Alfonso de Atria.
Machia: Ioannis Antonius de Regina.
Massafra: Franciscus Papacodus.
Morzani: Ioannes Sotus.
Misanelli: Ioannes Iacobus Cappola.
Monterioli: Paulus de Guara.
Montaquilonis: Baronissa Ioanna Carolina.
Montorij: Franciscus Antonius de Capua.
Montispelosi: Lodouicus Caietenus.
Montisfalconis: Boronissa Antonia Caraffa.
Montanari atq; Zoppori: Tiberius Calcagnus.
Magliani: Ludouicus Accia pozzus.
Marcioli: Hieronimus de Sagra.
Miranda: Cola de Somma.
Montissani: Ioannes Vincentius Lofredus.
Montisfortis: Cæsar Lofredus.
Mirabelle: Hieronimus Tomasinus.
Motola: Rainaldus Lagna.
Montis Mileti: Ioannes Vincentius Toccus.
Marcellinarij: Iulius Cæsar Sansenerinus.
Marsici Veteris: Ioannes Caracciolus.
Morsati: Annibal Capaceus.
Monteronis: Fabricius Galeottus.
Monasteracy: Marinus Galeottus.
Mattafellonis: Camillus Arcella.
Menaciglionis & S. Elia: Ioannes Albertus Locatellus.

Motta, S. Ioannis & Soriti:
 Andreas Arduinus.
Marontij, Montacoracei &
Sessa: Ioannes Baptista
 Albertinus.
Nocha: Vincērius Nochus.
Nuciglia: Donatus Cau-
 chioneus & Hieronim^{us}
 Castromedius.
Orta: Decius Caracciolus.
Oliuiti noui: Bernardinus
 Capuanus.
Oliuiti: Ioannes Thomas
 Blancus.
Ogliastri: Robertus Picado
 cha.
Ortidonici: Syluius Marsa-
 nus.
Paule: Baronissa Isabella de
 Toledo.
Petra Mala & Torani: Ioā-
 nes Thomas Caualcanti-
 tius.
Pappasideri: Ioan. Franci-
 scus de Olitto.
Paliscianelli: Tiberius Ro-
 bertus.
Presize: Philippus Antoni^{us}
 Citus.
Palisciani: Iacobus Proto,
 nobilissimus.
Palmarici: Robertus de Vē-
 tura.
Pagi: Bartholomeus Cutel-
 lus.
Petruri: Franciscus Mateli-
 ca.
Palumbare: Flaminius de
 Vgno.
Pizzoli & Tornimpartis: Pe-
 trus Basfurtus.
Podij, Blacentini: Scipio Al-
 danus.
Poste: Ferrandus Corne-
 sus.
Paganica: Rodericus de
 Arce Capiraneus.
Pizzonis & Vallis Schiffata:
 Iacobus de Bucchis.
Pumigliani, Atella: Horten-
 sius Molignanus.
Pugnanelli & Raiani: Anto-
 nius Dixanus.
Palate & S. Iusta: Innicus de
 Sagaro.
Pena Versogna & Petruri:
 Franciscus de Palma.
Paglietta & S. Viti: Martin^{us}
 de Segura.
Pisignani: Antonius Laroc-
 ca.
Pulsani: Ioānes Falconeus.
Pepcna: Ludouicus de Suni-
 ca.
Pisciotta: Sanchius de Lena.
Pestruri: Aluarius Moli-
 neus.
Pentodactili: Ioannes Mi-

chael Francopertus.	<i>Podica</i> : Ioānes Hieronimus
<i>Petra Baiarane</i> : Fabius Ma-	Capanus.
<i>Strojudex</i> .	<i>Polestina & S. Georgij</i> : Bal-
<i>Prate</i> : Ioannes Franciscus	thasar Milanus.
Garganius.	<i>Pedemontis</i> : Batoniffa Caf-
<i>Podij S. Ioannis & Turris Ta</i>	andra de Capua.
<i>glia</i> : Iulius Cæsarinus.	<i>Quadra et Taranta</i> : Hercu-
<i>Providentij</i> : Michael de A-	les Mauizzius.
ierbo.	<i>Postiglionei</i> : Iulius Caraccio
<i>Pomigliani de Arco</i> : Vincē-	lus.
tius Ebolius.	<i>Petina</i> : Iacobus de Tolfa.
<i>Pettorani</i> : Octavianus de	<i>Pierdifumi, Patalani & Bel-</i>
Afflicto.	<i>rifguardi</i> : Barnabas Carac-
<i>Prati</i> : Cæsar de Noia.	ciolus.
<i>Porcarini</i> : Marinus de For-	<i>Rocca et S. Martini</i> : Hiero-
ma.	nimus Sfortia.
<i>Præ</i> : Fabius Filingerus.	<i>Rocca Rainole</i> : Scipio Toma-
<i>Polle</i> : Franciscus Antonius	cellus.
Villanus.	<i>Rocca Valescura, Pettorana et</i>
<i>Pij & S. Maria</i> : Ioannes de	<i>Alfedana</i> : Octavius Can-
Guseuara.	telmus.
<i>Presenzani & Vairani</i> : Ioan-	<i>Romandiola</i> : Ioannes Hiero-
nes Vincentius Coxa.	nimus de Lagnio.
<i>Petra Ferrazana</i> : Riccius de	<i>Rocca Monsina</i> : Ludoui-
Riccio.	cus Caraffa.
<i>Pesci Pagani & Rubi</i> : Fabius	<i>Rositi et S. Arpini</i> : Ioannes Ia-
Geualdus.	cobus Caraffa.
<i>Pescarola</i> : Ioannes Thomas	<i>Rocca Scalegna</i> : Ioannes Ber-
Caraffa.	nardinus Caraffa.
<i>Pandarani</i> : Ioannes Fran-	<i>Remi</i> : Ferrandus Caraf-
ciscus Caracciolus	fa.
<i>Pizzuti</i> : Fabius Galeottus.	<i>Rocca Minolfia</i> : Sigisfundus
<i>Pistiglionei & Tocci</i> : Fabius	Pignattellus.
Caracciolus.	<i>Rocca Rauignole</i> : Hector

- Montaquila.
Rotondella: Astorgius Agne
 seus.
Rocca Cicutia: Oliucerus de
 Ebolis.
Rignani: Alfonsus Torel-
 lus.
Ripa Lemosena: Ioannes An-
 tonius Mastroiudex.
*Rapini & Rocca Montepia-
 na*: Baronissa Claudia
 Franconea.
Roscioli: Alfonsus Rota.
*Rochetta S. Stephani & Scopli-
 ti*: Baronissa Maria de Medi-
 na.
Rocca: Raphael Falconeus.
Rochetta Abbatia: Donatus
 Antonius Baro.
Rocca S. Ioannis: Baronif-
 sa Conrada de Lecto.
Roffiani: Baronissa Arminia
 Lantoglia.
Rusigni: Lucius de Tocco.
Rocca Rodina & Redita: Mi-
 chael Ioannes Comes.
Salvia: Marcus Antonius
 Caracciolus.
S. Nicolai Monfreda: Baro-
 nissa Cornelia Caracciola.
Saxi: Iulius Caracciolus.
S. Laurentij: Baronissa Lu-
 cretia Caracciola.
Sacci: Ioanes Antonius Ca-
 peceus.
Sorbi: Fabius Gesualdus.
Spinosi: Berardinus Minu-
 tulus.
S. Georgij: Ioan. Vincentius
 Pandoneus.
S. Iacobi: Scipio Seripanus.
S. Arcangeli: Ioannes Ange-
 lus Barilis.
Sesti: Ioannes Baptista Ca-
 rassa.
S. Laurentij: Ioannes Anto-
 nius Carassa.
S. Georgij Motinaria: Scipio
 Carassa.
S. Georgij Montisfuschuli: Pyr-
 rhus Ioan. Spinellus.
Spineti: Lucius de Sangro.
S. Marci Cautilorum: Mar-
 cellus Gabaniglius.
Sellia: Ioan. Baptista Serifa-
 lis.
Salza: Paulus Podericus.
S. Antami: Fabritius Stedar-
 dus.
S. Felicis: Ioan. Michael San-
 felicius.
S. Maximi: Baronissa Anti-
 ra de Ianuarijs.
S. Ioannis Rotundi: Fabricius
 Mormilis.
S. Capita: Antonius de Af-
 flicto.
S. Marzani: Paul' de Toso.
 s. Cath-

- S. Chaterina*: Bruno Concu-
 bletus de Arena.
- S. Floris*: Balthasar Streue-
 rius.
- Serrani*: Georgius Antoni⁹
 de Porta.
- S. Seuerini*: Camerotte: Cof-
 mus Sanmangonius.
- Saluij*: Carolus Scaglio-
 neus.
- S. Murcellini*: Camillus Gar-
 ganus.
- S. Barbati*: Ioannes Ange-
 lus Albertinus.
- S. Viti Schlauorum*: Gotfre-
 dus Palaganus.
- S. Cesarij*: Alcanius de Gua-
 rinis.
- Scapolij*: Ioānes Heironim⁹
 de Gallucio.
- Sasana*: Ioannes Andreas
 Castagna.
- Strāgolij*: Baronissa Hieroni-
 ma Villagutta.
- S. Mariae in Grifone*: Blasius
 Macrius.
- S. Martini*: Fabius de Lago-
 nessa.
- S. Nicandri*: Alfonsus Tho-
 maius.
- S. Demetri*: Capitanus Aqu-
 lara.
- Senerchia*: Alexander de Se-
 nerchia.
- S. Petri Indelicati*: Federicus
 Rastica.
- S. Mariae ad Thorum*: Maria-
 nus Mozoia.
- S. Agnese*: Ioannes Camillus
 Selarolus.
- S. Licandri*: Ioannes Alfon-
 sus de Henrico, aliās de
 Picolo.
- Siti*: Polidorus Sarascus
- Seclij*: Baronissa Roberta
 Ducea.
- Sana Riccia*: Claudius Lu-
 bellus.
- S. Marzani*: Demetrius Ca-
 puzamandius Capitane⁹.
- S. Mariae de Nouis*: Donatus
 mariola de Priolis.
- Salandra*: Franciscus Rober-
 terius.
- Sauali*: Bartholomeus Si-
 scara.
- S. Lucia*: Ioannes Antonius
 Curialis.
- Spinosi*: Ioānes Hieronimus
 Minutulus.
- S. Petri Scaffati*: Ioan. Bapti-
 sta Caracciolus.
- S. Marci Catula*: Marc⁹ Anto-
 nius Caietanus.
- S. Petri Diani*: Blasius Marfi-
 canus.
- S. Mangonis Cilienti et Vato-
 la*: Ion. Andras de Pezzo.

- Tricarici*: Ioannes Bernardinus Sanseuerinus.
Tofara: Decius Delius Cripianus.
Turrini: Ludouicus Pignatellus.
Trentenaria: Bernardinus Rota.
Tenerola: Ioannes Hieronimus Mormilis.
Trecase: Pyrrhus Castriotus.
Tusi: Ioannes Ludouicus de Tuso.
Torrachia: Fabritius Gambacurta.
Theana: Franciscus Antonius Franco.
Tora: Ioannes Vincentius, Ioannes Franciscus & Ludouicus de Golucio.
Torchiaruli: Tiberius Franco.
Trentole & Riani: Portia Villana Battagliona.
Tiuorlacy: Fabius Pamlinbus.
Tulli: Iosephus Rauignanus.
Toricella: Galeati^o de Torricella.
Torani: Ioannes Petrus Cafarellus.
Tuscilli: Baronissa Anna
Canthreria:
Tortorella: Cæsar Riccius.
Turris: Franciscus Moles.
Turris Padula: Carolus Caualzarius.
Tauicani: Stephanus Freggettus.
Torchiare: Maxentius de Bonito.
Villa Maina: Vincentius Carracciolus.
Valentini: Ioannes Baptista Minutulus.
Vegiani: Ioannes Iacob. Denticius.
Volturara: Vincentius Carraffa.
Vrsara: Ioannes de Gueuara.
Vasta: Ioannes Franciscus Falco.
Vinciat hori: Ioan. Andreas Longus.
Vallis: Thomas Altomarinus.
Valua: Cola Maria Beltramus.
Venasvi: Dauid de Guerra.
Vigiani de Monte Fuscolo: Mutius de Monte Fuscolo.
Vrsomarzy: Baronissa Barbara Brisachia.

NOBILES REGNI NEAPOLITANI
FAMILIAE.

Neapolitana Vrbs in quinque diuisa est partes, quæ à
sedilibus, singularum ciuibus ad Conuentus
deputatis, Seggia appellantur: in ea ergo
parte, quæ Seggium, hoc est Sedes
Capuana dicitur, hi nobiles
recensentur.

Aprani	Pannoni de duce	Caponi
Marcelli	Boiano	Capecçij
Barili	Pescetelli	Capuani
Boccapianoli	Protonobilissimi	Caraccioli Blanci
Bozzuti	Sconditi	Cardmenses
Cantelmi	Seripani	Caraffæ
Capecçij	Somma	Coscij
Caracciola de Leo	Toccoi	Diascaloni
ne	Tomacelli	Dolcei
Caraccioli Rosij	Zurli	Caietani
Carbonij		Gallarani
Crispani	In ea parte quæ	Gattani
Denticij de Pisce	Sedes Nidi appel	Gesualdi comites
Denticij de Stellis	latur sunt hi no-	Conze
Figliularini	biles.	Gonzagide Ferrado
Formani		Grisoni
Galcotti	Aquaniui	Gueuarij
Guinazzij	Afflicti S. Marzei	Guinazzij
Lagnij	Anali seu dauali	Lunani
Laonessèi	Azzani sine de	Milani
Latry	Noie comite	Monfolini
Lofredi	Berlingeri	Montalti
Manselli	Bolognani	Vrsini Grauinenses
Minutuli	Brancazj	Piccolhominei
Vrsini de Braccia-	Gabanigli	Pignattelli
no	Cantelmi	Riccij

Sangri	Aiossi	Port.
Sanseuerini	Alexandri	Gattolu
Saracini	Angeli	Gongagi S. Vespasiani
Sarisali	Belprati	Ligori
Spinelli	Colunij S. Afc anij	Mirabelli
Spini	Cardonenses du-	Mocchij
Tolfani	cis Sessei	Mormili
Thomacelli	Durani	Sassoni
Vulcani.	Caietani	Sūt preterea Nea-
Sedes montana	Genarij	poli nobiles, nul-
habet.	Genarij S. Nicotera	lis partibus iam
Capuanos	Griffu	memoratis addi-
Carmignanos	Inferra	ti, sed tamen
Cicinellos	Macedonij	antiqui & cla-
Constantios	Macedoni Maio-	ri, nempe.
Mardones	nenses	Abenauoli
Mirabellos	Melij	Acziapaci
Muscetolos	Origlia	Aquini
Pignonios.	Pagani	Afflicti comites Tru-
Podericos (regis	Papacodij	uenti
Riuernanos S. Vice-	Seuerini	Aierbi
Rocchios (le	stramboni	Anichini
Rossios de Barbaza	Tutauilla	Anfore
Rossios de Leone	Venati.	Aragonij
Sanfeliceos	In Sede Porte	Baldasini
Sorientos	Nouę degunt	Belprati (nibus
Solos S. Secretarij	nobiles.	Bernaudi de Baro-
Stendardos	Agnesi	Bisbaldi
Toledanos S. Vice-	Anani	Borgiei
regis	Bonifacij	Blancia
Villanos S. Franci-	Capuani	Buccini
scantoni.	Coppoli	Capuani comites
In Sede Portus	Constantij	Pateni
degunt.	Emptij à Pio IIII.	Cassandi

Castandi Marchio	Nauales	In alijs Neapolita
nes Cassani	Vsini comites Pa-	ni regni vrbibus,
Castellani	tienti	sunt itidem fami
Castelui	Palagani	lię nobiles, vt
Castigliarij	Palmieri de Latro-	sequitur.
Castracuchi	nico	AMALFII sunt
Ciscari	Pellegrini	Afflicti
Comites	Piccioli	Riccij
Concubletti	Rai Antoni-	AVERSÆ
Copula Colucij	ni	Altimarij
Cossa	Raimi	Cutinarij
Euoli	Rattani	Gargani
Filingeri	Reginani	Grimaldi
Frezza	Rosani	Landolfi
Galeotti	Rossi Pistoia	Marcij
Galutij	Rota	Pacifici
Gambecurti	Ruffi	Ricciardi
Gargani	Sanmangonij	Scaglioni
Gattinara	Sanbasili	Siluestrij
Gesualdi	Scaglia	Simonelli
Gualani	Scaglioni	Tusi
Limagnani	Scorra	Vallenses
Lanfranchij	Senerehia	BARII
Lanoia	Sifola	Affatati
Mariconni S. Dio	Syluani	Alisii
medis	Suardi	Arcameni
Marzani Baronis	Toccoi	Carducci
Mastroiudici	Turrei	Carettoni
Mendoza	Torelli	De Carris
Myrti	Tusi	Dottola
Monaci	Valuani	Deffremi
Montfortij	Villani,	Fanelli
Montani		Philippucij
Muri		Gerunde

Lamberti	Luccij	Ferrarij
Lampugnani	Magiorij	Gaiazza
Masilij	Padule	Gallones
Maximi	Perisi	Leonini
Palumbi	Picci	Lanzani
Pascalina	Regna	Marchesij
Rossi	Ripa	Magiones
Taurisani	Rogadij	Pantoliani
Tresca	Scatigij	Pelegrini
BARVLI.	Tacole	Pellenati
Acconciagiocchi	Valeriani	Ranaldi
Falconij	Veritatei	Rattani
Gentiles	Vulpiani	Rosij
Marrani	Planeta.	Siniscalcij
Pappalitera.	BRVNDVS II.	Thomasini
Sancti Crucei	Belzoi	de Vineis.
Strazze.	Caraccioli	CASERTAÆ.
BENEVENTI.	Florentini	Aloisij
Capoblancij	Fornarij	Amici
Conestabili	Pandonis	Cifolij
Controuerij	Raimodei	Clementij.
Gregoriani	Sacchi	Guidones
Mascambruni	Satuatorei	Milaresij
Masselli	Scolmasora	Sasij
Paccani	Thomasini	IN CASTRO
Pescie.	Villanoua	ad mare sunt.
Sauarian	CAPVÆ.	Castaldi
Velote.	Antignani	Certi
BITONTII.	Aienzani	Miri
Abenantei	Azziani	Naponij
Barones	Capuani	Nucerini
Bouij	Ebuliani	Riccij
Girardi	Falconei	Sicardi
Labini	Ferramosca	Soldani

Vaccari
Vergari
Vitai
Vrsonij
CAVAE.
Curtij
Longi
Ponzij
Rocchi
Tossoni
Troisii
CONVERSANI.
Forzani
Manerij
Rabioli
Tarsiani
COSENTIAE.
Bernaudi
Caualcantiij
Chiachoi
Cozij
Ferrarij
Longi
Martirani
Materani
Miliarezij
Morelli
Quatromanij
Sanfelicei
Sarsati, aliàs Sur-
rentini.
Scaglionei
Tarsiani
Tilisi

CROTONE.
Campitelli
Luciferi
Pepini
Protospatarij
CAIETAE.
Aluiti
Castagne
Caualcantiij
Caietani
Gattole
Guazelli
Guastriferri
Lumboli
Manganelli
Montaquile
Sigherij
Spatarij
Squacquarij
Storrenti
Vioi.
CALLIPOLI.
Chryfogiouannes
Magy
Nandi
Pepij
Rocchij
Scaglioni
Sermagistri
Valderouani.
GIFANII.
Darij
Rossij
Sancti Marij

Scoterari
GRAGNANI.
Amati
Auria
Barones
Comparati
Marchesi
Marini
Medici
Miri
Arimini
Sicardi
LECCIAE.
Aielli
Arimini
Achaj
Barerari
Barones
Carbonarij
Castromediani
Corfi
Docei
Falconij
Franconi
Frisorij
Georgici
Iudices
Guarini
Guidani
Lobelli
Maramontij
Matthai
Marescalchi
Monici
Moschi

Muri
Noiani
Paladini
Perroni
Petracoli
Porte
Prati
Prioli
Raini
Sambiasi
Saracini
Scisti
Tasuri
Verardi
Zimara.
MARTORANI
Angeli
Martirani
Scaglioni
Sarrhentini
NVCERIAE
Saracenorum
Castaldi
Lamberti
Magliani
Marini
Pagani
Rinaldi
Vngari.
NO LAE.
Albertini
Barones
Casarini
Elecchia

Fontanarosi
Iudices
Griffij
Mastili
Notarij
Petrigiouanni
Risii
POZZOLI
Aquilieri
Bosij
Capomaza
Costantij
Pesi
Rosij
RAVELLI
Aconzagiochi
Appenditani
Bouei
Castaldi
Campaniles
Confalonij
Froggiani
Frezzaiani
Fusca
Grifone
Marrani
Muscetolla
Oferij
Peponci
Pirontani
Rogadij
Ruffole
Rustica
Storbagiocchi

de Vitta.
ROSSANI
Amarelli
Armingari
Britti
Campagne
Caposaccij
Citi
Cortij
Foggiani
Longi
Maleni
Manarini
Muri
Nigri
Protospatarij
Rapani
Risii
Tagnaferri
Toscani
Zurri.
SALEARNI. ad
Sedem Porte ex
tense sunt.
Aielli
Capani
Cappoli
Curiales
Guarnani
Manganarij
Muscones alias
Gnisfolij
Pagliara
Pantoliani

Pezzi
de Porta
Prignani
Rugieri
Rasicani
Stillati
Vivaldi
In eiusdem vrbis
Sede Campa-
na agunt.
Castellonichi
Carafelicei
Graniti
Grilli
Guardati
Ruggi
Sciabiga
Solimela
Spitelli
Trentacapilli.
Et in sede Portæ
nouæ sunt.
Auersani
Capografti
Comites
Grilli
Iudicei
Longi
Mazza
Morsani
Pagani
Pintij
Protogiudices
Santomagi

Scattaretici
Vicarij .
IN SANSEVE-
RINO sunt.
Abatessani
Antinori
Capasini
Pescarij
Prigiani
Sambarbatij
Sarni
Villani.
SESSAE
Asprelli
Baccari
Castrei
Coxa
Florimontij
Gallucij
Gattola
Insulani
Niphi
Paulini
Ricci
Rogati
Suessani
Transi.
SVRRENTI
Acziapacy
Acciani
Amoni
Anfora
Borsoi
Brantij

Capecci
Cortesi
Curiales
Domini Marty
Esepj
Fralangi
Florij
Guardati
Marzati
Mastroiudices
Mulignani
Nolilionei
Oreficei
Pellegrini
de Porta
Romani
Rota
Serfati
Sposiani
Tracij
Vrsoi
Vulcani.
SVLMONE.
Amonci
Aristotelei
de Casibus
de Capite
Capografti
Colombini
Carbones
Martini
Matthai
Meliorati
Merlini

Quatrari
Ranaldi
Russi
Sardi
de Sanitate
Tintori.
TARENTI.
Aielli
Amoglietta
Carignani
Castellani
Musci
Muscettoli
Pontij

Protonobilissimi
TIANI.
Angeli
Abenauoli
Baratuzij
Gariglij
Gallucij
Martini
Montani
TRANII deniq;
sunt nobiles.
Angeli
Berlingeri
Eorismirij

Botronij
Campitelli
Cimij
Eliezarij
Filingeri
Lambertini
Matardicij
Palagani
Passasepij
Sifoli
Staffa
Stanga
Ventura.

FINIS.

PANDVLPHI COLLENTII
PISAVRENSIS IVRISCONSULTI HI-
STORIAE NEAPOLITANAEI AD HERCVLEM,
I. Ferrariae ducem, Liber primus.

Ioan. Nicol. Stupano Rhetor interprete.

ARGVMENTVM.

*Hoc primo libro Neapolitani regni Magnitudo ac limites demon-
strantur: quæ eius potissima regiones, vrbesq; magis celebres, & à qui-
bus primum condita fuerint, narratur. explicantur eius regni illustri-
res familia, & describuntur extera quedam gentes, quæ regnum diuer-
sis temporibus affllexerunt, Gothi videlicet, Vandali, Longobardi, Sar-
raceni: & de Turcis atq; eorum origine & successu quasi per compen-
dium tractatur.*



ATVRA ita comparatum est, ut non minus chara nobis ea loca sint, in quibus educati enutritique sumus, quam illa in quibus nascimur. Atq; id sanè eò magis accidit, quo foelicus illic, in alicuius excellentis principis aula, virtuti, bonis moribus, cæterisque disciplinis, quæ ad vitam bene institutam faciunt, operam dederimus. Quare nemini mirum videri debet, Illustriss. Princeps quod de regno Neapolitano, ubi Adolescentiæ & Iuuentutis tuæ florem honestissimis exercitijs transegisti, deq; optimo rege Alphonso Arragonio primo, cum quo in magno honore & familiarissimè vixisti, toties loquaris, præteritarum ibi rerum memoriam libentissimè repetas, & perfectam earum cognitionem cupias consequi. Cæterùm etsi non ignoremus, omnes qui in hac tua Aula versamur, nullam propè esse historiam Græcam, atque Latinam, quam non summo studio perlegeris, tamen, quoniam sparsim res in eo

regno gestas, varij autores conscripserunt, nec tantum tibi à negotijs Reipub. relinquitur otij, quantum in ijs examinandis, & in vnum veluti corpus colligendis historicè omnibus, quæ à diuersis scriptoribus memoriæ prodita fuerunt: tibi visum est, istud munus nobis demandare. Faxit igitur Dominus, vt & tuæ expectationi, & meo rectè obtemperandi desiderio euentus respondeat: prouinciã ego istam libenter sanè suscepi: & quamuis non ignorè, hanc historiam variam esse, multisq; modis dispersam, nec proinde sine magno labore, in ordinatam perpetuamq; narrationem posse reduci: tamen alacritas animi, & tibi gratificandi studium, omnè sperò auferet nobis molestiam. Enimuero Princeps Illustriss. nullam Italię partem comperiemus, tot mutationibus esse obnoxia,

Neapolitanum regnum multis mutationib. obnoxium.

atq; regnum Neapolitanum: est enim eius prouincijs veluti fatale, non sæpè, verum semper ferè, aut tyrannidem perpeti, aut seditiones habere, aut perfidos, aut rebelles, aut sustinere bella, euersiones vrbiũ, rapinas, incendia, & omnis generis alias calamitates, quæcunq; ab avaritia & ambitione huius contagij matre, prouenire consueuerunt. Quod proinde non tantum nostro tempore cernimus euenire, sicuti historia quoq; hæc nostra declarabit, verum etiam antiquitus ei id ipsum tam peculiare fuisse, vt Strabo geographus Græcus testetur, Poetas ea ipsa de causa finxisse, à Gigantibus in campis Phlegrajs qui sunt in Campania, prælium olim esse commissum, quòd ea regio ad motus & bella concitanda natura quasi procliuis sit. Sic quoq; apud Titum Liniũ legimus, Pub. Sulpitium consulem Rom. cum de suscipiendo bello aduersus Philippum secundum Macedonia regem cõsultaret, dixisse: incolas huius regni tam diu in fide permanere, quandiu non haberent, quibus sese rebellando dederent. & alio loco asserit idem autor, Campania populis insitam esse quasi à natura perfidiam. Itaque minime debemus

Strabo.

Cãpi Phlegraei in Campania.

Perfidia Neapolitanorum.

qui sunt in Campania, prælium olim esse commissum, quòd ea regio ad motus & bella concitanda natura quasi procliuis sit. Sic quoq; apud Titum Liniũ legimus, Pub. Sulpitium consulem Rom. cum de suscipiendo bello aduersus Philippum secundum Macedonia regem cõsultaret, dixisse: incolas huius regni tam diu in fide permanere, quandiu non haberent, quibus sese rebellando dederent. & alio loco asserit idem autor, Campania populis insitam esse quasi à natura perfidiam. Itaque minime debemus

debemus mirari, quòd aut perpauca, aut nulla planè literarum monumentis prodita inuenimus ab illius regni hominibus, de rebus illic gestis: hæc enim impedièrunt motus illi perpetui, seditiones nimirum atq; exilia, propter quæ nec libros componere, nec si qui fortè fuère cõscripti, eos ad posteros potuerunt transmittere, ob contumua videlicet incendia variasq; rapinas, quibus omnium rerum memoria deleta fuit. Atq; isthæc nolim equidem ita à me dicta intelligi, ac si prouinciam mihi demandatam detrectare cuperem: sed in eum solū modo finem, vt veniam quoq; impetrare possim, si fortè hisce commentarijs non semper res omnes acutigerero. quod satisfecisse me sperem, si res quasq; memoria maximè dignas, ex magno illustrium scriptorum numero, multisq; etiã iuriconsultis, atq; fide dignis narrationibus collectas, in hoc compendium reduxero. Adde quòd alias quasdam res etiam breuiter attingam, quæ fortè occurrēt, ab hoc regno diuersas, si modò ad institutum facere videbūtur: quod proinde mihi non minus vitio verti debere existimo, atq; viatori qui aliò contendens, aliquandiu solet immorari in contemplandis quibusdam vrribus, aut alijs locis amœnioribus, quæ fortè occurrere consueverunt. Cæterum cum in hoc nostro opere cõstituerimus, certa methodo dilucidè enarrare quæcunq; memoria digna, in regno Neapolitano gesta esse accepimus, ab império Cæsaris Augusti primisq; seruatoris nostri annis, vsq; ad nostra tempora: videor mihi operæ precium facere, si primo hoc volumine breuiter quoq; explicem, illius magnitudinem atq; fines: vt manifestum sit omnibus, quænam Italiae regio Neapolitani regni nomine intelligatur. Quo facto ostendam etiam, quæ potissimæ in eo vrbes floruerint, quæ familiae magis celebres extiterint, & denique exteras quoq; gentes breuiter describam, quarum mentionem deinceps sapius facere oportebit: sic enim

Pauca Neapolitanæ historiae

Quam latè sese hæc historia extendat.

faciliora magisq; dilucida erunt, quæcunq; postea enarrabimus.

*Regni Neap.
fines qua parte
Maliæ cohæret.*

Regnum Neapolitanum igitur, quod apud quosdam scriptores etiam Apuliæ & Siciliae regnum citra fretum appellatur, qua parte cum reliqua Italia cohæret, primû via Aurelia & Latio terminatur: quæ proinde & ipsa ad Vstem fluium desinunt, non procul à Terracina, quæ olim Anxur dicebatur. Ut in Mari Tyrrheno videlicet, sumpto ab huius fluij ostijs exordio, linea ducatur sursum procedendo, per Latium versus Apenninum per Sabinos, hincq; per Umbriam atq; Picenum, quæ hodie Marchia Anconitana dicitur, vsque ad Troenti fluminis ostia, quæ sunt in Adriatico sinu. Atque hæc sanè linea, quoniam nõ recta est, sed fluminum ambages imitatur, longitudine centum quinquaginta millia passuû æquat: nam à Terracina ducitur ad Fregellas & Ceperanum, hincq; per Reatensium & Talliacotij comitatus fines, ad Interrochream, Ciuitatem Reatem, Matricem Asculumq; protrahitur, & tandem in ipsius Troenti amnis ostijs desinit: nec enim alioquin centum triginta millia passuum superaret, siquidem rectà duceretur.

Reliquum eius totum mari ambitur peninsulæ instar. & qua parte Occasum spectat Tyrrheno mari clauditur, à Meridie Siculo, Ionioq;, & ab Ortu atq; Septentrione Adriatico, & parte etiam Ionij continetur: estq; littoreus hic illius ambitus ab Anxure vsq; ad Troentum amnem, mille quadringentorum & octodecim circiter Italicorû milliariorum. Ab Anxure enim abest Neapolis octuaginta duobus passuum millibus, & illinc Buxentum centû quadraginta septem: à quo iterum distat Rhegiû centum octuaginta tribus: & centum triginta tribus abest à Rhegio Spartiuenti promontorium, quod olim Herculeum vocabatur: hincq; ad Lacinium promontoriû numerantur centum nonaginta quinq;, & ab eo Tarentum vsq;

*Continet autè
Italicum mil-
liare passus mil-
le.*

*Regni Neap.
ambitus mari-
timus.*

vsq; ducenta: à quo abest Salentinorum promontorium triginta, & viginti sex ab hoc, Hydruntū. Garganus mons autem ab Hydrunto non minus etiā distat, quā ducentis viginti duobus, à quo deniq; vsq; ad Troenti fluminis ostia sunt ducenta: quæ si in vnam summam addantur, efficiunt mille quadringenta & octodecim passuum millia, tantus videlicet est maritimus eius ambitus. Cui si coniungantur centum quinquaginta, quibus à reliqua Italia parte, linea ab Vfentis in Mare Tyrrhenum egressu, ducta ad Troenti ostia, separatur: habebimus mille quingenta sexaginta octo millia passuum, quæ totius regni Neapolitani ambitum continebunt, sicuti nostra memoria distinguitur.

Iam verò prouincias, quæ in hoc regno præcipuè sunt, deinceps explicabimus: Ab Vfente fluuiio, quo loco iuxta Anxur in Mare Tyrrhenum sese exonerat, initio sumpto: ubi primū nobis sese tota illa Latij noui pars offert, quæ illinc vsq; ad Lirin fluuium porrigitur. Nam etsi nostra ætate (vt est in cæteris quoq; rebus magna confusio) tota illa regio quæ Tyberi, Sabinis & Apennino distincta, Anxur vsq; porrigitur, in tres partes distincta sit, Latium videlicet, Campaniam Romæ, & Maritima, tamen antiquitus Latij noui nomine veniebat quicquid ad Lirin vsq; porrigitur: quæ proinde hodie prima est regni Neapolitani prouincia, in qua sunt præ cæteris, tres vrbes celebriores, Formiæ, Fundi atq; Caieta. Hinc deinde vsq; ad Sarnum fluuium porrigitur Campania vetus, quæ à neotericis Terra Laboris appellat, in qua sicuti iam olim, ita nunc quoq; præcipuæ vrbes sunt Capua atq; Neapolis. Deinceps sequuntur Picentini vsq; ad Silarin fluuiū, cuius regionis maior pars hodie Principatus appellatur, & habet vrbes celebres Surrhentum, Nuceriam atq; Salernum. Sequitur deinde Lucania (Basilicata iam dicitur) quæ ad Saprimum vsq; porrigitur, qui fluuius olim Lauus

Que præcipuè regni prouincia.

Latium nouū eiusq; apud recentiores tres partes.

Campania vetus, forte leborij campi.

Picentini.

Lucania.

Calabria. vocabatur, in qua sunt celebres vrbes nostra memoria Policastrum & Iſcalea, antiquitus verò Buxentum, multaq; alia caſtella inter montes. Lucaniam excipit Calabria, quæ Brutiorum regio à recentioribus appellatur, & Tyrrheno mari vsq; ad Leucopetræ promontorium, deinde Siculo clauditur vsq; ad promontorium Armorû, in quod ex ſummis alpibus originem ducens, & per totâ Italiae longitudinem decurrens, Apenninus deſinit, & cuius ſummus apex à nautis noſtra ætate Tali nuncupatur: habet autem præcipuas vrbes ſicuti antiquitus, ita nunc quoq; Coſentiâ & Rhegium Iuni, quod proinde ita appellatur ad diſcrimen Regi Lepidi, in Gallia ciſalpina. Ab hoc armorum promontorio in ortum tendenti verſus

Hercul. promontorium. Herculeum, deinde ab hoc rurfus in Aquilonem per mare Ionium modicè deſectenti, ſeſe offert magna Græcia, quæ Tarentû vsq; porrigitur: quamvis noſtra ætate hæc regio Calabriae nomine intelligatur, cuius præcipuæ vrbes ſicuti iam olim, ita nunc quoq; florent Scyllaceum, Croton & Tarentum. Poſtea ſupra ſinum Tarentinum, ſunt Salentini, & vsq; ad eiufdem nominis promontoriû habitant, habentq; celebres vrbes Callipolin & Vgentû. Hinc verò in Aquilonem deſectèdo, ſuccedit Brundufiû vsq; ea regio, quæ antiquitus propriè Calabria vocabatur, ſupra Ioniû: in qua iam olim fuère & etiam nû ſunt, ciuitates inclitæ Brundufium, Alectium & Hydruntum. Cæterùm Calabria hæc cum Salentinorum regione cõiuncta, quæ inter Ionium & Adriaticum mare in Ortum porrigitur, noſtro tempore terra Otranti nuncupatur, antiquitus verò Iapigia, Meſapia & Peninſula etiam dicebatur: quod Tarentum à Brundufio (quorum illud Ionio hoc Adriatico mari alluitur) peſtredi itinere non plus quàm trigintaquinq; millia paſſuum diſtet. A Brûduſio deinde vsq; ad Auſidum fluuiû ſe porrigit Apulia Peucectia, à quibuſdâ etiam Aetolia nuncupata: ſicuti & Barium

Magna Græcia.
Salentini.
Iapigia, Meſapia Peninſula.
Apulia Peucectia.

rium, qua parte mari alluitur: in qua sunt Egnatia, quæ hodie Iuvenatium dicitur, atq; Venusium. Tunc ab Aufido usq; ad Firernum fluvium altera Apulia est, quæ Daunia cognominatur, à nostris etiam Plana: in qua sunt maritima quidem Salapia, Sipa, Apeneste, quæ hodie Manfredonia dicitur, & à mari magis remotæ Luceria Sarracenorum dicta, & Canusium. Inter Titernum atque Sarum fluvium sita deinde Ferentanorum regio est, Adriatico mari contigua, cuius præcipua oppida antiquitus fuerunt Histonium, quod hodie Estomium nuncupatur. & à mari paulo magis remota Larinum atque Ansanum, quod Lancianum vocant. Hos excipiunt Peligni, qui inter Sarum & Aternum (quem fluvium Piscariam appellat) siti sunt: habentq; Ortonam urbem maritimam, & à mari remotiores Sulmonem & Corfinium, oppidum olim celeberrimum, nostra ætate autem Pentina nuncupatur. Pelignis succedunt Marrucini, quorum regio ab Aterno, secundum Adriatici maris littora, porrigitur usque ad Troentum, quo extrema regni Neapolitani ora terminatur. Hi maritimas quidem vrbes celebres nullas habent, excepta Franco villa quæ olim Castrum novum dicebatur: sed à mari remotiorem olim Zeaten metropolin amœnis, urbem habuerunt, quæ nostra ætate Civitas Chietæ dicitur. Supra Marrucinos tres alij populi habitant: quorum regio à Pelignis incipiens, se per Picenum secundum rades Apennini extendit. Eorum primi sunt Vestini, Primam urbem incolentes, quæ hoc tempore Pennarum civitas appellatur: olim habuere etiam Amiternum & Furrone, in quarum destructarum locum, Aquila successit, vrbs non ita pridem condita. Vestinos sequuntur Præcutini, quorum nomen deinde modica inflexione in Aprutios est commutatum. Tum Marfi, qui Cesanum oppidum, ad lacum Fucinum incolunt. Caterum tota ea regio, quæ populi hi iam à nobis commemorati, Ferentani scilicet,

Apulia Daunia.

Ferentani.

Peligni.

Marrucini.

Vestini.

Præcutini
Marfi.

- Aprutium.* Peligni, Marrucini, Vestini, Præcurini, Marisque incolunt, nostra ætate, imo Aprutiij nomine exprimitur: regio sanè cum loci natura, tum viris fortibus munitissima, quæque olim cum Samnitibus sæpenuero fœdus habere solebat, & à multis etiam bonis autoribus Samnitum nomine comprehensa: Est & alia quædam regio, in medio ferè regno, sex hisce populis iam à nobis commemoratis finitima, Latio item atque Campaniæ contigua: hæc partim mōtuosa est, partim plana: nam planitiei ad vtrāque Apennini partem sita particeps est: olim Samnium dicebatur, hodie verò Vallis Beneuentana, & in longitudinē porrigitur vsque ad Silari fontes per octuaginta ferè millia passuum, & plurimis, iisque olim celeberrimis oppidis exculsa est, ex quibus præcipua fuerunt Aesernia, Sepinum, Alysum, Thelesia, Beneuentum & Bouianum. Hisce Samnitibus coniuncti erant etiam populi qui antiquitus Hyrpiini dicebantur, Picentinis, Lucanis & Apulis finitimi: Veluti nostra quoque ætate. fuere autem eorum celebriores vrbes Auellinum & Aquilonia, quæ Agnone & Anglonæ Castrum hodie appellatur. Hæc Samnitū gēs totius Italiæ fortissima fuit, & Romanos, post adeptā in principio libertatem, quadraginta nouem annos armis vexauit. Nec deinceps etiam illos veteri odio prosequi desiit, donec à Lucio Sylla dictatore longo temporis intervallo post, planè extingueret. Is enim cum exercitū eò profectus, armatos & inermes, cū eos qui vi capti essent, tū qui abiectis armis sese dedidissent necandos curauit: deinde tria eorum millia adhuc, aut (sicuti quidam putant) quatuor, qui abiectis armis Romam confugerant, loco cuidam, quod Ouile fuit appellatum, inclusit: & intromissis ad eos suis armatis militibus, trium dierū spacio cunctos interemit. His peractis, eos etiā proscripsit, & eorum oppida destruxit: quo excidio omnes sanè interierunt, nisi qui fortè ignoti, illinc atque ex tota Italia aufuge-

aufugerint. Cum autem L. Sylla interrogaretur, qui tanta crudelitate in eos uti posset: respondisse dicitur, nullum Romanum ciuem tutum fore quoad Samnitibus conueniendi potestas aliqua esset: quapropter ita esse extirpandos. Hæ sunt totius regni, in continenti prouinciæ: quæ etiam si ab antiquis Græcis atque Latinis scriptoribus eodem hoc ordine descriptæ, iisdemque nominibus appellatæ fuerint: nostra tamen ætate paulò aliter diuiditur regnum Vniuersum, in præcipuas quasdam regiones, Leborios videlicet. Principatum, qui antiquitus Picenum, Basilicatam, quæ erat Lucania, Calabriam, terram Otranti, quæ Iapigia olim dicebatur, Apuliam atque Aprutios. Quibus accedunt insulæ quædam regno adiacentes: veluti in mari Tyrrheno sunt, non procul ab Anxure, in sinu Caietano, Pontia & Pandateria, quæ Palmarella dicitur: & ex opposito Molæ Parthenope, quæ nunc Bitonto appellatur, itemque Ischia è regione Puteolorum, quæ antiquitus triplici nomine insignita fuit, nã Pithecusa, Inarime & Aenaria vocabatur: nec procul ab Ischia est Prochyta, & Nesus que iam Nisare appellatur: & propè Mineruæ promontorium sunt Caprea, itemque Sirensæ è Pasetani regione, quæ binæ sunt exiguæ insulæ, Gala, & S. Petrus appellatæ. Attribuitur etiam Neapolitano regno Lipara, vna ex septem insulis quæ Aeoliæ dicebantur, quibus alioquin Siciliæ propius adiaceat: eius ambitus continet ad decem millia passuum, estque incolis & ciuitatibus munita, ac paret regibus Neapolitanis. Sic etiam in altera parte, sunt è Gargani regione in mari Adriatico, quatuor insulæ Diomedæ, quæ nostro tempore vno Tremiti nomine exprimentur: habentque singulæ quoque suas appellationes: ex binis namque maioribus, vna quidem S. Mariæ, altera S. Doimo. dicata est: & minorum vna Gatizum altera Capraria appellatur. Atque hæ insulæ sunt, quæ regni Neapolitani finibus comprehenduntur,

Alia totius regni diuisio.

Ischia.

Prochyta.

Nesus.

Caprea.

Lipara.

Diomedæ insula. Tremiti.

præter multos scopulos, hoc loco prætermittos: quibus etiam possemus adijcere Siciliam, insulam Italicam, magnam & opulentam, nisi proprio domino pareret. Hæc enim vsque adeò propè adiacet regno Neapolitano, vt etiam nomen ei impartierit, quo factum est, vt primi quidam reges, qui vtrumque ditione tenuerunt, veluti Fridericus II, Manfredus, & Carolus Andiuinus. Latque Alfonso Aragonius I. sese reges Siciliae citra & ultra fretum appellarint: sed cum Siciliae simpliciter mentionem factam inuenimus, solam insulam, non itidem regnū Neapolitanum citra fretum intelligere debemus. Urbes autem singulas quæ in hoc regno cum ob antiquitatē, tum conditorum nobilitatem & rerum in ijs gestarum memoriam celebres sunt, hoc loco explicare nimij esset laboris: præsertim quòd plurimæ destructæ, & ita desolatæ nostra ætate sint, vt vix earum interitus vestigia quædā appareant, veluti sunt Cumæ in Campania, quæ olim nō modò vrbium huius regni, verumetiam Siciliae atque Italiae totius antiquissimæ celeberrimæ quæ fuerunt: itēquæ Minturnæ, Sinuessæ: & in magna Græcia, Surrentum, Sybaris, & Metapontum: in Apulia Agrippa, Sipontum & Salapia Annibalis Carthaginensis amore celebris: in Aprutijs Amiternum, Buca, Histonium: & in Samnio denique, Cominium, Atina, Aquilonia, & alia per vniuersum regnum quamplurimæ. Hisce igitur omisissis, alias quasdam præcipuas recensebimus, quæ etiamnum supersunt: inter quas primo loco se nobis Neapolis offert, totius regni metropolis, à Cumanis & Chalcidensibus hominibus Græcis condita. Hi namque ab Eubœa profecti in Ischiā primū peruenerunt: & postquam Cumas cōdidissent, discesserunt illinc, & Neapolim extruxerunt binis diuersisque temporis vicibus: itaque idem populus inhabitabat duas easque vicinas vrbes, & quam primò condiderant Palæopolin, atque etiam Parthenopem, ab vna Sirenum

Sicilia citra & ultra fretum.

Urbes olim in regno Neapolitano celebres, nunc destructæ.

Neapolitanae vrbis conditores. Chalcidenses.

Palæopolis. Parthenope.

cuis

eius nominis meretricula nobilissima, quæ illic fuerat se-
 pulta: quam verò posteriùs extruxissent Neapolim appel-
 larunt: quo factum est deinde temporis successu, vt obso-
 leto Palæopolis nomine, Neapolis solùm sit appellata, &
 à Poetis nonnunquam etiam Parthenope. Capua quoq; *Capua.*
 antiquissima vrbs est, cuius nominis rationem quadru-
 plicem reddunt: alij enim à conditore Capy Troiano Ae-
 neæ comite dictam existimant: alij à falcone, qui antiqua
 Hetruscorum lingua Capys vocatur, quòd ab illa aue, pri-
 mum eius condēdæ augurium desumpserint: nonnulli à
 camporum fertilitate, & ab initio non Capuanos, sed Cā-
 panos dictos fuisse: alij deniq; sic putant appellatam ex
 eo, quòd duodecim totius Campaniæ præstantissimarū
 vrbiū præcipua ac veluti caput esset: quo factum est e-
 tiam, vt M. Tullius dixerit, post Romam, hanc, Corinthū, *Carthago, Co-*
 aut Carthaginem, loci opportunitate aptā fuisse ad obti- *rinthus, Capua.*
 nendum orbis imperium. Cæterùm non eo planè loco si-
 ta est hoc tempore, quo olim fuerat: cuius rei argumen-
 tum suppeditant ruinæ & ruderā, quæ illinc duobus ferè
 passuum millibus, circa S. Mariam Gratiarum apparent.
 Sunt etiam vetustæ ac celebres vrbes, Beneuentum, quod *Beneuentum.*
 olim Maleuentum, & à Græcis etiam Maletium diceba-
 tur: & Tarentum conditum à Phalanto Lacedæmone, *Tarentum.*
 qui genus suum ab Hercule ducens, ab eo octauus erat.
 Còsentina Aprutijs metropolis, Rhegium in Calabria, ab *Cosentia.*
 iisdem Chalcidensibus, qui Cumas extruxerant, condi- *Cuma.*
 tum. Croton, quam Miscellus Græcus ex Achaia, Apolli- *Croton.*
 nis oraculo monitus condidit. Hydruntum quod extru- *Hydruntum.*
 xère Cretenses, in eum locum à Iapyge Dædali filio dedu-
 cti. Brundisium itidem à Cretensibus conditū, qui Tre- *Brundisium.*
 sto duce eò ex insula venerunt: significat autem Brundu-
 sium, lingua Mæsapica, quæ antiquitus in Iapygia vsitata
 erat, Ceruū cū cornibus. Ortona Piratarū domiciliū, ex- *Ortona.*
 dificata à naufragis. Sulmo à Solimo Aeneæ comite. *Sulmo.*

Caieta. ieta à Lacedæmonibus condita fuit, sed nomen deinde
 ab nutrice Aeneæ eiusdem nominis assumpsit, quæ illic
Salernum. obierat. Salernum verò conditum est à Romanis, vt præ-
Venusium. sidio esset aduersus motus Lucanorum. Venusium Ve-
 tus, ab antiquo Veneris templo, & cultu eius deæ, quæ, si-
Traianopolis. cuti quidam existimant, Venusia dicebatur. Traianopo-
 lis, quæ nunc contractis syllabis Trane appellatur, ab Tra-
 iano imperatore dicta, & condita esse putatur: sic enim
 quidam neoterici existimant, quamuis ego id non p̄ cer-
 to affirmare auserim. Multa præterea sunt in hoc regno
 vrbes antiquissimæ, quas hoc loco omittimus: Sed tamẽ
Sinus Crateris. silentio prætereunda non fuerit magnificentia ædificio-
 rum, quæ in Campania fuit: res sanè tanta, vt cum omni-
 bus, quæ alicubi terrarum fuerint admiratione digna, fa-
 cilè conferri potuerit. Nam totus ille sinus, qui inter Mi-
 senum & Mineruæ promontorium è Caprearum regio-
 ne interiacet, quiq̄ue Crater antiquitus dicebatur, & in
 longitudine quinquaginta quatuor passuum millia obti-
 net: olim vsque adeò refertus fuit splendidis ædificijs, vr-
 bibus, arcibus, villis, palatijs, theatris, balneis, alijsq̄ue e-
 ius generis rebus magnificentissimis, vt ex alto mari eũ
 locum intuenti, non plures loci aut oppida, verùm mira
 eademq̄ue maxima vrbs esse videretur, ita videlicet lo-
Baiæ. ca cuncta referta occurrebant à Baijs versus Baulum p̄-
Baulum. ficiscenti, hincq̄ue Auernum, Puteolos, Neapolin, Her-
Puteoli. culaneum, quæ nunc turris Nuntiate, Pompeam, quæ ma-
Herculaneum. ris Castrum appellatur, Surrhentum vsque. Qua re, nihil
Pompea. equidem puto tunc temporis in orbe fuisse iocundius,
 magnificentius aut admiratione dignius: quo magis mi-
 seranda est nunc Italiæ conditio, quãdo hæc ferè omnia,
 Neapoli excepta, terræmotibus bellisq̄ue diruta, & rui-
 nis sepulta, non sine dolore cernimus. Hoc autem etiam-
 si ita se habeat, sunt tamen adhuc in eo regno multæ præ-
 claræ vrbes: quæ priorum respectu, fortasse nouæ vocari
 possunt,

possunt, quoniam non ita pridem conditæ fuerunt: attamen nec ipsæ suis laudibus spoliandæ. Cuius generis est Barletta, olim Barulum appellata, ab Canusinis extructa: *Barletta Earu lum.* Foggia, quæ olim erat Encana, condita à colonis conseruandi frumenti causâ. Et à fossarum multitudine, eadem *Foggia Encana.* causâ factarum, appellata: itemq; aliæ multæ nequaquã ignobiles, quæ sicuti fama fertur, ab exteris Albanis, Dalmatis atq; Schlaunonicis conditæ fuerunt. Nec contēnendæ sunt etiam Aquila, & Manfredonia olim Anapestæ *Aquila. Manfredonia.* dicta, & ex Siponti ruinis extructa: ambæ autem à Germanis fuere conditæ sicuti à recentioribus Græcis Troia, & Melfis, & à Normanis Auerfa: de quibus suo loco copiosius dicemus. Nec fuerit hoc loco silentio prætereundū, *Magnetis inuētio Amalfis.* quòd Amalfis exiguum alioquin oppidum, Magnetis eiusque in stellæ polaris obseruatione vsūm sibi vëdicet: quo nomine omnes qui terra marique peregrinantur, se ei plurimum debere confiteantur necesse est. Nam de hac re ipsi communi hominum opinione gloriantur: & constat etiam eum antiquitus non fuisse vsitatum: quo fit vt communi opinioni hominum, quæ nunquam omninò falsâ esse solet, nos quoque nunc subscribamus. Neque verò hîc diutius immorabor, in huius regni laudibus explicandis, quæ ei meritò debentur, cum ob amœnitatem, locunditatem atque aeris salubritatem, tum etiam ob fertilitatem agri, rerum maritimarum oportunitatē, opes & cæterarum omnium rerum, quæ ad hanc vitam necessariæ sunt, copiam, quòd harum rerum pleni sint omnes libri, & res ipsa etiam loquatur: Atque hæc fortassis causa est, propter quam tot mutationibus semper obnoxium fuerit, vt pote ab multis expeditum & ab ipsis etiam incolis, tanta rerum omnium copia luxuriantibus facillimè motibus agitatam. Quo factum est, vt post hominum memoriam Græcis Latini sive literis conseruatâ, *Multi huicreprehendamus gentes exteris ei semper insidiatas, & à gno insidiati.*

multis sæpenumero veteribus colonis pulsis, fuisse occupatum. Cuiusmodi ex vetustissimis fuerunt Aenotrii, Pe-
 lasgi, Ausoni, Aurunci, Hetrusci, Osci & Opici: quorum
 nomina, vetustate ex hominum mentibus planè iam de-
 leta sunt. Huc accedunt Liburni, qui ad Troenti fluminis
 ripam, eiusdem nominis oppidum olim cõdiderunt, quod
 iam planè destructum est: itemque Illyrii, qui cum iuuen-
 culis vxoribus iuuenes in Apuliam venerunt, & Pediculi
 primùm, deinde etiam Peucetij appellati, temporis suc-
 cessu ita creuerunt, vt tredecim propè nationes ex ijs di-
 manarint, & Barium atque Iuuenatium ab ijs habita, e-
 tiamnum eorum memoriam nobis conseruant. Multi
 præterea alij fuerunt, qui hoc regnum diuersis tempori-
 bus occuparunt, veluti deinceps ostēdemus, Græci viden-
 licet, Gothi, Longobardi, Sarraceni, Normani, Germani,
 Galli, Hispani. Quo fit, vt non sit rationi consentaneum,
 eos incolas qui nunc regnum inhabitant, admodum ve-
 rustam ex eo loco originem habere, aut familias aliquas
 illic esse antiquas: sed omnes potius ab exteris gentibus
 atque aduenis oriundos. Nec opus esse existimo hoc lo-
 co commemorare qui viri militaribus disciplinis excel-
 lentes ex hoc regno orti fuerint, sicuti Hadrianus impe-
 rator ex Adria oppido, & G. Marius ab Arpino oriundus:
 puto enim apud omnes in confesso esse, quòd inter oēs
 totius Italiae populos, Peligni, Ferentani, Marsi, atque Sāni-
 tes fortissimi censeantur. Veluti id apparuit luculenter
 in bellis, quæ aduersus eos gesserūt Archidamus & Cleo-
 nymus Spartani, Agathocles Siculus, Alexander Epirota,
 Pyrrhus, Annibal Carthaginensis, Iulius Cæsar, Pompeius
 & alij Romani. Et quoniam in harum rerum mentionē
 incidimus, non præteribimus silentio, quòd solum hoc
 regnum viros produxit, omnis generis doctrina excellen-
 tes, qui que in præcipuis philosophorum sectis plurimū
 præstiterunt: multiq; præterea, etsi nō illinc essent oriun-
 di,

Liburni.

Illyrij.

Quibus hoc regnum
 infestant.

Fortes Viri
 hinc orti.

Docti viri hic
 nutriti & nati.

di, tamen dignum existimarunt, in quo vitam traducerent. & studijs suis operam nauarent: veluti fuere Pythagoras, Plato, Vergilius, Liuius & Plotinus, qui in diuersis regni locis habuerunt suas sedes atque villas, in quibus multa præclare scripserunt, & celebres scholas aluerunt: quamuis ipsi Græci, Galli & ex alijs nationibus orti essent. Sed quis ausit negare, vni regno Neapolitano Latinos, totam que Italiam plurimum debere: quod ab eo, omnes viri ingenio & eruditione excellentes originem habuerunt. Cuiusmodi certè in Philosophia fuerunt Archytas & Eurytus Tarentini: Alcæon & Philolaus Crotoniata: Zenon, Leucippus & Parmenides nati ex Scalæa: Hippasus Metapontinus: Timæus Locrensis: Ocelus Lucanus, & paulò supra nostram memoriam, omnium eruditorum decus Thomas de Aquino. Nec prætereunda est etiam hoc loco Poetarum atque oratorum, qui itidem hoc regnum cohonestarunt gloria. Ennius enim Poeta antiquissimus Rhodum in Apulia patriam habuit: Lucilius Aunencam olim Beneuento vicinam: Pacuuius tragicus Brundisium: Horatio gaudet Venusium: Sulmo de Ouidio gloriatur, Neapolis Statio, Aquinum Inuenali, Amiternum Salustio, & Arpinum denique Mar. Cicerone, omnis eloquentiæ fonte celebratur. Quare felicissimum merito posset hoc regnum prædicari, nisi ex eadem hac tanta felicitate nata luxuria & hominum inconstantia, ei tantopere semper obfuisent. Iactis obiter hisce fundamentis, quæ historiæ nostræ Neapolitanæ lucem afferre queant: non ab re fore speravi etiam, si eandem ob causam hinc nationes illas breuiter describamus, quæ hoc regnum infestarunt, & quarum in nostra historia sæpe mentio facienda erit: sic enim nihil amplius erit, quod lectori remorare queat. Sunt autem illæ Gothi, Vandali, Lombardi, Sarraceni, Normani, Sueui, Galli, Cathelani, Arabi & Turcæ: de Græcis enim quamuis sæpe quoque

*Philosophi qui
in hoc regno
docuerunt.*

*Philosophi ex
hoc regno nati*

*Poeta & ora-
tores.*

*Nationes quæ
regnum infesta-
runt.*

mentio incidat, tamen quoniam noti sunt, nihil dicem⁹.

Gothi, Gethæ. Gothi antiquitus fuere Getæ: & quamuis à multis scriptoribus Scythæ fuisse perhibeantur, tamē si rem ipsam atque Geographorum descriptiones paulò melius perpendamus: comperiemus esse Europæos, Scythas verò Asiæ gentem. Venere enim primùm ex Scandia, quæ Græcis Gothia dicitur, & ab Italis multisq; etiam Latinis scriptoribus Scandenuvia appellatur. Hęc in Germanico Oceano è Sarmatiæ regione, cis Tanain, qui Europam ab Asia separat, sita est: nec constat insulam ne an peninsulam eam appellare oporteat: nam Suetiæ atque Noruegiæ exigua quadam parte cohæret, quæ secundum maris fluxum & refluxum, modò mergitur, modò ab aquis libera est. Quo fit vt diuerso tempore, insula atque peninsula sit: sæpius tamen peninsulæ modo se habet, ob frigiditatem, quæ aquas illic minimè profundas, glacie ita constringit, vt terra vbique cohæreere videatur. Ex hac igitur regione discessere antiquitus Gothi, incredibili cū virorum tum mulierum numero, & in Sarmatiam, cuius maior pars hodie Polonia dicitur, peruenerunt: & iam tum cum Luc. Lucullus, & postea Augustus imperarent, cœpit eorum nomen innotescere, & Romano imperio esse suspiciosum. Deinde successu temporis, versus Pontum Euxinum progredientes: vicinas regiones paulatim sibi armorum viribus subiugarunt: & versus Danubium conuersi eoq; traiecto, tempore Domitiani Pannoniã occuparunt, & Romanos qui se ijs opposuissent prælio superarunt. Sed hunc sequutus Traianus imperator, eos vicit, & ex Pannonia in regiones quas prius tenuissent expulit. Nec tamen postea cum eo, ijsque qui sequuti sunt illum imperatoribus Romanorum pacem coluerunt: sed quo tempore Philippus imperabat, Danubiũ denuo trecentis hominum milibus traiecerunt: & Decius aduersus eos à Philippo missus, ita cum illis varijs prælijs pugnauit

*Scandia Gothia.
Scandiæ situs.*

*Gothorum primæ eruptiones
Sarmatia Polonia.*

Pannonia ob Gothis occupata.

gnauit, vt illinc discedens victores potius quã victos reliquerit. Deinde verò cum imperium Rom. ab triginta tyrannis, qui diuersis in locis quisque sibi exercitum & imperatoris nomen vsurpabãt, discissum quodammodo esset, nec iam amplius monarchia foret: arrepta occasione vterius Orientem versus progressi sunt, & Thraciã quæ nostra ætate Bulgaria, Rossia & Romania appellatur, occuparunt: & magnam præterea Asiæ partem subingarũt. Tantis successibus regnarunt vsq; ad tempora Claudij Imperatoris fortissimi qui illos terra marique superauit: occidit eorum circiter trecenta millia, & quæ cis Danubium atque in Sarmatia tenebant, omnia Romanis recuperauit. Superauit quoque eos deinde Cõstantinus Magnus: & postea eadem prouincia ijs ad inhabitandum concessa, pacem cum ijs fecit: quam proinde multos annos cum imperio Rom. coluerunt, & sub eo quoque stipendia quandoque meruerunt. Sed LXX ferè annis post ab Hunnis Thraciæ gente ferocissima iterũ ex Sarmatia pulsi fuerunt: quo tempore Valens imperator regnabat: qui proinde metuens, ne Hunni traiecto Danubio prouincias quoque Imperij Rom. inuaderent, & vt in huiusmodi periculis eorum opera vti posset, Gothos iam pulsos, in Mysiam Thraciamq; recepit, effecitq; vt Christiani fierent secundum Arrianorum hæresin, cui ipse quoq; imperator addictus erat, & sua stipendia mererentur. Verum enimverò cum Hunni relicto Danubio, sese versus Germaniã conuertissent, susceptoque cum Burgundionibus alijsq; gentibus Occidentibus graui bello, Romanorum prouincias hoc metu liberaissent, coeperunt eos malè tractare, debitaque stipendia non soluere. Quare indignati Gothi, & necessitate propè coacti à Valente defecerunt: occiderunt binos primarios eius Thesaurorũ præfectos, & Mysiam superiorem atque Daciã, inter vtramque Mysiam & Traciã cis Danubium sitam, occu-

Gothi ab Claudio vincuntur.

Gothi ab Hunnis vi. 71.

Hunni Germaniam vastant.

parunt, præsidijq; munierunt. Cumque Valens sese armis opposuisset, magno apud Hadrianopolin prælio superatus, & in rustici cuiusdam tugurio exustus fuit. Quo tempore proculdubio totum imperium occupassent, nisi Gratianus imperator, qui Valenti successit, Theodosiū militari disciplina & virtute excellentem, ex Hispanijs vocasset, & in imperij societatem admisisset. Is enim deinde Constantinopolin profectus, varijs prælijs Gothos tandem subiugauit, & ad pacem atque stipendia sua merenda, quibus voluit conditionibus coegit. Quamobrē permansere tunc iterum in amicitia imperatorum Rom. vsque ad tempora Rhadagasi & Alarici, qui Hispaniam occupauit & Romam expugnauit, itemque Theodorici Alarici pronepotis, qui cum Valemiro socio Hispaniæ Galliæq; regnum ingressus, Attylam Hunnorum regem illinc totaq; Pannonia expulit, & cum Leone denuo, qui primus natione Græcus Constantinopoli imperauit, pacem fecit. Idem iste Theodoricus ex Arileua concubina suscepit Theodoricum Iuuenem nobilissimum, & virtute militari præstantissimum, quem Romani plurimum dilexerunt. Hic cum esset octodecim annos natus, à patre cum exercitu in Sarmatiam missus, Babacum eius regē superauit, & in prælio interemit: qua de causâ eius pater, qui tunc in Mysia erat, hac quoque victoria ornatior, ad Zenonem, qui Leoni successerat, reuersus, in Patritiorū numerum est cooptatus, renunciatus Italiæ rex, & Magni cognomen assequutus: quapropter ei quoque Constantinopoli posita fuit statua. Deinde verò septuaginta ferè annis post huius obitum, cœpere iterum Gothorum bella in Italia supullulare, veluti id suo loco doccebitur. Atque hæc quidem de Gothorum origine atque progressum dicere visum est, qui septingentis ferè annis magna cum laude in bello & pace vixerunt: & interea ducentis propè annis cum Romanis pacem coluerunt. Sed neque

istud

istud silentio prætereundum fuerit, quòd cum Romanis Valèrianus, & Gothis, diuisa imperij administratione, Frigidernus & Alaricus imperarèt: cœpère qui magis ad Orientem habitabant Ostrogothi, & qui ad Occasum Ve *Ostrogothi & Vescigothi.* scigothi nuncupari: quorum illud Orientales, hoc verò Gothos occiduos eorum lingua significat. Sed iam ista de Gothis, quorum reliquiæ etiamnum in Hispania atq; Italia supersunt, dicta sufficiant.

Vandalorum autem nullus, ex antiquis quidem scri- *Vandali* ptoribus facit mētionem, excepto Cornelio Tacito, qui eos natione Germanos asserit. Verùm recentiores scri- ptores vno consensu Scythas eos fuisse testantur: vnde magna hominum copia digressi, in Poloniam peruen- *Vandalus fl.* runt, & à Vandalo amne, prope quem confedère, Vanda- *Vandali cum Constantino pacem faciunt.* li fuère nuncupati: iamq; se ad Danubium vsque explica- bant, sed ab Gothis repulsi fuerunt. Quamobrem se tum imperio Rom. submiserunt, & à Constantino Pannoniã *Vandali cum Constantino pacem faciunt.* ad inhabitandam impetrarunt: sed postquam sexaginta annos hîc quieuisent, opibus & multitudine aucti, tem- pore Archadij rebellarunt, profectiq; in Galliã, illam ma- gnopere afflixerunt: sed hinc à Gothis pulsi, sese in Hispa- niam receperunt, eamq; magna ex parte occupatam, ali- quot annis tenuerunt: quo factum est, vt nostra quoque ætate, pars quædam illius, Vandalia ab ipsorum nomine *Vandalia.* appelletur. Postea autem cum Honorius imperator Hi- spaniam Gothis tradidisset, ea conditione vt expellerēt Vandalos, parum abfuit quin omnes extinguerentur. Iu- *Bonifacius & Aetius Romani discord.* uit tamen eos Bonifacij atque Aetij binorum Rom. ducū *D. Augustinus.* discordia: Cum enim hic ad Bonifacium in Africa oppu- gnandum, Singultum quendam misisset, nec Bonifacius se eius copijs solum resistere posse putaret, inito cū Van- dalis foedere, eos in Africã duxit eo tempore, quo D. Au- gustinus Hipponensis Episcopus esset. Huc vbi peruenis- sent, breui tempore creuerunt, & Africam propè vniuer-

Genfericus. fam. quibusdam suis regibus subegerunt: veluti fuit Genfericus, qui Romam etiam expugnauit: tandem eorū vltimus rex Guilimerus, à Belifario fortissimo duce superatus, & Constantinopolin in triumpho ductus est, Africa ab eodem duce imperio recuperata, Vandalorum autē nomen planè extinctum.

Longobardorum origo.

Longobardi autem ex Scandia itidem vt Gothi originem ducunt: cum enim ea gens vsque adeo numero aucta esset, vt regio non iam ad illos alendos sufficeret: diuisè Vniuersam multitudinem in tres partes, vt data sorte, ea pars ex insula migraret, super quam fors cecidisset.

Quamobrem egressi ij qui sorte essent electi, Aio ac Tatio ducibus: armis sibi in Sarmatiam atque Germaniam aditum aperuerunt: Et ex primis quibusque prouincijs quas occupassent, incolas secum abducebant. Cum verò

Vinuli.

prius Vinuli vocarentur, mutato nomine Longobardi postea dicti sunt, quod inter cæteras Germaniæ nationes, cum quibus degebant, soli barbam alerent. Habebant autem in Septentrionali Germaniæ parte, inter Sueuos & Chaubos, non procul à Rheno: erantque vti Cornelius Tacitus testatur, numero quidem pauci, sed virtute præstantes: quo fiebat, vt inter fortissimas gentes siti,

*Sueui.
Chaubi.*

securi tamen viuerent: non equidem quod se ad vicinorum mores componerent, aut submissè gererent, sed quod armis perpetuisque bellis, libertatem suam strenuè defenderent. Itaque sub decem suis regibus, plurimas occuparunt prouincias, & inter cæteras etiam Rugaliam, Bulgariam atque Pannoniam. Verùm cum iam illis Alboinus imperaret, fuere ab Narsete Eunuchio Iustiniani imperatoris Copiarum duce, qui superatis Gothis Neapoli sedem habebat, in Italiam accersiro: quamobrem è Pannonia cum Hungaris gente Scythica, quæ recens eò venerat, soluentes, Italiam ingressi sunt: atque occupata primum Verona, deinceps quoque vsque; ad è felices fuerunt,

*Rugaliantha.
Bulgaria.
Pannonia.
Alboinus.
Narses Eunu-
chus.*

runt, vt sub multis suis regibus, toti Italię, excepta Roma, per ducentos circiter & triginta duos annos imperarint. Tandem verò Defiderio quodam eis imperante, à Caro *Defiderius.* lo magno, bello superati fuerūt, veluti id suo loco copioſius explicabimus.

Sarraceni ſunt Arabes, quorum prima origo talis eſt: *Sarraceni.* Abraham Sarę maritus, ex Agare ancilla Iſmaelem filiū ſuſcepit: cuius poſteri multitudine tantopere creuerunt, vt tres Arabiæ magnas regiones occuparint, videlicet *Arabia triplex* Felicem, Petream atque Deſertam: neque enim eorum lingua Arab aliud denotat, quàm deſertum. Hæ autem ternę prouincię, à binis lateribus Arabico & Perſico ſinu terminantur, ab alijs habent Babylonios, Aſſyrios. item- que Meſopotamię atque Iudæę partem, & eò vſq; ſe explicarunt, vt noſtro tempore etiam Syrię montana, iteq; Aegypti & Lybię deſerta teneant. Et à principio quidem Iſmaelitę, & quandoque etiam ab eius matre, Agareni dicebantur: ſed poſtea, quod eos huiuſmodi nominum pueret, à Sara legitima Abrahami cõiuge ſeſe Sarracenos *Sarracenorū nomen.* appellarunt, & à regionibus itidem, quas incolabant, Arabes dicebantur. Hi ſub Rom. imperatoribus, ſæpenumero ſtipendia meruerunt: vltimò autem conductioni fuerunt ab Heraclio aduerſus Coſdroen Parthorum regem, quo *Coſdroes Parthorum rex.* tempore eidem Heraclio Machometus, itidem Sarracenus celebris, cum aliquot copijs militabat: qui proinde *Machometicę religionis initium.* finito poſtea bello, pro eius gentis more, in montana ſe receperat, & excuſſionibus atque latrocinijs victum ſuis quærebat. Victo igitur Coſdroe, Sarracenus quidam inſtabat apud Eunuchum, theſaurorum Heraclij præfectū, vt iſtis ſtipendia ſolueret: cumque nimis importunè vrgeret, Eunuchus iratus, inquit ſe non poſſe canibus iam dare, quod filijs domesticis deberetur. Quamobrem ex- candeſcens Sarracenus, nos igitur, inquit, Canes ſumus: & ſubitò, conſenſo equo, ad ſuos reuerſus, quos Numa-

*Numerius dux
Saracenicus.*

*Sergius Nesto-
rinus mona-
chus.*

*Alchorani ar-
gumentum.
Mecha.*

Sarraceni.

rius quidam Saracenus itidem ducebat, redeo, inquit, pe-
cunijs vacuus, sed iniurijs onustus: Quapropter, vbi illa
quæ Eunuch⁹ dixerat intellexissent, indignati omnes ab
imperatore defecerunt: sibi quæ Machometum in ducẽ
elegerunt, qui iam tum summæ erat inter eos existima-
tionis, atque autoritatis. Is ergo cum suas vires ita auctas
videret, imperium autem Rom. bellis planè esse exhau-
stum, & deuastatum Parthiæ regnum: de occupando im-
perio in Oriente cœpit cogitare. A Sergio igitur quodã
Nestorino monacho, qui hæreseos causa Constantinõ-
poli pulsus fuerat, institutus, id optimè se consequi posse
putauit, si cum viribus religionis quoque prætextũ con-
iungeret. Qua de causa, vt erat homo summo ingenio at-
que dexteritate, curauit primum se ab Sergio, sacro ba-
ptismate initiari Christianæ religioni, deinde, vt omnib.
placere posset, cum ex lege Mosaica & Euangelio, tum ex
reliquorum omnium hæreticorum opinionibus, il-
la tantũ collegit, quæ faciliè credi obseruari quæ posse
viderentur: & abiectis reliquis, librum composuit quem
Alchoranum, hoc est præceptorum collectionem appel-
lauit: laudat quæ in eo Mosem, Dauidem & Christum. At
que hunc librum deinde in Mecha felicitis Arabiæ vrbe,
suis subditis tradidit, obtestans, vt quæ in eo scripta es-
sent, obseruarent: sibi nam quæ cœlitus illa per Gabrielem
non aliter missa esse, atque olim Mosi lex, psalterium Da-
uidi, & Christo Euangelium missa fuissent: qua de causa
quoque, voluit deinceps Legatus dei appellari. Atq; hoc
quidem religionis prætextu, cum armorum violentia, li-
centia viuendi, & tributorum remissione cõiuncto, pau-
latim Mediam, Persiam, Syriam, Iudæam, Aegyptum Atri-
cam, cætera quæ ferè omnes prouincias quas Christiani in
Oriente habebant, subiugauit: & Machometicæ legis Sar-
raceni quæ nominis gloriam, summo opere illustrauit. Hac
est Sarracenorum origo atque incrementum: sed iidem
postea

postea quoque Constantinopolitanum imperium, gra-
 uibus bellis afflixerunt, & in Italiam vsque, vt suo loco di-
 cemus, peruenerunt. Tandem verò, decem ferè annis an-
 te magnam illam atque illustrem expeditionem, quæ in
 terram Sanctam à Gothifredo Bolioneo Lotharinge du-
 ce suscepta est: à Turcis victi, & sub eorum imperium re-
 dacti fuerunt. Quamobrem cœpère quoq; deinceps no-
 mina immutare: qui enim nobiliores inter eos sunt, & in
 Asia atque Persia aliquod munus sustinent, ij se Turco-
 mannos nominant: qui Syriam, Iudæam atque Aegyptū
 incolunt, Sarracenorum nomen retinent: qui habitāt in
 Mauritania Africæ regione, Mauri appellantur: & ij deni-
 que Arabum nomen antiquum retinent adhuc, qui in
 montanis degentes, neque vrbes neque arces aut pagos
 habent, sed hinc inde per Syriæ, Iudææ, Arabiæ, Aegypti
 atque Africæ regiones errant, rapinis furtisq; operam na-
 uantes: gens sanè inhumana atq; fera, ex rapinis prædisq;
 victum quærens, & Scytharum more vitam sub tentorijs
 degentes, & de loco in locum oberrantes. Nec alijs armis
 etiam vtuntur quàm equo, arcu, sagittis & lanceis, quas
 ex arundinum genere quodam conficiunt, medulla ple-
 no, durissimo & robustissimo: statura sunt iusta, corpore
 sicco, vt sine humoribus esse videantur: barba curta atq;
 rara, corporis agilitate nullis gentibus inferiores, & gesti-
 bus denique reliquis grauitatem summā atque pruden-
 tiam præ se ferentes: sed ista iam de Sarracenis dicta suffi-
 ciant. Normani autem antiquitus, ex ijs Gothis etiam du-
 xerunt originem: qui Cimbricam Chersonesum occupa-
 runt, magnam in Oceano Germanico peninsulam, quæ
 nostra ætate Dania appellatur: quo fit vt reges Daniæ e-
 tiamnum, sese Daniæ Gothiæque reges nuncupent. Hi re-
 ges olim, veluti nunc quoq; in quibusdam Septentriona-
 libus regionibus accidit, in more positum habebant, reli-
 cta primogenito filio regni possessione reliquos extra re-

*Gothifredus
Bolioneus.*

Turcomanni.

Mauri.

*Mores Sarrac
cenorum.*

Normani.

*Cimbrica Cher
sonesus Dania.*

*Mos barbaro-
rum.*

Lutrochus. &
Biergosta.

Astingus.

Caroli Simplicis cum Normannis sedus.

Francus.
episcopus.

Gillis Gallica nubit Rolloneo Normano.

Northemania
& *Normandia.*

gni fines dimittere. Itaque cum aliquādo Lutrochus Daniæ rex, egregiæ indolis, charissimumq; filium haberet Biergostam nomine, qui tamen non erat natu maximus: dimittens ex regno, illum cōmendauit Astingo suo baroni, simulq; aliquot præstantium virorum comitatum adiunxit: qui Soluentes illinc, felicibus ventis ad littus Gallicum appulerunt, eiusq; partem Belgicam ingressi, primum ad Veromandos vsque progressi sunt, & amplissimam prædam consequuti: Cintinum & Nouiodunum exusserunt, multasq; præterea regiones occuparunt, & Galliam vniuersam quadraginta ferè annis grauius afflixerunt. Demum Carolo Simplicem, Gallia rege vicesimo sexto imperante, Rolloneus nuper à Normanis in ducem electus, vir corpore & animo promptiss. diuiso suo exercitu, Gallia tribus locis adortus est, iuxta ligurim. s. Sequanam atque Garumnam, easque prouincias ferro atque flamma magnopere vastabat. Carolus igitur cum se viribus ei resistere non posse cognosceret: cū eo, per Francum episcopum Rotomagensis de pace tractauit: quamobrem iuxta Eptam fluium, in colloquiū venerunt. & in vtraque fluminis ripa consistentes, pacem hisce conditionibus fecêre. Rolloneus Christianus fieret: Gillin Caroli filiam vxorem duceret, eiq; pater dotis nomine Neustriam prouinciam assignaret. Hæc à Septentrione Sequana, ab occasu Oceano, à meridie verò atque Oriente Armoricis & partim Epta terminatur. Icto hoc fœdere, Rolloneus Christiana religione initiatus est, & Robertus appellatus à Roberto Pictonum comite, qui pro illo in sacra lotione sponderat: ductaque Gilli Neustriam prouinciam recepit, & mutato illius nomine, deinceps Northemania appellari voluit, quòd eorum lingua, gentem septentrionalem significat: postea verò temporis successu, iterum Northemania nomine corrupto, Normandia cœpit vocari, quòd nomen deinde semper

per retinuit. Quamuis autem quidam asserant, Normandiam ab his populis nomen hoc obtinuisse, quos C. Cæsar & Plinius Veromandos vocant: tamē id nulla ratione, aut alicuius autoritate potest comprobari. Ex hacigitur regione atque gente, venēre postea in Italiam Robertus atque Ricardus cum exercitu: qua de re suo loco & tempore differemus. Sed non fuerit hoc loco prætercundum, ridiculum quiddam, quod à Rolloneo commissum, historici memorant: eo ipso die, quo à Carolo Gilin uxorem, & Heustriam provinciam accepit, monebatur enim Rolloneus ab astantibus, vt pro more gentis, qui in huiusmodi solennitatibus seruaretur, regi pedē exoscularetur: sed cum is non dignaretur, in genua coram rege procumbere, stando pedem regis manu prehensum, in altum sustulit, oriūque suo vt cum exoscularetur, admonuit: quo factū est, vt rex ex tanta pedis sublatione retrorsum ceciderit in sedile. Quo viso Normani ridere, sed Galli tanquam in suam contumeliam factum, indignari cœperunt: attamen cum Rolloneus, hunc apud suos reges, exosculandi pedis morem vsitatum esse affirmaret: totum id eius simplicitati fuit attributum.

*Veromandui.**Rollonei ridiculum factum.*

Sueui autem natione Germani sunt, qui trans Rhenū inter Franconiam, Bauariam, Vallem Agnedinam, & Tiroloensem comitatum degunt. C. Cæsar amplissimam esse regionem, eosq; centum pagos habitare asserit, atque homines esse bellicosissimos, qui vicinos pellere, suosq; fines dilatare, desertosq; relinquere, summā gloriā existiment: quam obrem ab vna parte, solitudinem habere dicebantur, quæ sexaginta millia passuum in latitudinem porrigeretur. Cornelius Tacitus itidem amplissimā eorum esse provinciam asserit, & ait tenere eos maiorem Germaniæ partem: sed nostro tempore gens est humanissima, quæ quidem prædictis finibus cōtinetur, & partim Austriacæ, partim Bauariæ domui paret, itemque Mar-

Sueuorum natio & fines.

*Familia de
Stauffen.*

chionibus Badensibus, & Ducibus Wirtembergicis: præclaris urbibus, Campiduno videlicet, Meminga, Ulma multisq; alijs decorata, & fluuio Lico, Flauio, Ilaro, Danubijsque fontibus in Arnoba monte ad Villam Dameschingam celebrata. Inter eos Stauffensis familia quedam fuit præ cæteris, virtute militari & opibus clara: ex qua Fridericus quidam oriundus, vsque adeo ob rei militaris peritiam celebris erat, vt Henricus III imperator ei Agnetem filiam ex Gallica vxore natam, in matrimonium dederit, & Sueuiæ ducem creauit. Atque ex hoc Friderico, natus postea est Conradus II imperator, & è Conrado Fridericus I. qui Barbarossa dictus fuit: ex quo iterum Henricus VI. & ab hoc denique Fridericus II. imperator. & Siciliae atque Neapolitanorum rex illustrissimus: de cuius posteris, nobis in nostra historia mentio facienda erit: sed isthæc de Sueuis dicta sufficiant.

*Franci, Franco
nes.*

Francorum verò nomen, etsi nemini ignotum sit: tamen vt maiorem historiae nostrae lucem afferre queamus, eorum originem paulò altius repetemus: breuibus videlicet, & quæ de illis fabulosè dicuntur, ac si à Priamo Troiano originem ducerent planè omittentes: illa tantum adducemus, de quibus optimi quique historici consentiunt. Franconia Germaniæ regio est, quæ ab ortu & Aquilone Boemiam atque Thuringiam habet, ab Occasu Rhenum, & à Meridie Sueuiam atque Bauariam. Ex hac, tempore Valentiniani imper. soluerunt Clodius & Meroueus duces cum armata manu, vt in Galliam transeuntes, nouas sibi prouincias, ad inhabitandum, quærent. Eo tempore Aetius nomine Romanorum Galliam gubernabat: & quamuis non libenter peregrinosmitteret, tamen quoniam rumor indies magis magisque augebatur, de Atrilæ Hunnorum regis aduentu: vt esset aduersus illum munitior, concessit vt traiecto Rheno in Galliam venirent, eisque prouinciam assignauit Burgundionibus

*Franconia si-
tus & fines.*

*Meroueus &
Clodius.*

nibus proximam, quam à sua patria Franciã sicuti & sci- *Francia.*
 p̃s Francos vocauerunt. Actio autem ita chari fuerunt,
 vt in celeberrimo eo prælio, quod cum Attila in Critha-
 launicis campis gessit, Meroueo dextrum cornu attribue-
 rit. Postea cum vita functus esset Meroueus, successit ei *Clodoueus.*
 Clodoueus filius, qui animo atque fortuna patre nequa-
 quam inferior, ob rei militaris peritiam, magnam gloriã
 est consequutus: mansitque deinceps etiam regnum e-
 ius posteris vsque ad Theodoricum, per ducentos circi-
 ter & quinquaginta annos. Hic autem cum ad imperan-
 dum ineptus esset, regni administratio erat penes consi-
 liarios, qui, vt fieri plerunque solet, suarum potius reru,
 quam regni curam habebant. Itaque Pipinus Austriacus *Pipinus pri-*
 princeps, cum isthac eo tempore animaduerneret, nõ dif- *mus in Galliã*
 ficilè fore sperabat, regnum occupare: & arrepta occa- *profectus.*
 sione, cum exercitu in Galliam proficiscitur: pulsusque re-
 gni proceribus, à Theodorico rege humanissimè excep-
 ptus, & regiẽ dom^o magister, quæ tũc præcipua erat in re-
 gno Galliæ dignitas, constitutus fuit. Mortuo Pipino suc-
 cessit eius filius Carolus Martellus, qui etiam si rebus præ- *Carolus Mar-*
 clare gestis, atque virtute illustrissimus esset, tamen pa- *tellus.*
 terna dignitate atque munere contentus fuit. Post Mar-
 tellum successit Pipinus II. qui pro Childerico rege suo *Childericus re-*
 multa quidem præclare gessit: sed cum is ineptus esset ad *gno deponitur*
 regni administrationem, patrem suum atque auum ne-
 quaquam in hoc imitatus, siue sua, siue baronum ac no-
 bilium Galliæ opera effecit, vt deposito Childerico, ipse
 Francorum rex, consentiente Zacharia Pontifice Rom. *Pipinus II.*
 renuncicaretur: ex quo deinde Carolus Magnus natus est. *Carolus Ma-*
 Childericus ergo vltimus regnavit ex Merouei posteris: *gnus.*
 post quem, regnum ad Carolum Magnum & eius poste-
 ros deuenit, qui initio sumpto ab anno post Christum
 DCCCL regnarunt vsque ad nongentesimum nonage-
 simum secundum. Atque hãc cum eius stirps defecisset,

Hugo Giapeta Hugo Giapeta quidam comes Parisiensis, in regem fuit electus: cuius posterii regnarunt vsq; ad annum MCCCXXVII. Cumque ij tum etiam defecissent, Philippus Valensius, Giapetæ familiæ propinquus, sed lateralis lineæ ratione, in regnum successit: cuius posterii in hunc vsque diem regnant: nam & hoc anno MCCCIIIC electus est rex, ex eadem familia Ludouicus eius nominis XII. Hæc est Francorum origo, ex quibus etiam aliqui, in Regnum Neapolitanum vocati fuerunt, veluti suo loco ostendemus: gens sanè fortissima, & quæ Christianam religionem singulari quadam proprietate colit. Cum enim a Meroueo vsque ad hodiernum, quinquagintaquinque reges habuerint, & plusquam mille annos regnarint: semper eam puram, & ab omni hærescos suspicione alienâ, tanta diligentia obseruarunt, vt non immeritò eorum reges Christianissimi nomen sibi vendicarint.

Gallicæ gentis dignitas.

Christianiss. reges Galliæ. Cathelani.

Tarrhaconensis Hispania. Alaricus Romæ capit.

Varij populi Galliam & Hispaniã inuadūt

Cathelani quoque atque Aragonici nostro tempore noti sunt omnibus: quod etiam si ita sit, tamen operæpretium fuerit, eorum originem expendere. Vtraque autem gens Hispanica est, ex ea parte, quæ olim citerior & Tarraconensis dicebatur. Ac Cathelani quidem ita vocati sunt ob talem causam: cum tempore Honorij Imper. Alaricus Gothus Romam in Italia occupasset: Alani, Sueui, Vandali atque aliæ nationes, traiecto Rheno in Galliam venerunt, eamque propè vniuersam prædando diripendoque peragrantes, tandè ad montes Pyreneos, qui Galliam ab Hispania diuidunt, peruenère. Nec multum hinc morati, cum illis transitus, eorum qui prohibere debuerant perfidia, liber esset: sese in Hispaniam diluuij instar effuderunt: eamque omnem suis excursionibus deuastauerunt. Alani igitur tunc, inter Iberum & Rubricatum fluvios cõfedere, pulsus prioribus incolis, qui Iacetani dicebantur. Sed quarto deinde anno, cū Alarico in Italia defuncto, Ataulfus ei successisset, Constantius quidam, cui ab

ab Honorio imperatore tradita erat Gallia administra- *Gothi è Gallia*
 tio, Gothos è Narbonensi prouincia expulit: ijque in Hi- *pulsi.*
 spaniam venientes, eodem loco confederunt, vbi Alani
 erant. Cumq; diu iam totam eam regionem, excursioni-
 bus atque rapinis deuastassent, & Ataulfus à suis Barchi- *Ataulfus.*
 nonæ, quæ hodiè Barzalona dicitur, sublatuſ eſſet: tandē
 cum Alanis de incolenda simul ea regione fœdus inie-
 runt: quamobrem successu temporis inter sese conuer-
 santes, lingua & moribus ex binis populis in vnum coi-
 uère, & ex binis quoque nominibus, Gothis atque Ala-
 nis, ynum fecerunt, seq̄ue Gothelanos, & prouinciã eam
 Gothelaniam appellarunt: quæ proinde nomina sermo-
 nis mutatione, iterum inflexa fuerunt, vt nunc cõmuni-
 ter Cathelani, & regnũ Cathelonia nuncupetur. Habent *Barchinone.*
 Barchinonen urbem præcipuam: nec erat eorum nomē
 in Italia celebre, antequam Alfonso Aragonius ad Re-
 gni Neapolitani possessionem vocaretur.

Aragonici Cathelanis vicini, sed magis ad Occasum, *Aragonici.*
 inter Iberum & Valentia regnum siti sunt: atque hoc no-
 men à Tharhacona quam incolunt, antiquissima vrbe,
 olim à Gn. & Pub. Scipionibus fratribus, secũdo bello Pu-
 nico extructa, obtinent: nam Arragonici dicuntur tam-
 quam Tarrhaconici: Ac prius quidem distinctũ erat Ca-
 thelonia regnum ab Aragonico: sed deinde tẽporis suc-
 cessu, ambo cõiuncta fuère. Nam primum cum nulli ad-
 huc essent in Aragonia reges: populus Petrum Tharen- *Petrus Tarres.*
 sem quendam nobilem, in regem elegit: sed cum non ef-
 set is ex posteris Gothorum natus, factum est, vt regiam
 dignitatem consequutus, superbire atque insolens esse
 cœperit: & sic in odium populi incidens, mox etiam re-
 gno priuatus sit. Iamque cum alij non adessent, qui huic
 muneri sustinendo apti viderentur: Pontificis autoritate
 ex monasterio euocarunt Ranimirum quendam Sanctij *Ranimirus I.*
 maioris illegitimum filium (is enim legitimam prolem *rex Aragonico.*

nullam reliquerat) atque illum Aragoniæ regem elegerunt, & Oseæ coronarunt anno MXVII. Hic ergo primus fuit rex Aragoniæ è Gothorum familia, & ex sorore Picta

Huraccam.

ueniens comitis Huraccam filiam suscepit: sed postquam aduersus Mauros aliquoties non infeliciter pugnasset, & constituisset pacem: regno atque filia, donec maturaviro foret, Alfonso VII. Castellæ regi comendatis, in monasterium reuersus est, & illic vitam finire voluit, quòd homo simplex esset, & nobilium suorum insidias metueret. Haru

Ramundus rex Aragoniæ.

rucca autem matura viro, Ramundo Barchinonensi comiti nupsit: quamobrem acquisiuit ille matrimonij huius ratione, Aragonicum regnum: fuereque deinceps Cathelonia & Aragonia vno regno comprehensæ. Postea verò cū Ramundi huius posterij nulli amplius superessent: successere in regnum ij, de quibus in nostra historia suo loco dicemus. Non fuerit autem hoc loco omittendum,

Ranimiri simplicitatis.

insigne specimen simplicitatis Ranimiri quod præ cæteris celebratur: Cum enim aliquando in expeditione aduersus Mauros, à suis nobilibus armatus & equo impositus esset: dedere ij in dextram clipeum & lanceam in sinistram manum: sed cum & habenas postea ei porrigerent, finite, inquit, vt ore eas apprehendam, cum vtraque manus sit occupata. Itaque cum ob hanc rem, tum ob alia simplicitatis argumenta, cum à suis baronibus nimium ludibrio haberetur, aliquando deposita illa monastica simplicitate sua, Oseam accersiuit vndecim ex primarijs suis baronibus, iussitq; omnibus capita amputare: causam eius rei solo hoc Hispanico prouerbio demonstrans. Non sa ben la volpegia con quien trompegia: hoc est, ignorat vulpecula, cum quo ludat.

Prouerb. Hispanico.

Turcarū origo

Turcæ verò primam è Scythijs originem ducunt attestante id nobiscum Plinio atq; Pomponio Mela: Ac principio quidem minimè celebres fuerunt: tunc enim primum coepit aliqua eorū nominis esse notitia, cum tem-

pore

pore Heraclij imperatoris, Cosdrois Parthorum regis sti-
 pendia mererentur. Gens admodum Aquilonaris, quæ
 trans Caspios montes solitudines quasdam atque deser-
 ta maxima incolebat: nullis vrbibus, artibus, pagis, aut a-
 liqua reipub. forma vtens, sed sedes hinc inde sub tento-
 rijs, pro ratione pascuorum mutans: vt quæ venationib.
 & re pecuaria victum quæreret, ac de omni ferarum ge-
 nere, lupis scilicet, vrsis, vulturibus, alijsq; huiusmodi ve-
 sceretur, & gulæ tantum dedita esset. Hi magno numero
 ex Scythia discedentes, superato Caucaso in Persiam pro-
 feci sunt: cumque illic regionem fertilissimam inuenif-
 sent, ex regis consensu, cui propterea tributa quedam sol-
 uere cogebantur, eam multis annis inhabitarunt. Cum
 verò opibus atq; potētia permultū iam aucti creuissent,
 & Persis formidolosi esse inciperēt: cœpere eos grauiori-
 bus exactionibus vexare, si fortè hac ratione grauati, sua
 sponte discederent: sed cum hæc tamen omnia tolera-
 rent, tandem publico edicto è Persiæ regno cedere iussi
 sunt. Discesserunt igitur h̄ ex Persis, & superato Cobaro
 Babylonix flumio, tandem cognoscere vires suas incipie-
 bant, iamque seipsos mirabantur, quod cum tantas co-
 pias habuissent, tandiu à Persis se opprimi passi essent. I-
 taque cum existimarent id sibi propterea cuenisse, quòd
 nullum ducem aut regem, sicuti cæteræ nationes habuif-
 sent, à quo gubernati essent: deliberauerūt deinceps huic
 rei providere. Quamobrem ordinarunt vt ex præcipuis
 familijs, quæ inter eos essent, singulæ singulas sagittas in
 medium conferrent: ijsque in vnum fascem colligatis, &
 velo quodam tectis, curarunt per puerum, sagittam vnā
 sorte extrahi: quæ proinde fuit familiæ Helduceæ. Cum
 igitur hac sorte regem ex ea familia eligendum esse sci-
 rent: iusserunt, vt centum præstantissimis viris ex illa de-
 lectis, & singulorum sagittis in medium propositis vti
 prius, fors iterum daretur, de eo qui ex illis rex esset futu-

*Vita primorū
Turcarum.*

Caucasus mons

*Turcæ à Persis
eijsciuntur & sibi
regē creant.*

*Helduceæ fami-
lia.*

*Selduchus I.
rex Turcarum*

rus: sicque cecidit fors super Selduchum, virum corpore atque animo promptissimum, & talem qui sine sorte omnium suffragijs eligi potuisset. Itaque Selduchus rex, cum ei solenni more obedientiam subditi vouissent: imperauit his mox, ut trajecto fluuio Persiam excursionibus vexarent, eamque occuparent: quod proinde magna edita strage effecerunt: & deinceps Mediam quoque aliasque multas prouincias ad orientem sitas ceperunt. Postea autem, tempore Constantini imperatoris, qui Leonis filius

Turcia regio.

fuit, & regnare coepit anno Seruatoris DCCXLII versus occasum progressi, Ciliciam atque Armeniam occuparunt, quam in hodiernum usque diem possident, & Turciam eam appellant. Nec desistere deinceps etiam cum Persis atque Sarracenis bella gerere: sed Sarraceni anno salutis MLXXX. fessi, sese Turcis dederunt, ea tamen conditione ut vna cum ipsis Mathematicam religionem seruarent. Belzetthus quoque eorum rex, anno Christi MLXXI cum maximis copijs ex Turcis & quibusdam etiam Persis, Asiam ingressus, eam varijs modis vexauit, atque

*Sarracenis Turca
imperant:
earumque reli-
gionem sumunt.
Belzetthus.*

*Rom. Diogen.
imperator à
Turcis iustus.*

praelio cum Romano Diogene Imperat. Constantinopolitano ibi commissio, illum ingenti strage superauit, coepitque cum, & Asiam atque Syriam penè vniuersam occupauit. Deinde cum in senatu de aliqua re deliberaret, Diogenem imperatorem captum, ante suos pedes in terra prostratum vinctumque tenebat, eique pede altero in contumeliam gulam premebat: Quod cum benè diu fecisset, eum tandem postea dimisit: sed ubi Constantino polin redisset, Graeci indignati ob contumeliam, quam sibi hac imperatoris nimia patientia & abiecto animo illatam existimarent, ei oculos effodiendos curarunt. Postea verò Belzetthus, muniendi sui causa, quatuor praecipuis suae ditionis prouincijs, totidem praefectos attribuit: & Solimanno quidem nepoti Turciam assignauit, ceu

*Belzetthus pro-
uincias suas
praefectis mu-
nit.*

*Dama-
scum*

scum tradidit Ducatio, vt Galiffæ Aegyptio, si quid nouarum rerum moliretur, resisteret: item que Antiochiæ Auxichum Turcam, & Alepo Assagurem præfecit. Quibus locis ita distributis atque munitis præsidio, & Græcis iam penè exhaustis: haud difficile fuit ei deinde Pontum, Capadociam, Bythiniam, Phrygiam, Pisidiam, Asiam, Cariâ, Pamphiliam cæterasq; omnes prouincias occupare, que nostra ætate vno Turciæ nomine appellantur: & in longitudinem à Cilicia versus Cõstantinopolin triginta die rum itinere porriguntur: in latitudinem verò quibusdã locis decem, & quibusdam etiam quindecim. Deinde verò, decem ferè post annis, cum Principes Christiani, aduersus Machometicæ religionis cultores expeditionem suscepissent, transiissent que ad recuperandam sanctã ciuitatem: tum verò cœpit Turcarum nomen cum in alijs Europæ locis, tum in Italia maximè innotescere. Cum enim tunc ob communem defensionem Sarracenis coniuncti essent, multis grauibusque prælijs cum nostris conflauerunt, fusi que sunt: sed eorũ duces ex solis Turcis constabant: & ipse quoque Saladinus vir militari disciplina præstantissimus, qui primus Syriæ atque Aegypti imperium tenuit, Turca fuit, vti testantur omnes scriptores vno ore. Permanserunt que Sarraceni ab eo tempore sub Turcarum imperio, vsque in hodiernum diem: tantaque premuntur seruitute, vt nemini eorum magistratib. fungi, aut arma atque equos bellicos habere liceat: quòd huiusmodi rerum dominium solis Turcis concedatur: nec quisquam etiam eorum, qui imperatorem stipare, comitari aut aliud munus gerere solent, alia lingua vtitur, quã Turcica, quòd eos puderet, vel cū subditis suis Arabicè loqui. Rebus in hac gente ita constitutis, & ita auctò eorum imperio, accidit ante annos prope centum & octuaginta, cum belli duces atque principes, odio & inuidia se mutuò prosequeretur: vt Othomannus quidam opibus

Turcarum progressus.

Turcia.

Christianorũ principum aduersus Machometicos expeditio.

Saladinus Turca.

Sarraceni Turcis subditi.

Ab eo scilicet tempore quo scripsit Colletius. M. D. circiter.

Othomannicæ familie origo.

& genere obscurus, sed animi atque corporis viribus præstantissimus, arrepta hac occasione, cogitavit de ratione, qua posset & ipse ad magnos honores peruenire. Itaque collecta vulgarium hominum multitudinem, quæ ad subeunda quælibet pericula prompta esset, cœpit excursionibus cum suis, tum etiam aduersarios vexare, ferro flammæque omnia deuastare, prædam spoliaque amplius congerere, variaque loca, quæ ei opportuna esse possent, munitur. Quo factum est, ob rei nouitatem atque virtutem, magis magisque eius viribus crescentibus, ut breui temporis spacio, magnam gloriam, & summi imperatoris nomen consequutus fuerit: qua laude comparata, vita functus est, & filius imperium atque Othomanicæ familiæ nomen reliquit. Successit autem ei filius Orchanes, vir summa humanitate, & rei militaris peritissimus, ac valde etiam liberalis: quo factum est, ut cum sua virtute, tum paterna autoritate imperium audauerit. Eo mortuo successit Amurates, filius natus maximus, virtute nequaquam patris atque auo inferior: prudentia verò utroque etiam superior. Cum enim à binis Græcis de imperio Constantinopolitano certaretur, & ipse ab altero in Europam vocatus esset, ut suppetias ferret: in Thraciam transijt primus omnium Turcarum, ibique astute moram trahens, dum illi inter se certantes viribus exhauriuntur, ipse Galipolim & alias quasdam Thraciæ vrbes occupauit, quas Turcæ deinceps semper tenuerunt. Huic successerunt postea Solimannus atque Baifettus filij: sed cum Solimannus breui tempore post vitam cum morte commutasset, totum imperium Baifetto relictum fuit. Qui cum ad animi robur astutiam audaciamque adiunctam haberet: excursionibus Thraciam, Thessaliam, Macedoniam, Athenarum Thebanorumque regiones deuastauit, & ad Seruiam atque Rasciam usque perueniens, eas regiones omnes deprædatus est. Tandem Constantinopolim quoque obsedit, &

Orchanes.

Amurates astutus.

Solimannus et Baifettus.

Constantinopolis obsessa.

in tantas angustias coniecit, vt imperator ex vrbe disce-
 dere, & in Italiam Galliamq; implorandi auxilij causa p-
 ficisci coactus fuerit: ciues verò fame eò redacti fuerunt,
 vt de deditioe cogitarent, seque certè dedidissent, nisi
 Tharmelanus rex Tartarorum, Baisettum ab obsidione *Thamerlanus*
 discedere cogisset: nam eo ipso tempore maximo cum *aduersus Bai-*
 exercitu in Asiam ingressus, omnia rapinis cædibusq; de- *settum.*
 vastabat: & ipsum quoque Baisettum postea superauit,
 cepitque, & longo temporis spacio victum circumdu-
 xit: cuius quatuor filij, cum ob patris calamitatem per-
 territi essent, & in Græciã an fugissent, capti fuere à Græ-
 corum exercitu, & Constantinopolin perducti. Postea ve-
 rò Calepinum eorum natu maximum dimiserunt: qui *Calepinus.*
 paternum imperium mox recuperauit, & Sigismundum *Sigismundus im-*
 imperatorẽ, à quo bello petebatur, iuxta Nicopolin præ- *perator à Tur-*
 lio superauit, totumque eius exercitum deleuit. Cuius rei *cis victus.*
 causa fuisse dicuntur Galli, in suo exercitu seditiosi, maxi-
 ma sanè clades, vbi & imperator ipse, relictis omnib. im-
 pedimentis, fuga sibi consulere, magno cum dedecore,
 & Ioannes Burgundiæ dux captus, magna auri vi sese re-
 dimere coactus fuit. Calepino successit Orchanes II. *Orchanes II.*
 cum per ætatem, nondum ad reipublicæ gubernationẽ
 aptus esset: agebat sub primariorum ducum tutela: nec *Moses parrici-*
 multò post, à Mose Calepini parentis fratre, interẽptus *da.*
 fuit. Atque is quidem interfecto nepote regnum occu-
 pauit, neque eo diu potitus, itidem mortuus est: in cuius *Machometus*
 locum substitutus est Machometus I. eius frater, qui Chri- *I.*
 stianos in suis prouincijs degentes vehementer affixit,
 multosque item Turcas opibus spoliavit: & Vallachiam
 maiorem denique, vltra Danubium sitam subegit, sibiq;
 tributariã fecit. Eo defuncto successit Amurates II. eius *Amurates II.*
 filius, vir summa virtute, summaque in rebus gerendis fe-
 licitate. Is cum primùm in Thraciam proficisci vellet, ad
 uersarium habuit diu Mustaffam quartum Baisetti filiũ, *Mustaffa.*

qui Græcorum exercitum ducebat: sed eum tamen vltimò superauit & interemit, atq; Europã ingressus, Thessalonicham vrbem potentissimam cepit, occupauit Epyrum, & Heximiliã mœnia solo æquauit, Moream flamma atque rapinis deuastauit, itemq;ue totam Seruiam est deprædatus. Vxorem habuit, inter cæteras, Georgij Seruiæ despotaë filiam. Christianos quoque ad Varnam in Thracia graui prælio superauit: quo Cæsarius Cardinalis Sãcti Angeli, apostolicus legatus, & Vladislaus rex Poloniæ occubuerunt: qua victoria adepti, solitariam dein ceps & suo modo religiosam vitam agere constituit, reliquo imperio Machometo II. filio adhuc iuenculo, qui sub Cali patrui sui, & imperij Bassæ tutela agebat. Sed Ioannes Vayuoda interea, cum grauius ferret acceptam ad Varnam Christianorum cladem, & id ipsum vindicare conaretur, collecto exercitu in Thraciam proficisceretur. Cali autem huius rei, per Georgium Seruiæ Despotam admonitus: cum existimaret Machometem propter iuuentutem nondum ad hanc expeditionem aptum esse, Amuratem patrem de ijs quæ agebantur certiore fecit. Quamobrem is mox ex eremo reuersus, maximum collegit exercitum, in quo erant ad centum millia Turcarum atq; binis Genuensibus nauibus, quas pactione aurei vnus in singula capita cõduxerat, Galipolis angustias traiecit, & in Thraciam puenit: cõgressusq; ad Balsissa cum Vayuoda, acerrimum prælium commisit, in quo triginta millia hominum ipse amisit: sed interea tamen Christianos fregit edita magna strage, vt Vayuoda se illinc fuga recipere coactus fuerit: & multi principes Christiani, atque omnes ferè Hungariæ prælati occubuerint. Hac victoria iterum adepti, Amurates se in solitudinem recepit, pacatisq;ue vbique imperij rebus, & maximam gloriam, ob res feliciter gestas, consequutus, obiit. Cui, vt paulò supra dictum est, Machomet II. successit: qui nostris imperatoribus

Georgius Seruiæ despota.

Cæsarius Cardinalis Sãcti Angeli, Vladislaus Polon. rex.

Machomet II. Ioan. Vayuoda.

bus Constantinopolin, & Nigropontem vi eripuit, & cū Constantino-
 Iasone Cassiano Tartaro congressus, eum superauit, mul-
 tasq; alias res præclare gessit, vt imperium suum sex re-
 gnis, vigintiquatuor prouincijs, ac ferè ducentis magnis
 vrbibus auxerit. Tandem mortuus est anno Salutis M-
 CCCCLXXXIII. relictis binis filijs, nempe Baifetto *Baifettum II.*
 II. qui etiamnum viuit, & paternum imperium felicibus *Zizimus.*
 auspicijs gubernat, & Zizimo, quem Romæ vidimus,
 iam in Campania sepultum. Atque hæc quidem de Tur-
 carum origine atque incremento hoc loco annotare vi-
 sum est, vt magis noti s; deinceps essent, si quando eorū,
 in nostro regno Neapolitano mentio sit facienda. Sed
 neque fuerit alienum, hoc loco pauca quædam de Tha-
 merlano dicere, cuius suprà nobis mentio facta est: Is er-
 go Tartarus fuit, natus humili genere, sed qui sua virtu-
 te & animi robore valde magnus euaserit. Suscepta in A-
 siam expeditione, exercitum eò duxit millies & duceto-
 rum millium hominum: vocabat se Dei flagellum, & vin-
 dicem peccatorum: vir crudelissimus, & sanguinem ma-
 ximè sitiens. Cum aliquam vrbem obsedisset, prima die *Thamerlanus*
 Velum album ante illam expandebat, & si ea die sese de-
 didisset, sola præda contentus erat: secunda expandebat
 rubrum, & si ea se dederet, præter prædam omnes patref-
 familiâs ad necem posebat: tertia nigrū explicabat, quo
 significabatur, non eum deinceps præda, aut morte præ-
 cipuorum fore contentum, sed si deinceps quacunq; ra-
 tione vrbem expugnaret, igne eam consumpturum, atq;
 homines omnes masculos & foeminas ferro interemptu-
 rum. Qua ratione Persiam atq; Armeniâ occupauit, Da-
 mascum exussit, & Baifettum vicit: nec quicquã erat, qd
 eius viribus opponi posse videretur: sed non diu vixit: fun-
 ctus est enim vita, anno Salutis MCCCII. Erat Clau-
 dus, quod proinde ipsius quoq; nominis Etymologia indi-
 cat: nam lingua Tartarorum Themir ferrum signifi-

Themirlangi
significatio.

cat, & lang curuum atque claudum: ex quibus Themirlang lingua eorum, & nostra Thamerlanus forma. Sed ista iam nobis, hoc primo libro dicta sint: & respectu eorum quæ deinceps enarrabuntur, ceu prolegomena quædam, ad facilius reliqua explicanda accommodata censeantur. lamq; rerum in hoc regno Neapolitano gestarum, narrationem, hoc sequenti libro aggrediamur.

LIBRI PRIMI FINIS.

PANDVLPHI COLLENTII
PISAVRENSIS IVRISCONSULTI HISTORIAE
NEAPOLITANAE AD HERCVLEM I.
Ferrariae ducem, Liber II.

Ioan. Nicol. Stupano Rheto interprete.

ARGVMENTVM.

Hoc libro enarratur primum terramotus, qui in hoc regno fuit: deinde ignis à Vesuvio monte erectus: tum bellum Alarici Gotthi, & Urbis Roma expugnatio, nec non etiam bella Vandalorum, Hunnorum, Alanorum aliorumq; Barbarorum, qui Italiam ingressi, eam devastarunt. Postea res gesta Belisarij adversus Totilam explicantur atque Narsci: describitur Longobardorum in Italiam excursio, & adventus Caroli Magni: Pipini contra Longobardos & Græcos in Italia degentes bella edocentur, itemq; Sarraenenorum in Italiam incursiones, utque Hungarorum atque Schlauniorum opera pulsati fuerint: & denique quæ ratione Electorum consuetudo in imperium fuerit introducta.

Christi servatoris
natiuitas



VM Cæsar Augustus orbis imperium teneret, natus est Christus è virgine, servator noster atque Deus, anno eius imperij quadragesimo secundo: à quo tempore, Historiæ nostræ exordium desumit.

desumemus. Itaque toto reliquo temporis spacio, quo Augustus regnavit, item que etiam deinceps, quandiu reliqui imperatores, qui ei successerunt, in Italia habitaverunt, aut illius saltem curam habuerunt: nulla propè deprehendimus bella, aut alias aliquas insignes mutationes (cuiusmodi ab humano consilio dependent) in hoc regno fuisse. Binos tantum casus, difficiles sanè, sed cuiusmodi natura potius quam instituto hominum proveniunt, illic interea accidisse legimus: unum sub Neronis, alterum sub Titi Vespasiani filij imperio. Primus fuit terræmotus in Campania maximus, quo Pompeia civitas amœnissima, tota subversa est, & Herculaneum ei proximum, plusquam dimidia sui parte corruit: Vicinæ verò regiones cæteræ, varijs modis afflictæ fuerunt. Hunc terræmotum alia quædam non minus admiratione digna sequuta sunt: nam inter cætera hoc fuit planè stupendum, quòd sexcentæ oves unius gregis, omnes subita morte conciderunt, sine ulla manifesta causa, & plurimi homines mente capti, ipsidem deinceps delirij, usque ad extremum vitæ spiritum fuere detenti. Alter verò casus accidit primo anno Imperij Titi, quo è monte Vesæuo (qui hodie Summus dicitur, & Neapoli vicinus existit) ceu ex Aetna quodam fumi, ignes, globi sulphurei, saxa quæ; ignita, magna violentia, maxima hominum strage, vicinorum quæ; locorum ruina cicta fuerunt. Eo tempore Caius Plinius naturalis historię scriptor, præfectus copiarum (quas Romani illic securitatis causa habebant.) cum indagare subtilius cuperet tanti incendij causas, naui usque ad montis radicem appulit: sed ubi in terram descendisset & monti propius accessisset, non igni aut iectu aliquo, sed sola fumorum densitate arterias atque pulmones obstruente, subito interiit: eo ipso loco, sicuti ex multis indicijs multorum quæ; doctorum testimonio patet, quo nostra ætate est turris Octavia, quæ id nomen obtinuit, quod ab vrbe Neapolitana octo pas-

*Terræmotus
in Campania.*

*Accidentia mira
sequuta terræ-
motum.*

*Vesæui montis
incendium.*

C. Plinij mors.

Octaviæ turris

suum millibus absit. Fuit autem incendium hoc vsque a deo difficile, vt Titus imperator eius causa, ex viris consularibus magistratum delegerit, qui munus haberent Campaniæ restituendæ, loca diruta restaurandi, & eorum bona, qui sine hæredibus interijissent, dispensandi, vt hoc modo vrbes desolatæ paulatim reficerentur. Post hæc verò binas tempestates, pacatum erat regnum beatumq; sub imperio Romanorum, prætoribus alijsque eius generis magistratibus gubernatum, multisque locis amœnissimis exornatum: cumque à nullis exteris gentibus vexarentur, verè felices tunc illius incolæ dici poterant. Verùm eni vero cum imperij sedes deinde Byzantium transferretur, & ipsum imperium Romanum non modo situ & lingua, verùm etiam moribus Græcificaret, & à pristina virtute atq; gloria paulatim declinaret: cum Roma ipsa, tum cetera Italiae regiones, & maximè hæc, de qua nobis sermo est, itidem experiri cœperunt, quæ esset nauis conditio, quæ gubernatore deseratur. Anno enim à nato seruatore circiter quadringentesimo sexto, Alaricus Visigothus Christianus, Radagaso patruo suo in regnũ Gothorum successit, & per forum Iulij in Italiam ingressus est cum ducentis hominum milibus, eò animo, vt illinc in Galliam transfiret. Sed cum esset laceffitus perfidia Stilichonis Vandali, qui nomine Honorij & Archadij, filiorũ Theodosij magni imperatoris exercitum ducebat: mutata sententia versus Romam cœpit contendere, & anno seruatoris quadringentesimo duodecimo, Innocentio primo Pontifice, & Honorio solo imperante, Romam occupauit, eamque militibus prædæ concessit: tanto furore arsit, vt nulli hominũ pepercerit, solis ijs exceptis qui in templa confugerant. Nec plus tribus diebus ibi commoratus, contendit in Regnum Neapolitanum cum toto exercitu, vniuersamque Campaniam, Lucaniam & Aprutios prædis, ferro & flamma deuastauit. Tandem Re-

gij

Fœlix regni cõditio sub Romanis.

CCCCVI. Alarici in Italiam aduentus.

Roma expugnata.

Prima regni Neapolitani calamitas.

gij consistēs, deliberabat de ratione in Siciliam transeun-
 di: factōq; aliquoties eius rei periculo, in terram denuò
 naufragijs reñciebatur: tandemq; Cosentia mortuus
 est. Gothi subditi, eius funus maximo sumptu pompaq;
 celebrarunt, & inter cætera Bisentum flumen artificiosè
 in binas partes (vt tantisper in medio insula maneret) di-
 uiserunt, & extracto in medio flumine sepulchro, in id e-
 ius corpus vnà cum ingenti thesauro imposuerunt: dein
 de deriuata denuo vtraque fluuij parte in solitum alueū,
 effecerunt vt nemo deinceps scire posset, quo loco eius
 monumentum esset. Qua de re, vt magis securi forēt, vsi
 sunt in ea fluuij diuisione & monumento extruendo ca-
 ptiuorum, quos tunc habebant, opera, absolutoq; ope
 re omnes trucidarunt. Quibus peractis denuò Romam
 rediēre, eaq; spolijs rapinisq; iterum deuastata: Athaul-
 phum Alarici consanguineum regem elegerunt, & in Hi-
 spaniam profecti sunt. Atque hæc quidem prima fuit ca-
 lamitas ab humana opera proueniens, quam regnum
 Neapolitanum post tempora, quibus Augustus imperij
 gubernacula tenebat, perpeffum sit: Sed hic ab instituto
 paululum nobis digredi licebit, & ostendere quæ tūc im-
 perij Romani conditio fuerit. Alarico successit ijs tempo-
 ribus, vti diximus, Athaulphus cognatus, sibiq; vxorē
 duxit Placidiam Honorij sororem, scēminam prudentissimā
 mam, & sacre religionis obseruantissimam, quæ in prima
 Romæ obsidione à Gothis capta fuerat. Huius rei ratio-
 ne Athaulphus, cum & Romam ipsam & Vniuersam Ita-
 liam in sua potestate esse videret: vsque ad cō superbire
 cœpit, vt etiam cogitaret de Romæ & Romani imperij
 nomine delendo: vt scilicet deinceps imperium Gothi-
 cum, & Roma Gothia vocaretur. Atq; hoc ipsum D. Hiero-
 nymus etiam in Bethlehem accepisse dicitur à milite
 quodā Narbonensi Gallo Athaulphi familiarissimo: quiq;
 ex ipsius ore id sapius audierat. Sed obstitit huic institu-

Alarici mors et sepulchrum.

Crudelitas Gothorum.

Athaulphus rex Gothorū electus.

Romani imperij conditio: digressio.

Placidia vxor Athaulphi.

Athaulphi superbia.

to tunc Placidia vxor, mulier summæ prudentiæ atq; fa-
 cundic (afferebat enim illa in imperio conseruando, legū
 obseruantiam maximè necessariam esse: Gothos autem
 natura feros nequaquam id præstituros, nec legitimo e-
 tiam imperio unquam patituros) persuasit ei, hoc mo-
 do vt pacem cum Honorio fratre faceret, ei que in au-
 gendo Romano imperio adesset: cuius rei causa, cum in
 Hispaniam deinde profectus esset, secum que Gothos o-
 mnes duceret: Barchinonæ à suis proditus & interēptus
 est. iam ad propositum reuertemur, & aliam huius regni
 calamitatem explicabimus: quæ non multo post tempo-
 ra Alarici, ab Vandalis profecta est. Cum enim quidam
 Maximus Patritius nomine, Valentiniani imperatoris
 mortem veneno procurasset, & occupatū ab sese impe-
 rium aliqua ratione cuperet confirmare: Eudoxam quā
 in vxorem vi sibi arripuit, quæq; mortui imperatoris aut
 vxor, aut soror, aut filia fuerat (de hac. n. re diuersæ sunt
 scriptorum sententiæ) illa verò magnanima mulier, cum
 iniquo animo ferret tantam mariti crudelitatem, indigna-
 ta tandem vindicari statuit: cuius rei causa Genfericum
 regem Vandalorum, Carthagine ex Africa, vbi tunc re-
 gnabat, consequendi imperij spem faciens, occultè euo-
 cavit. Genfericus inuitatus, occasionem hanc alacri ani-
 mo arripuit, & anno seruatoris quadringentesimo quin-
 quagesimo sexto, cum trecentis hominum millibus Ro-
 mam peruenit, Leone I. pontificatū, & Constantinopo-
 li Martiano imperium obtinēte: urbem ipsam militibus
 prædæ concessit: Maximum autem dilaceratum in Tybe-
 rim coniecit. Postea illinc in Campaniam profectus est,
 eam que excursionibus, rapinis, ferro ac flamma deuasta-
 uit: Capuam expugnauit, ablata que præda, eam exussit, &
 solo adæquauit: sola que vrbs Neapolitana tunc, mœni-
 um cæterarum que munitio bonitate, & militum
 qui eam custodiebant fortitudine, tanto furori resistere
 potuit.

Athaulfi mors.

*Altera regni
 Neapolitani ca-
 lamitas.
 Maximus Pa-
 tritius.
 Eudoxa.*

*Genfericus in
 Italiā vocatur.*

Capua diruta.

potuit. Sed deinde paruo post tempore Gensericus, spo-
 lijs amplissimis, magnoque captiuorum munero propè
 onustus, in Africam cum Eudoxa reuersus est. Et quoniã
 superius Rhadagasi atque Alarici Viscigothorum, & nũc
 Genserici Vandali mentionem fecimus: videor mihi cõ-
 modè hoc loco inferi posse, breuem quandam enarratio-
 nem calamitatum, quas Italia ijs temporibus exiguo spa-
 cio perpeffa est: vt ij se errare videant, qui rerum gestarũ
 ignari, asserunt Italiam nunquam in tanta miseria fuisse,
 atque nunc est. Rhadagasus Viscigothus cum ducentis
 millibus Gothorum, Hunnorum & Vandalorum Italiã
 ingressus est anno salutis quadringentesimo sexto, vbi e-
 tiam in Hetruria ab Stilicone, qui Theodosij nomine e-
 exercitum ducebat, obsessus interiit, & omnes eius mili-
 tes interempti, aut capti & venditi fuerunt. Post illum se-
 quitus est Alaricus, anno quadringentesimo duodeci-
 mo, qui Italiam, vti suprã diximus, cum ducentis homi-
 num millibus vastauit. Deinde Attila cum infinito pro-
 pè numero Hunnorũ, Ostrogothorũ, Cepionũ, Rugorũ,
 Herulorũ, Quadorum, Turcilingorũ, & aliorum gentiũ
 ad Aquilonem degentiũ, anno quadringentesimo quin-
 quagesimo in Italiam venit, totamque Longobardiam,
 quæ cis Padum sita est occupauit: tandem verò Leonis I.
 põtificis Max. precib. illinc iterũ discessit. Tum Genserici
 Vandalus cũ trecentis hominũ millibus, anno serua-
 toris quadringentesimo quinquagesimo sexto, Romam,
 Latium, atque Campaniam percurrit. Biorgus autem rex
 Alanorum, qui postea Alemanni dicti sunt, anno salutis
 quadringentesimo sexagesimo tertio, per Tridentũ cum
 infinitæ multitudinis exercitu, etiam ingressus est Italiã,
 & vniuersam Istriam, Marcam Treuisanã, maioremque
 Longobardiæ partem diripuit, donec tandem ad Benacũ
 lacum, qui hodie Garda appellatur, ipse interiit, & illius
 exercitus à Ricimero Gotho profligatus fuit. Odoacres

Quas calami-
 tates Italia, spa-
 cio 90. annorũ
 perpeffa sit.
 Rhadagasus.

Alaricus.

Attila.

Gensericus.

Biorgus.

Odoacres.

*Theodoricus.
Ostrogothus.*

Gundibaldus.

*Italia breuitē-
pore sæpe va-
stata.*

item natione Ruffus, rex Herulorū (qui olim eam regio-
nem incolebant, quæ nostro tempore, trans Danubium
fita, Valachia appellatur) profectus est in Italiam anno
feruatoris quadringentesimo feptuagesimo primo, cum
infinitis propè copijs: eamque vniuerfam subegit: dein-
de verò in Pannoniam expeditionem suscepit. quo bello
feliciter confecto, maioribus adhuc copijs in Italiam re-
dijt: vt hinc cōftet, Odoacrem quatuordecim annorum,
quibus Italiam possedit, spacio, bis illam maximis copijs
perlustrasse. Huic Odoacri se opposuit deinde Theodo-
ricus Ostrogothus, anno partæ salutis quadringentesi-
mo Octuagesimo primo, cū infinita propè virorū & mu-
lierum multitudine: eoque superato Italiae dominiū ob-
tinuit. & Gundibaldus denique Burgundiæ rex, superatis
alpibus cum maximis copijs, anno Domini quadringen-
tesimo octuagesimo sexto Liguriam atque Longobar-
diam diripuit, maximumque captiuorum numerum &
amplissima spolia illinc in Burgundiam secum reporta-
uit. Atque omnes isti reges Barbari, & gentes crudelissi-
mæ, octuaginta annorum spacio cum maximis copijs I-
taliā lustrarunt, & alij quidem vniuerfam, alij partem
aliquam rapinis, ferro atque flamma deuastarunt: qua-
tuor quoque ex ijs, Athalaricus, Genfericus, Odoacres &
Theodoricus Romam imperij sedem occuparunt. Nec
meliora hisce tempora sequuta sunt, propter bella quæ
sub Totila Gothorum rege & Theia eius successore,
octodecim annos durarunt: nec nō etiam ob bella Lon-
gobardorum, quæ certè non minus hisce lugubria fue-
runt: verū hæc ad institutum nostrū non faciunt. Quā-
obrem in ijs singillatim commemorandis non hīc diu-
tius immorabimur, sed ad propositū nobis Neapolitanū
regnum reuertemur. Itaque postquam ex Italia Genferi-
cus discessisset, remansit ea sub imperio Græcorum, an-
nos circiter quindecim: quibus finitis, inuasit illam O-
doacres

doacres Herulorum rex, atque armis occupatam possedit eò vsque, donec à Theodorico Ostrogotho, cui Ze- non imperator Italiæ regnum donauerat, depelleretur, binis videlicet prælijs superatus anno quadringentesimo octuagesimo tertio. Quibus confectis Theodoricus, regnum Neapolitanum sicut & reliquam Italiam pacatè multos annos gubernauit. Theodorico successit Amalafunta filia, quæ tunc vidua erat, mulier selectissima. Hęc vnà cum filio Athalarico, quæ ex Eucharico Ostrogotho marito susceperat, successurumque in regnum spè quotidie faciebat, Italiæ atque ipsius etiam Neapolitani regni gubernationem, octo circiter annos administravit: tunc enim Athalaricus iam adolescens, vita defunctus est. Huic successit Theodactus Amalafuntæ suffragio electus, quem præ cæteris ad regni fastigium euehendū putabat, quòd cõsobrinus esset, ex nobilissima Amalorum familia natus, speraretque eum ad gubernationem imperij, vel eo nomine aptissimum fore, quòd Græcis Latinisque literis haud vulgariter erat eruditus: nam sui temporis historiam scripsit, Platonicis philosophis vehementer deditus: iamque etiam in sua iuuentute, quædam militaris disciplinæ signa ediderat. Sed minus foelix fuit ista electio quàm sperauerat: ipse enim homo ingrattissimus, primùm Amalafuntam in Vulfinensis lacus insulam relegauit, & in eius mortem, quæ à sicarijs quibusdam procurata est, consensit. Deinde Ignauitæ atque auaritiæ tantopere incubuit, vt ab suis ipsius cæterisque omnibus odio haberetur: quo factum est, vt Iustinianus Imperator eum expellere, Italiamque ab Ostrogothorum tyrannide liberatam cum imperio coniungere constituerit. Cui rei gerendæ præfecit Bellisarium, virum bello atque pace præclarum, tantaque animi atque corporis virtute, vt facile præferri queat omnibus Græcis, quorum mentio fit cū apud veteres tum recentes scriptores. Res Neapolitanæ

Odoacres.
Theodoricus.

CCCC-
XXXIII.

Amalafunta.
Athalaricus.

Theodactus e-
ligitur Impera-
tor. Et ingrat-
tus est:

Bellisarius ad-
uersus Theoda-
ctum mittitur.
Regni Neapo-
litani sub Theodacto
administratio.

DXXXVII.

Regnum Neapolitanū à Bellisario occupatur.

Neapolis obfessa à Bellisario & capta.

Isaurici militis industria.

autem, interim à Theodasto ita administrabantur, vt octingenti ferè milites ad regni custodiam alerētur, ipsi verò Calabria, Embrinus siue Euermidus gener præfesset. Quibus ita cōstitutis, Bellisarius anno Domini quingentesimo tricesimo septimo, simulans se in Aphricam velle proficisci, in Siciliam peruenit, eamq; insulam totam occupauit: deinde Messana soluens, in Calabriā contendit, & Rhegiū deditioe accepit, vnà cum omnibus locis vicinis, statim postquam eò appulisset. Quod cum videret Euermidus, ipse quoque Bellisarij arbitrio sese totamq; suam prouinciam permisit: à quo humaniter exceptus, & deinde Constantinopolim missus est: vbi à Iustiniano quoq; honorificè atq; magnificè tractatus est. Horum exemplū sequuntur Lucania cæteraq; regni Neapolitani prouinciæ, ipsæ quoq; se Neapolim vsq; Bellisario dederunt. Verum vbi eò Bellisarius cum pedestrib. copijs appulisset, & vnà classis quoq; in vrbs inspectū peruenisset, cognouit Gothos & Iudæos de ratione resistendi cogitare: quamobrè oppugnare vrbs decreuit, occupatisq; suburbijs, & aquæductu, per quē in vrbs aqua influebat, ad suos vsus deriuato, omnia quæ ad obfidionem atq; expugnationem necessaria erant præparabat. Iamque de modo oppugnationis deliberabat, quòd vrbs ipsa optimè munita, à multis strenuè defenderetur. Interea verò miles quidam natione Isauricus, fortè in aquæductū, à quo aqua iā erat auersa, ingressus erat, eumque sequutus, vsq; ad vrbs moenia peruenerat, ac deprehenderat ibi saxum, quod prima moenium fundamenta sustinebat, & postmodum, vt aquæ transitum præberet, artificiosè perforatum fuerat. Itaq; cogitabat si id saxi foramē aliquantulum aueretur, posse per illud homines in vrbs intromitti. Qua re Bellisario secretè indicata, propectum huic rei fuit, & foramen absq; vllò strepitu dilatatum: deinde simulata oppugnatione in opposita vr

bis

bis parte, & ob imminentē noctem, in sequentē diem facta dilatione, nocte intempesta quadringentos milites armatos intromiserunt in urbem per meatum aquæductus, scilicet & cæteras machinas, quas in altera parte urbis, simulandæ oppugnationis causa habebant, huic loco occultè applicuerunt, sicq; expectabant signum ab ijs qui fuerant intromissi. Sed erat intra hunc meatum collis arduus, qui non facilè ab armatis militibus scandebatur, & quem tamē oporteret superare, siue in urbem properare, siue mœnia conscendere velles. Quamobrē ex utrisque armis quidam eum collem superavit, & in vetulæ cuiuspiam domum ingressus, silentium minis ab ea obtinuit, & insuper funem, qui superiori parte oliuaastro bene alligatus, infrà verò apprehensus manu, cæteris militibus itidem in collem hunc, & deinde in muros ascendendi auxilium præbuit. Hoc facto reliquis signū datum est, uti inter eos cōuenerat: qui ad motus scalis, maiori armatorum militum parte mœnia eius loci occuparunt: qui verò per aquæductus meatum ingressi fuerant, proximam portam inuadunt, & interfectis custodibus eam ueraperiunt, & per eam Bellisarium cum toto reliquo exercitu, tribus horis antequam diluxisset, intromittunt. Atq; ita capta fuit urbs, antequam Gothi & ciues reliqui scirent, qua parte ab hostibus impetus factus esset: nam etiamnum erant in eam partem intenti, qua Græci oppugnationem simulauerant. Iam verò Græci urbem diripere, scæminas violare, ac nemini deniq; parcere cœperant, eo animo, ut spoliatis & necatis omnibus, urbem quoque ipsam incenderent. Sed Bellisarius sub ortu solis conuocatis omnibus, autoritate sua atq; eloquentia eorum furorē repressit, cōcessaq; præda, obtinuit, ut urbi ipsi, uiris atq; scæminis parceretur: quod uti præstitit cæteris, sic etiam Gothis, eosq; tam honestè excepit, ac si proprii eius milites fuissent. Rebus hic ita confectis, Romani ver-

*Bellisarius sua
humanitate
sedat militum
furorē.*

*Procopius hi-
storius.*

*Totila rex Go-
thorum.
Neapolitanum
regnum iterū
à Gothis occu-
patur.*

DVL.

*Bellisarius in
Italiam reuoca-
tus.*

sus contendit. Nec est nostri instituti hoc loco explicare, quid deinde gesserit extra regnum Neapolitanū: si quis tamen ea scire desideret, alios scriptores, & maximè Procopium consulere poterit, qui eam historiam copiosè enarravit: nos enim Neapolitanam historiam prosequemur. Postquam Bellisarius victor magna cum laude ex Italia deinde discessisset, & Vitigem Gothorū regem secum abduxisset captiuū: delegere sibi regem Gothi Totilam virum singulari virtute. Hic in Longobardia, Aemilia atq; Flaminia, multis rebus præclare gestis aduersus Græcos, & ipsius Iustiniani duces, in Hetruriam transijt, atq; illinc per Vmbriam, Sabinos, Marfosque in Campaniam, anno quingentesimo quadragesimo quinto peruenit. Hic verò Beneuentū primū vi cœpit, eiusq; moenia solo æquauit: deinde Neapolim obsedit atq; occupauit: qua obsidione durante Cumas quoque recuperauit: nec erat quisquā amplius, qui ei sese opponeret. Quamobrem diuiso in aliquot partes exercitu, singulos in alias atq; alias regni prouincias dimisit, sicq; Lucaniam, Calabriam, Apuliam cæterasq; eius vrbes, & regiones omnes, Hydrunto excepto, in Gothorum potestatem reduxit. Huius rei causa, tum quòd reliqui duces, qui sub Iustiniano in Italia stipendia merebant, minus strenuè se gerebant, necessum fuit Bellisarium ab expeditione, quam aduersus Parthos susceperat, iterum in Italiam reuocare. Ac cum iam itineri accinctus, quatuor millia hominū secum duceret: intellexit Hydruntū obsessum, & iam cū aduersario pactum esse. Quamobrem dimisit eò Valentinum cum exercitus parte, à quo tunc liberati ab obsidione Hydruntini fuerunt: ipse verò Rauennam, & illinc Dyrrhachium contendit, vt assumpta reliqua exercitus parte, quæ illic nomine Iustiniani erat, vt Romæ suppeditas ferret, quæ iam à Totila obsidebatur. Sed vbi Dyrrhachio soluisset, certior fit Hydruntū à Gothis denuò obsideri.

deri. Quapropter eò primùm cum vniuersis copijs profi-
 ciscitur, ijsq; ab obsidione Brundisium vsque pulsus, Ro-
 manis suppetias ferre contendit. Interea Ioannes è Vitel- *Ioanne Vitel-*
 liano Iustiniani fratre natus, qui Dyrhachio cum Belli- *lianus.*
 sario soluerat, Brundisium sinum superans, Gothos ex
 improuiso adoritur, frangit, & Brundisium subitò occu-
 pat: deinde Canusium eadem fortunæ prosperitate expu- *Richimundus*
 gnauit, vnde in Calabriam transijt, & Richimundum Go- *Gothus.*
 thum, qui à Totila eò missus erat ad illas prouincias de-
 fendendas, prælio superauit, coepit, & totum illius exerci-
 tum profligauit: tum Aprutios atq; Lucaniam deditio- *Roma expu-*
 ne accepit, & illinc in Apuliam se recepit. Totila verò Ro- *gnata, vastata.*
 mam interim expugnauerat, & ablegauerat suos legatos
 ad Iustinianum, qui de pace agerent, cumq; certior fie-
 ret de ijs quæ Ioannes in Lucania atq; Aprutijs gessisset,
 misit eò suas copias ad bellum restaurandum. Sed cum
 reuersi legati, nullam pacis spem Constantinopoli attu-
 lissent: moenia vrbs maiori ex parte destruxit, eamq; fe-
 rè totam exussit, eiectis hinc inde per Campaniam inco-
 lis: qua ita destructa desertaq; in Calabriam cum maiori
 exercitus parte aduersus Ioannem proficiscitur. Is autem *Totile aduer-*
 cum de Totilæ aduentu accepisset, relictis omnibus que *sus Ioan. Vitel-*
 tenebat, sese Hydruntum recepit: quo factum est, vt To- *lianum expe-*
 tila Lucaniam, Aprutios vniuersamq; Calabriam, exce- *ditio.*
 pto Hydrunto, absq; vllò labore recuperarit. Iisdem tem- *Tarentum re-*
 poribus Tarentum, olim celeberrima potentissimaque *stauratum.*
 vrbs, sed hisce bellis destructa, restauratū, & in parui op-
 pidi formam redactum fuit à Calabris atq; Lucanis exu- *Bellisarius Ro-*
 libus. Bellisarius verò interea Romam restaurauerat, quā *mam instaurat*
 Totila relictā Calabria, iterū expugnare conabatur: sed
 cum id non ita citò fieri posse videret, ob singularē Belli-
 sarij, qui eam defendebat, virtutem: partem sui exercitus
 in Campaniam misit, vt ibi præsidio essent, ipse verò in
 Romæ obsidione perseuerabat. Quæ cū accepisset Ioan-

Ioan. Vitellianus Gothos iterum rumpit.

Totila contra Ioannem proficiscitur.

Valerianus.

Clades Græcorum ad Crotonem.

Fassa dux. Barbatius.

nes, vir laudis atq; gloriæ cupidus, in Campaniam & ipse peruenit, vt Romanos per eam à Totila in Romæ destructione dispersos colligeret, & liberaret: cumq; supra Garilianum ad Minturnas in Gothos incidisset, qui à Totila illuc præsidij causa missi fuerant: eos prælio superauit, in fugam cõiecit, & plurimos senatorij ordinis viros, magnumq; nobilissimarum matronarũ numerum è Campania Romam remisit. Totila verò istud iniquo animo ferens, omnibus modis vindicari constituit: itaq; relicta exercitus sui parte ad Perusiæ obsidionem, ipse cum reliqua mirabili celeritate aduersus Ioannẽ contendit, sicq; per Picenum, Pelignos, Samnites & Aprutios in Apuliã, atq; illinc in Calabriã peruenit: nec quieuit prius, quàm cum inuenisset: quem noctu adortus fuit, non tamen ita multis interfectis, castra eius occupauit, eaque militibus prædæ concessit. Ioannes verò cum Arnolfo Herulorum duce, qui ei tunc temporis militabat, Hydruntum se recepit, ibique suos milites, quorum multi ex fuga per varios saltus latitabant, collegit. Nec multò post Valerianus Armeniorum Herulorumque dux, cum nouis copijs à Iustiano in Italiam missus, Hydruntum appulit: quo cū Bellisarius ad eum excipiendum contenderet, vt in mandatis habebat, nec posset propter maris tempestatem Hydruntum appellere: substitit ad Crotonem. Verùm cum equis ibi commeatus deficeret, reseruatis tantum ducibus peditibus, sexcentos equites in Roscianam vallem dimisit, vt ibi Ioannem cum reliquo exercitu expectarent, seque cum eo coniungerent. Sed Totila cum tribus milibus equitum eò profectus, hosce sexcentos Bellisarij equites partim interfecit, partim cepit: ex duobus autem eorum ducibus primarijs, Fassa strenuè pugnans occubuit, Barbatius autem post multam concertationem tandem binis solummodo comitatus an fugit. Hisce ita confectis, Totila Roscianum quoque obsedit, in quo trecen-

ti equites à Ioanne, & centum pedites à Bellisario præsi-
 dio relictæ, cum eis ob naris fortunam suppetiæ ferri nõ
 possent, sese Totilæ dederunt, seruatiq; omnes sunt
 vno Colligerio excepto, quem Totila (quoniam deditio. *Colligerij factum*
 nem disuaserat) virgis cedendum, & amputatis primùm
 naribus, occidendum curauit. Ex reliquis alij abiectis ar-
 mis discesserunt, alij conseruandarum fortunarum sua-
 rum causa, sese Totilæ stipendijs addixerunt: vrbs ipsa præ-
 dæ militibus fuit, hominibus tamen conseruatis. Interea
 temporis autem, dum ista vtrinque geruntur, Perusia cui *Perusia Gothis*
 nullum auxilium ferebatur, Gothis se dedit, & Bellisa- *traditur.*
 rius Constantinopolin fuit reuocatus: quamobrem To-
 tila, relictæ Calabria, ad Romæ obsidionem tertio sese cõ-
 uertit, eamq; longo post tempore proditione obtinuit, *Roma capitur.*
 & humaniter tractauit. Nec multò post, cum de recupe- *Rhegium obsi-*
 randa Sicilia cogitaret, terrestri itinere Rhegiũ in Apru- *detur.*
 tios peruenit, quod tunc à Terramundo & Amereo Beli- *Tarentum ca-*
 sarij nomine tenebatur: eius autem expugnationem cũ *ptum.*
 attentasset, nec ita foeliciter successisset, relictæ illic in ob-
 sidione exercitus parte, ipse Tarentum profectus est, id-
 que vi occupauit: & Rhegini quoque interea, deficiente *Narses in Ita-*
 ipsis commeatu, sese dederunt. Quamobrem totum *liam mittitur.*
 regnum Neapolitanum, antequam in Siciliam transfiret,
 in suam potestatem redegit, exceptis Hydrũto atq; Cro-
 tone, quorum illud in fide imperatoris semper perman-
 sit, hæc autem à Gothis etiamnum obsessæ tenebatur. In- *Artauades.*
 terea autem Narses Eunuchus, in militiæ ducem à Iusti-
 niano electus, maximis copijs in Italiã mittebatur: quã- *Regnierius &*
 obrem Totila, relictæ Siciliæ administratione quatuor *Morra ad Græ-*
 primarijs ducibus, ipse in Italiam rediit, vt Narseo resiste- *cos transeunt.*
 ret. Artauades autem, qui Iustiniani stipēdia sub eodem
 hoc Narseo merebatur, interim Siciliam recuperauit,
 & illinc in Italiam veniens Crotoni suppetias tulit, binif-
 que Gothorum ducibus Regnierio & Morra, qui Taren-

to atque Acherusia præerant, vt eas vrbes imperio restituerent, ipsique sua stipendia sequerentur, persuasit. Sed Totilas postea multis rebus præclarè gestis, Brixelli in Lō gobardia occubuit, ei que in Gothorum regnum Theias successit: qui cum foedus aduersus Narseū cum Gallis atque Burgundionibus iniisset, accidit Tarenti vt Gothus quidā nomine Tignarus, vrbis, Græcorū nomine, quib. se prius dediderat, præfectus, rebellare statuerit. Quod vt cōmodius facere posset, conabatur obsides suos, qui Hydrunti custodiebantur, calliditate quadam obtinere: itaque Macario, qui tunc Hydruntinis præerat, scribit Gothos aduentare, sibi ergo aliquod præsidium mitteret. Macarius nihil mali suspicans, ei quinquaginta viros misit, quos Tignarus in carcerem subito coniecit, & Macario rescribit, si eos liberari velit, suos obsides redderet. Sed indignatus ob tantam perfidiam Macarius, paucis quibusdam ad Hydrunti custodiam relictis, ipse cum reliquo exercitu Tarentum vlciscendi causa proficiscitur. Tignarus verò necatis ijs quinquaginta captiuus, extra urbem prodiens, cum Macario congreditur, à quo post aliquam concertationem victus, in fugam coniectus est: cum q; in urbem se recipere vellet, occlusas sibi portas inuenit: quamobrem Acherusiam cōfugere coactus fuit. Iisdem temporibus quoq; accidit, vt cum multi nobiles Romani, Patritij ac senatorij ordinis viri per Campaniam dispersi, aut in eam à Totila, cui eorum potētia Romæ formidolosa fuerat, relegati essent: Gothi intellecta Theie in Totilæ defuncti locum successionē, & vt Roma à Narseo esset recuperata, omnes illos planè nullis exceptis, necarunt: quod proinde etiam tunc euenit trecentis iuuenib. Romanis, quos Totila vt obsides, prò militiæ more secum abduxerat. Narses autem rebus in Italia præclarè gestis, & Totila profligato atq; interempto, Romæ quam recuperauerat, sese iam continebat (veluti id

Theias rex Gothorum.

Totile obitus.

Tignarus proditor.

Macarius punit Tignarum.

Romani multi in Campania necati.

id in historijs Gothicis copiosè narratur: nobis enim res Neapolitanas tantùm describere propositum est) atque hinc copias suas in Campaniam misit. Qua vniuersa, præter Cumas, recuperata, intelligebat è Gothica muliere captiua, Totilã, cui ea familiaris fuerat, in earum arce suorum thesaurorum partem conseruari voluisse, sicuti & Patauij alteram, cui fratrem præfecerat: itaque eam obsidendam curauit. Quod cum Theia nouus Gothorũ rex vir admodum bellicosus, tunc in Piceno intelligeret, simulque videret in periculo versari thesauros, eis succurrendum esse decreuit. Et cum Apenninum nec per Aeserniam, nec per Venafros, neq; per Cassinum transire posset, quòd ea loca à Narseo milite custodirent, per Marfos atque Pelignos iter fecit, & in Apuliam perueniẽs, castra ad Luceriam posuit. Narfes autem vt ei resisteret, etsi subito Roma discessisset, tamen itinere per Campaniam facto, non prius eò peruenire potuit, quàm is Luceriam occupasset. Monte igitur superato, versus Luceriã pugnandi animo descendebat, nec alio fine ei Theia occurrebat, qui montem ipse sibi superandum, & Cumis suppetias ferendas esse ducebat: iamq; metuens ne fortè Luceriã obsideretur, vrbe exierat, castra ad Fortorem fluuium vicinum posuerat, pontemque occupauerat: Narfes verò è monte descendens, & ipse subito castra ad alteram fluuij ripam posuit. Hic Theia propter occupatum pontem, hæc habebat commoditatem, vt ei liberũ esset, aut castra Narsea inuadere, aut copias suas in aciem ad prælium committendum explicare: sed in comœatu deinde comparando, hæc erat ei vicissim difficultas, quòd eum Siphontum vsque mari, deinde terrestri itinere per triginta milia passuum vehere ad exercitum vsque oporteret: quo fiebat vt classis interdum tempestate acta, comœatus penuriã in exercitu pareret. Sed vnum maximè infortunium ei classẽ perdidit: nam cum ea semel, propter tẽ-

Cumis Thesau-
rus Totilæ ser-
uatus.

pestatem, in Brundusinum portum, tamen prius à ciuibus accepta fide publica, appulisset, & illic secunda quiesceret, Brundusini, qui hactenus neutrales, parum imperio, & Gothis adhuc minus fideles fuerant, hanc vnam rem esse existimarunt, per quam imperatoris gratiam sibi conciliare possent, & omnes nauium præfectos & gubernatores contra fidem datam ceperunt: quo factum est, vt classis loco moueri nequiuisset. Hac difficultate Theias, qui iam proximum Lucerie montem occupauerat, & insuper excursionibus, quas Narsei equites continuè faciebant, ad prælium committendum propemodum cogebatur: quamobrem, vbi per duos ferè menses bini exercitus eo loco confedisissent, manè sub ortum solis è monte descendens, Narsei exercitum adoritur: committitur prælium acre atque anceps, quod per totam diem durauit in neutram partem victoria declinante: quamuis Gothi ob Theie interitum minus sibi fidere viderentur. Is enim in medio hostium singulari virtute pugnans, cum clypeum permutare vellet, quod ob infixam telam & alia eiusmodi nimis ponderaret, lancea transfixus fuit. Constitère igitur in armis ambo exercitus ea nocte, & primo diluculo prælium denuò redintegrarunt: quod etsi crudelius adhuc magisq; cruentum esset priori, tamen Gothi ante vesperam supplices pacem petere coacti fuere: quam hisce conditionibus impetrarunt. Primum vt Ostrogothi qui cis aut trans padum in Italia domicilia haberent, non prius domum redirent, quam vrbes cæteraq; loca vbi illa haberent, Iustiniani ducibus essent restituta: deinde vt reliqui omnes in Campania alijsq; regni Neapolitani locis arma deponerent, nec vnquam ea se assumpturos, nisi imperii Romani nomine iureiurando confirmarent: atque hoc ob eam causam ita sancitum fuit, quod hi Ostrogothi omnes in Italia nati essent, ab eo tempore, quo Theodoricus eam primùm ingressus fuerat. Hac victoria acquisita,

Dagi-

*Prælium inter
Gothos et Nar
sem quo Gothi
extirpantur.*

*Theias mori-
tur.*

*Pax inter Go-
thos et Græcos*

Dagisteus, qui sub Narseo militabat, subito in Longobardia omnia loca, quæ à Gothis tenebatur, recuperavit, partim vi partim deditione: sicq; pulsus Gallis atq; Burgundionibus, vniuersa Italia Iustiniani imperio restituta fuit: & Ostrogothorū nomē in Italia deletū, qui in ea, à Theodorici prima expeditione, huc vsq; annos propè septuaginta duos regnauerant: quorum postremis octodecim fuere bella Gothica nuncupata: quæ eò tempore cœperunt, quo Iustinianus Bellisarium in Italiam aduersus Thodactum eorum regem misit. Et quoniam bellorum Gothicorum mentionem fecimus, nec tamen alias res, ijs bellis gestas attigimus, quàm Neapolitanas: spero nō ingratum fore lectori, si hoc loco, breui cōpendio comprehensas reliquas Italiae calamitates adijciam, quas hiscē decem & octo annis à Gothis perpeffa fuit: præter eas videlicet, quas sequētib; temporibus ab alijs quoque Barbaris accepit. Hiscē igitur annis misit in Italiam Iustinianus quadraginta militiæ duces, duodenas magnas atque optimè instructas classes, præter eas copias quas hiscē primarijs subsidio diuersis temporibus mittebat. Roma à Belisario bis recuperata, totiesq; amissa, à Vitige Gothorum rege cum quinquaginta hominum millibus integro anno obsessa: qua obsidione tantā anonæ caritatē famemq; habuit, vt ciues non modò quelibet sordida animalia deuorarent, verū etiam matres quædam suorum liberorum, qui iam fame perierāt, carnes comederēt. Totila autem ter ibidem longo tempore illam obsedit: qua capta, cuiusq; ætatis masculos & feminas summa crudelitate atque sæuitia tractauit: mœnia, palatia, thermas, theatra, aliaq; eius generis magnifica ædificia diruit. Senatus ipse atq; patritij Vrbs partim à Vitige, partim à Totila interempti, lacerati, expulsi: nobiles cæteri aut in vrbe necati, aut vt obsides à Gothis abducti, & vbiq; aliquid sinistri perpeffi essent, cru-

Dagisteus Longobardiam occupat pulsus Gothis.
Ostrogothorū in Italia regnū

Gothicorū bellorum epitome

Rome in bellis Gothicis calamitas.

deliter interfecti: vrbs ipsa deniq; Romana, incredibile dictu, per annum atq; menses aliquot deserta, absq; vllis incolis fuit. Nec minus calamitas eo tempore, multas alias Italiae vrbes afflixit: Mediolanum enim à Burgundionibus obsessum est, & postquam alia multa diraq; mala pertulisset, fuere illic triginta hominum millia enecata: diruta è fundamentis Papia, Placentia, Brixillum, tunc celeberrima vrbs Rauenna, Ariminum atq; Perusia. Neapolis ter aut quater grauiter obsessa captaq;. Tota Gallia eisalpina afflicta, Marca Teruifina, Tuscia, Aprutij, Apulia, Iapygia, & Campania, modò Romanis, modò vincensibus Græcis, magnis periculis afflicta atq; deuastate fuerunt, dum alij alios, occupatis vrbibus expellerēt. Et præter has bellicas calamitates, iisdem temporib. in Italiam ter magna pestilentia cum summa annonæ caritate grassata est: res sanè, si perpendatur ab ingenuo homine, vel imprimis miseranda, eam regionem, quæ aliarum prouinciæ regina quasi fuerat, nescio quo occulto Dei iudicio, ad tantam miseriam peruenisse. Iam verò & Bellisarij atque Narsei sæpe à nobis mentio facta est: quamobrem non mihi ab re esse videtur, illa quoq; breuiter inserere hîc, quæ de illorum virtute, diuersis literarum monumentis ad nostram memoriam peruenerāt, & hac in parte imitari eos, qui posteritatem huiusmodi exemplis instruere voluerūt. Accedit huc, quòd ego huius historię autor, præ cæteris qui hoc tempore florent, singulari quodam beneficio obligatus, Bellisarij laudes commemorare debeo: is enim secunda sua expeditione in Italiam, Pisaurum patriam meam aduersus Totilæ imperum restaurauit, eamq;, vti hodie adhuc apparet, mœnibus, fossis atq; aggeribus fortissimis muniuit, adeò vt cum vicinas vrbes Totila omnes occupasset, solum Pisaurum, quòd tam bene munitum esse videbat, non ausus fuerit attentare. Bellisarius igitur Constantinopolitanus

Italicarum vrbium infortunia.

Pestilentia & fames in Italia.

Pisaurum restauratur.

ranus, in patritiorum ordinem à Justiniano primo coo- *Bellisarij vita.*
 ptatus, statura iusta, aspectuq; formoso atque virili fuit,
 magnanimus, corporis atq; ingenij viribus æqualiter do-
 tatus, imperatori fidissimus, Christianæ religioni addi-
 ctissimus, peritissimus rei bellicæ, & disciplina militaris
 obseruantissimus, humanitate atq; facilitate omnes sui
 temporis militiæ duces superabat, & admodum insuper
 liberalis erat: militum modestiam & agricolarū curam,
 vt comæatus abundantia exercitui semper suppete-
 ret, tantam esse volebat, vt non modò vbi essent maius
 damnū inferre non permitteret, verū ne fructus qui-
 dem auderent colligere, qui ab arboribus dependerent.
 Hic primū ab imperatore aduersus Persas atque Par- *Expeditio Bel-*
 thos delectus fuit: qui maximo exercitu è suis finibus in *lisarij in Per-*
 Romani imperij prouincias eruperant: atq; eos multis *sat.*
 prælijs superatos debellauit: intra suos fines repulit, &
 imperij Romani iugo subiecit: propter quam victoriam
 Constantinopoli, ex imperatoris voluntate triumphali
 curru donatus est. Deinde missus fuit in Africam contra *In Africam.*
 Vandalos, qui eam per multos annos iam tenebant, ijsq;
 varijs prælijs superatis, Africam domauit, Carthaginē,
 nonagesimo sexto anno postquam ab imperio defecis-
 set recuperauit, & Gulimerium regem Vandalorum ca- *Gulimerius.*
 ptium in triumpho secum Constantinopolin duxit.
 Postea consul creatus, antequam in Italiam expeditionē
 susciperet, totam Siciliā imperio subiecit, Syracusis ma-
 gnificos ludos atq; spectacula edidit: deinde illinc in A-
 fricam secundò transiens, tumultus, quos aduersus Ro-
 manorum magistratus, rebelles quidam ex Vandalorū *Storza.*
 reliquijs excitauerant, sedauit: fugatosq; Storza quem si-
 bi in hisce tumultibus ducem elegerant, totam prouin-
 ciam pacauit. Quibus ita confectis, iterum in Siciliam,
 atq; hinc in Italiam aduersus Vitigem Gothorū regem
 profectus est: vbi multas res præclare gessit, veluti exem-

*Procopius hi-
storicus.*

*Antonina Bel-
lisarij coniunx.*

Gunthariges.

*Bellisarij lega-
ta ad sacros v-
sus.*

plote esse possunt vel illa, quae in recuperanda rapturandaq; Roma, & reliqua Italia ab hostibus vindicanda pergit: quas res, si quis singillatim scire desiderat, praeter ceteris Procopium legere poterit. Hic enim natione Caesariensis est Palaestina Iudaea, Bellisarij medicus fuit in hac Italia, ca expeditione, scripsitq; historiam de rebus tempore Iudaei stiniant in quacunq; utendi parte gestis. Et ut rem summatim comprehendamus, nihil praetermittens eorum, quae in bono imperatore requiruntur, Vitigem, superatis Gothis, coepit, & Constantinopolim abduxit. Postea in Italia deinde missus, vbi multa praecclare aduersus Totilam Vitigis successoris pro imperio Romano gessisset, Constantinopolim, virgine Antonina coniuge, reuocatus est. Neque vero deinceps ociosa illius virtus esse potuit: nam cum Africa iterum ab imperio defecisset, aucta Vandalorum potentia sub Guntharige, qui regis nomen sibi usurpabat, tertio in Africam missus est, interemptoq; in praelio Guntharige, Vandalorum nomen plane extinxit. Qua victoria magna cum laude acquisita, ex Africa, gratias Deo pro tantis successibus acturus, Romam venit: vbi Vigilij pontificis opera, altari S. Petri obtulit crucem auream, quae centum libras ponderabat, adornata gemmis preciosissimis, & sculpturis, quibus mirabili quodam artificio, praemia ab sese foeliciter commissa atq; victoriae exprimebantur. Extruxit praeterea Romae bina xenodochia, vnum in Lata, alterum in via Flaminia, & Ortae in Hetruria monasterium Sancto Iuuenali dicatum, atq; omnibus hisce amplissimos fundos atq; possessiones reliquit, quibus pauperes atq; monachi alerentur. Tandem vero magna gloria multisq; triumphis decoratus, & Constantinopolim reuersus, ex hac terrena vita migravit: vir sane qui virtute sua M. Marcello, C. Mario, Cn. Pompeio, & alijs eiusmodi magnis Romanorum imperatoribus facile conferri posset, quiq; Alexandrum Spartanum

ranum, Themistoclem, Agesilaum & alios eius generis celebres apud Græcos viros longè superârît.

Narfes autem genere Persa, fortuna eunuchus, profes- *Vite Narfis de*
sione autè primùm quidem librarius fuit, siue amanuen *scriptio.*
sis, postea verò Iustiniano primò à cubiculis, & ab eodè
patricia dignitate exornatus. Hic quamuis Bellisarij glo-
riam æquare non posset, tamen fuit & ipse vir, pace atq;
bello singulari virtute, maxima apud principem autori-
tate atq; potentia: quippe solus propè res aulicas admini-
strabat: solus reditus atque pecuniam imperij conserva-
bat, & distribuebat: nouerat omnia Iustiniani secretiora
cõsilia, multarumq; rerum ab eo gestarũ, non modò cõ-
siliarius, verùm etiam autor extitit. Atque hanc impera-
toris gratiam potentiamq; absq; vlla inuidia posside-
bat, quod cum omnes virum esse censerent, natura prò-
ptum ad omnes virtutis actiones obeundas, itemq; sum-
ma integritate atq; fide. Ostrogothos enim in Italia de-
bellauit, victis in prælio atque interemptis duobus eorũ
regibus potentissimis, Totila atque Theia vnà cum Buc-
cellino, qui sub illis, Theoberti Francorum regis nomi-
ne militabat: sicq; Romam vniuersamq; Italiam impe-
rio restituit. Et quamuis insignis militiæ dux, rebus mili-
taribus planè traditus esse videretur, tamen Christianã *Religio.*
religionem interea minimè neglexit: fuit enim singulari
pietate, liberalis erga pauperes & miseros, in templis re-
parandis admodum studiosus: orationi atque sacrificijs
vsque ad eò deditus, vt maiorem suarum victoriarũ par-
tem precibus à Deo, quàm armorum vi obtinuisse puta-
retur: liberalitate, clementia, humanitate, & conciliandi
sibi milites atque subditos gratia, tantopere excelluit, vt
putetur omnes superasse, quicunque aut ad bella geren-
da, aut imperij administrationem delecti fuerint. Quo fa-
ctum est, vt plurimi exterarum barbararumq; gentium
principes atque barones cum eò amicitiam contrahere

*Aedificia Nar-
sis.*

cupiuerint: & vbi opus fuit, ei omnibus modis gratifica-
ti fuerint. Venetijs, quæ tunc noua ciuitas erat, condidit
templum S. Theodori, quod nunc Diuo Marco dicatum
est: & aliud item Geminiano & Mennæ Diuis nuncupa-
tum. Rauennæ extruxit templum S. Apollinaris, opus quod
adhuc hodie magnificentissimum apparet: & Romæ præ-
ter cætera magnifica ædificia, pontem supra fluum An-
niensem in Via Salaria construxit, veluti testatur epigrā-
ma vetustum in eo ponte insculptum. Vbi obseruandum
est, nos id ipsum epigramma sequentes, non Narsētem, vt
quidam noui scriptores faciunt, sed Narsen cum appel-
lasse. Et vt rem paucis comprehendam, summam laudē
certē hisce suis virtutibus meruisset: nisi ira quadam at-

*Narsis indigna
tio in impera-
torem.*

que indignatione demū victus, Italiam, quam à Gotho-
rum tyrannide liberauerat, in seruitutis periculum, voca-
tis Longobardis iterum adduxisset. Etenim cum pacatis
iam rebus, ipse Neapoli præesset: defuncto Iustiniano suc-

*Sophia impera-
toris immode-
sta vxor.*

cessit Iustinus II. cuius vxor Sophia mulier petulans at-
que superba, ab ijs qui in aula Narsis inuidebant stimula-
ta, effecit vt is ab Italiæ gubernatione reuocaretur, ad-
iectis hisce verbis contumeliosis, velle se ei munus attri-
buere in aula, quod ei melius conueniat, & ad lanas car-
pendas cum mulieribus atque texendas collocare. Nar-
ses magni animi vir, hisce verbis vehemēter indignatus,
respondit: rectē, talem igitur telam ego contextam, quam
nec ipsa, nec vilis illius maritus, qui à foemina guberna-

*Alboinus in I-
taliā vocatus*

tur, retexere possint: & subito Alboinum Longobardorū
regem amicū suū, ad Italiā occupandā occultē
vocauit. Et quamuis postea ratione ipsa dictante atque
Ioannis III. Pontificis, qui ipsemet Neapolin ad hoc insti-
tutum Narsis dissuadendum profectus erat, precibus sen-
tentiam mutasset, strenuamq; operam dedisset, vt hanc
Alboini expeditionem impediret, tamen fatali quodam
Italiæ infortunio, id efficere non potuit: quod Alboinus
magnos

magnos apparatus ad hoc bellum sumptusque fecisset, & iam iam cum maximo exercitu huic itineri esset accinctus. Quamobrem cum Ioanne Pontifice Romam profectus, ut de aliquo remedio huic morbo adhibendo prospiceret, Vitam, antequam quicquam efficere posset, cum morte commutauit: eiusque corpus Constantinopolin delatum fuit, & honestis exequijs pompaque decoratum. Hic Narsis vitæ finis fuit, post quem ex Græcis nulli sequuti sunt, qui ei aut Bellisario conferri possent: vsque adeo enim à prisca solitaque virtute, ea natio deinde coepit declinare, ut nostra ætate videamus Græcorum imperium planè esse extinctum: eamque gentem Vniuersam ad miseram seruitutem redactam.

Narses moritur.

Græci à prisca virtute declinantes.

Confecto Gothorum bello, eorumque nomine in Italia extincto, Longobardi Alboino rege à Narse, ut prius diximus, inuitati, relicta Pannonia, in qua annos propè quadraginta degerant, in Italiam cum totis familijs, incredibili hominum numero, anno Christi quingentesimo sexagesimo octauo peruenerunt: defunctoque postea Alboino atque eo etiam qui illi successerat Calepho, ab isto regali imperio, triginta viros sibi delegerunt, quos duces vocarunt, & totius Longobardicæ gentis gubernationi præferunt: sed non amplius tamen hæc reipublicæ forma, quam XII. annis durauit. Hi duces mirabili successu vno anno, per Ariminum atque Vrbinum in Vmbriam ingressi, eam primùm occuparunt, vna cum parte illa Piceni, quæ sita est ad radices Apennini, eique vnum ducem præferunt, qui Spoleti sedem habebat. Deinde Marfos, Pelignos, Samnites, vniuersamque Campaniam, Neapoli & Puteolis exceptis, totumque eum tractum maritimum, qui hinc Tybur vsque atque Romam porrigitur, in suam potestatem redegerunt: ipsique regionibus gubernandis alterum ducem Beneuenti constituerunt, cui parebant Campania vetus, Neapoli & Puteolis (vti diximus) exceptis, ea

Longobardorum in Italiam aduentus.

Calephus.

Nouus Longobardorum magistratus.

Spoleti dux.

Ducatus Beneuenti.

ad historia
neapolitanam
a. 7. d. 1.

Samnitum pars quæ à Beneuento, Aesernia & Gualfo vsque ad Aternum fluuiũ porrigitur: itemq; Peligni, Marucini, Marfi: quod verò reliquum erat regni Neapolitani, id sub Græcorum imperio adhuc erat. Atque hæc quidem regni Neapolitani prouincias, tenere deinde Longobardorum duces sine molestia: nam subito illis occupatis, inducias cum Romanis pacemq; fecerunt. Et

Zothon & Arriges.

quamuis eorum vnus Zothon nomine, diruto Montis Cassini monasterio, pacem violasset, tamen id ab Arrige successore, intercedente Gregorij pontificis admonitione, restauratum fuit. Duodecimo autem anno post, mutata hac reipublicæ forma, creatus est primus Longobar

Lögobard. magistratus mutatus. Autharis.

dorum rex Autharis: qui, occupato vniuerso regno Neapolitano vsque ad fretum Messinæ in extremo littore, illic columnam erexit, eamque hasta contingens, hunc, inquit, volo terminum esse regni Longobardorũ, nec quisquam eum absque pœna grauissima loco mouebit: sed mox tamen postquam vita defunctus fuisset, imperio restituta fuit sua huius regni pars, & deinde pacificè gubernata.

Principes Neapolitani.

Cæterum qui imperatoris nomine Neapoli præerant, ñ Neapolitani principes vocabantur. Quamobrem

DCXII. Ioan. Campsinus regnum occupat.

accidit anno seruatoris DCXII, vt Ioannes Campsinus Constantinopolitanus è nobili genere natus, eodem honoris titulo Neapolim imperij nomine gubernarit. Is cũ Focam imperatorem Constantinopoli obiisset, & Ioannem Lemigiũ Exharcum, qui Raennæ imperij nomine itidem præerat, interemptum esse intelligeret, simul que videret Romam Pontifice destitutã, (nam mortuo Bonifacio III; vrbs ea tunc octo mensibus propter populi controuersias caruit Pontifice) existimauit hæc mutationes, maiores turbas motusque parituras, & proinde regnum Neapolitanũ occupare decreuit. Quamobrem tyrannico quodam furore Apuliam, Calabriam, Aprutios, Lucaniam atque eam Campania partem, quæ

Longo-

Longobardis non pareret, subito in suam redegit potestatem. Verum non multo post, Heraclius electus imperator, misit in Italiam Nersarchum Eleutherium, qui compositis rebus Rauennae atque Romae, Neapolim cum exercitu contendit: itaque obuiam profectus Campsinus, praellium cum eo ante portas commisit, in quo profligatus interemptusque fuit, & regnum Neapolitanum deinde vniuersum imperio restitutum.

Nersarchus res regni Neapolitanum componit.

Nec multo post, Grimoaldus Longobardus dux Beneuenti, cum Papiam defunctum esse intelligeret Aripericum regem suum, & binos illius filios Bartheritum atque Cumperthum de regno inter sese contendere: filio suo Remoaldo Beneuenti ducatum tradidit, & ipse cum potenti manu in Longobardiam profectus, Papiamque Bartherito, & Mediolano Compertho pulsus, regnum Longobardorum occupauit. Qua de causa Constantius imperator, qui Heraclio & Constantino eius filio successerat, magno cum exercitu in Italiam contendit, ut pulsus Longobardis Beneuentum occuparet. iamque Tarentum appulerat, cum Remoaldus eius rei certior factus, Luceriam, Matheriam, quae olim Acheruntia dicebatur, atque Beneuentum munire curauit, & Gensualdum clientem, quem a teneris educauerat, Papiam ad patrem implorandi auxilij causa ablegauit. Constantius vero positus ad Luceriam castris, cum ciues parum solliciti segnius sese defenderent, nec Longobardi soli hostibus resistere possent, eam paucis diebus expugnauit, atque, non ut Italiam, sed ut barbaram urbem, tanta scilicet eius erat auaritia, diripuit, ferroque & flamma solo aequauit. Acheruntia tanta Luceriae desolatione conspecta, sese aduersus Constantij crudelitatem fortiter defendit: quamobrem illinc discedens, totis viribus Beneuentum obsedit atque afflixit: nec minori virtute ei Remoaldus iuuenis dux generosus, Longobardorum opera resistebat, & saepe cum suis erumpens,

Grimoaldus occupat regnum Longobardorum.

Bartheritus & Compertho.

Remoaldus dux beneuenti.

Constantius imperator in Italia proficiscitur.

Luceria capitur & desolatur.

Beneuentum obsessum sub Remoaldo.

hostiumq; castra atq; munitiones inuadens, multū eis detrimenti vicissim afferebat. Interea dum hæc ita gerūtur, Grimoaldus cum omnibus Longobardici regni viribus, filio suppetias laturus veniebat, Papiāq; soluens per Aemiliam, Flaminiam, Picenum, Aprutiosq; iter tenebat: atq; ut filium de suo aduentu redderet certio rem, eundem Gensualdum, à quo fuerat de auxilijs sollicitatus, præmittit, qui id ei denunciaret. Gensualdus autem à Constantio interceptus, examinatusq;, Grimoaldi aduentum cōfitemur. Qua re perterritus imperator, statim discedere illinc constituit: quod ut maiori securitate facere posset, cum Remoaldo primū id agebat ut tutum iter sibi Neapolim vsq; concederet, & propterea Gistam eius sororem obsidem petebat: deinde Gensualdo imperarat, ut contrā quā verum esse sciret, in mœnibus collocatus, diceret Grimoaldum multis rebus impeditum, nunc filio suppetias ferre non posse: sed Gensualdus cōdelatus, petijt sibi cum Remoaldo principe suo loquendi potestas fieret, quo conspecto, bono animo sis Remoalde, inquit, pater tuus propediem, cum potentissimo exercitu aderit tibi auxilio: eum enim ad Sarum fluviū reliqui: sed interim vxorem atque liberos meos tibi commendo: nam scio me à crudeli hac Græcorū gente morte esse mulctandum. Quibus verbis, & generosi animi indicio indignatus imperator, caput ei amputari, & in vrbem conijci funda curauit, quod Remoaldus accipiens deosculatus est, nec sine lacrymis clientis sui fidē recordatus, honestē sepeliuit. Deinde illinc Soluens Constantius, versus Neapolim rectā contendit: quem Vittola Capuanus, qui sub Remoaldo stipendia merebat, insequutus, ad Calorem fluuium adortus est, postquam scilicet altera exercitus pars eum traieccisset: cumq; ijs quos erat aggressus quique nondum superassent flumen, ab alijs nullæ suppetiæ ferrent, omnes propè interfecit. Quo factō

Grimoaldus filio fert suppetias.

Specimen fidei in seruo Gensualdo.

Gistia.

Constantius re infecta Beneuento discedit. Vittola.

facto tantā gratiam apud Grimoaldum obtinuit, vt cum bello confecto, in Longobardiā reuerti vellet, illum Spoleti ducem creārit. Constantius autē vbi Neapolim peruenisset, & illinc Romam proficisci decreuisset, Sabarrū Neapolitanum virum nobilem in militia ducem elegit, eiq; exercitum viginti millium hominum commisit, ob duas scilicet causas: primū vt quæ oppida in Campania adhuc imperio parerent, defenderet: deinde, vt iter suum Romam vsque, à Longobardis tutum præstaret. Quod vt cōmodè præstare posset Sabarrus, ad Formas cum exercitu substitit: is enim locus ad vtrumq; institutum aptus esse videbatur, quod illinc Appiam Latinam que viam facile tueri, & loca que à tergo relinquebat, ob vicinitatem defendere posset. Atque ita Romam Constantius tutò peruenit, & à Vitelliano Pontifice, qui ei sex miliaribus cum vniverso clero & populo Rom. obuiam processit, honorificè exceptus est. Sed Remoaldus interim parte copiarum parentis sui auctus, Sabarrū sequutus, cum eo prælium cōmisit: cumq; Longobardus quidam Amangus nomine, Grimoaldi regis armiger, hausta ambabus manibus magnoq; impetu vibrata, veteranum equitem Græcum petiisset, eumq; transfixum ex E- phippio in altum sustulisset, retrorsumq; in terram proiecisset, Græci omnes fugere cœperūt, sicq; à Longobardis vnà cum Sabarro maiori ex parte profligati atq; occisi. Cumq; ex ijs tam subitè fugæ causā quaereretur, id se fecisse asserabant, quod Græci cū essent, Latino duci parere non fuissent dignati. Interea Constantius Romæ septem dies commoratur, nec quicquam aliud agit, quàm ea quæ aut opere marmoreo, aut ex ære Cyprio fabrefacta essent, aut tabulas pictas aut alia eius generis ornamenta, quæ illi placerent, diripere, nauibusq; imponere, vt nec tegulis quidem æreis pepercerit, quibus templū Pantheon, quod hodie S. Maria rotuda nominatur, rege-

Sabarrus magnam potestatem mox amittit.

Amangi armigeri virtus.

Constantius Romam diripit.

*Constantius mo-
ritur.*

*Grimoaldus
moritur.*

*Aprutij miseri
& Lucani.*

*Gisulfus.
DCC.*

DCCVL.

batur: sicq; Romam spolians, plus huiusmodi ornamen-
torum septem diebus abstulit, quam barbari à tempore
Alarici vsque ad illam diem, annis propè CCLVIII. ab-
stulissent: qua proinde in re, omnes historici, qui de hac
Græca perfidia scripsere, consentiunt. Roma verò disce-
dens, Neapolim duodecim diebus iterū peruenit, & pa-
rum illic commoratus, quod iam Italicæ aut Longobar-
dicæ res non amplius ei curæ essent, in Siciliam transijt:
quam dum pro insita cōsuetaq; avaritia spoliat, essetq;
Syraculis in balneis, à suis met militibus interfectus est.
Spolia verò & ornamenta quæ secum Roma abstulerat,
nō longo post tempore à Sarracenicā classe, quæ ob eam
causam in Siciliam peruenerat, vnà cum alijs præciosis
rebus occupata, & Alexandriam in Aegyptū delata fuit.
Grimoaldus interim recuperatis ijs omnibus, quæ à Græ-
cis ei fuerant ablata, Papiam reuersus est: cumq; sangui-
nis fluxum è vena brachij sistere vellet, à medicis vene-
natis vnguentis infectus atque occisus fuit. Eodem tem-
pore Aprutij atque Lucani à Græcis spoliati, tam miseri
erant, vt necessum fuerit Iustinianū II. intercedente Co-
none Pontifice, eis magnam consuetorum tributorum
partem remittere.

Postea sequutus est Gisulfus Longobardus dux Bene-
uenti, qui anno seruatoris septingentesimo, fracto fœ-
dere, quod cum Romanis Longobardi habuerant, Cam-
paniam, quæ ijs parebat, ingressus est, eiusque vrbes diri-
pere, ferro flammaq; vastare cœpit, & Soram, Arpinum,
Arcemq; occupauit. Verùm Ioannes VI. qui tunc ponti-
fex erat, missis ad eum aliquot sacerdotibus, precib. atq;
pecunia tantum impetrauit, vt singulis oppidis suos ca-
ptiuos prædamq; restitueret, nec deinceps unquam res
Romanas attentarit. Tantum hoc accidit anno Domini
septingentesimo quadagesimo quinto, vt Longobardi
Beneuenti degētes, Cumas proditione occuparint: cum
que

que eam restituere nollent, eadem arte furtoq; illam recuperavit Stephanus II. Pontifex, adiutus opera Principis qui imperij nomine Neapolim gubernabat: qua prodicione interempti fuerunt trecenti Longobardi: sed deinceps nihil est amplius inter eos memorabile gestum.

Luithprandus enim XVI Longobardorum rex, pacem cum Romanis confirmavit. Hic rex etiam cum Remoaldum Beneventi ducem obisse, & Gisulfum filium, qui ei successerat, puerum adhuc esse sciret: profectus eò, illum deposuit & Gregorium nepotem suum substituit. Verùm & is quoque post Luithprandi discessum mox occubuit, Godescalo ducatum occupante. Sed neque is diu rerum potitus est, cum enim audisset Trefemundum, qui Spoleti ducatum & ipse vi occupauerat, à Luithprando victore tonsam rasumq; & in clericum transformatum esse, metuens ne idem sibi accideret, decreuit cum vxore & liberis in Græciam fugere: verùm à Beneventanis insequentibus in itinere interemptus est: vxor verò & liberi audita tumultu naues subito conscenderunt, & velis ad ventos explicatis, euaserunt.

Anno autem à partu Virginis DCCLXXVI venit in Italiam Carolus Magnus Gallia rex, ab Adriano primo Pontifice euocatus in auxilium, aduersus Longobardorum insolentiam: quam obrem obsessum ad Papiam Desiderium eorum regem, coepit, & Captiuum in Galliam abduxit: fuitq; is vltimus Longobardorum rex, qui annis propè CCXXII. maiorem Italiae partem possederant. Deinde confirmatis ducibus qui Beneuentum tenebant, multas Italiae prouincias atque ciuitates Ecclesiae Romanae donauit, eoq; donationis diplomate, etiã Beneuenti Spoletiq; ducatus nominauit. Itaque cum Aregisus dux Beneuenti, tunc saepius Pontificias ciuitates in Campana infestaret: admonitus fuit à Carolo, ne deinceps quicquam contra Ecclesiam Romanam tentaret,

Luithprandus
rex Longobar-
dus pacem
cum Rom. init.

Gregorius Be-
neuenti dux.

Godescalus
dux Beneuenti.

DCCLXXVI.
Carolus Ma-
gnus.

Duratio regni
Longobardici.

Aregisus mo-
nctur à Carolo

iussusq; vt Childebrandum atq; Grimoaldum filios, Romanam ad pacem cum Pontifice confirmandam mitteret: Quo facto obiit deinde Aregisus Salerni, biniq; filij summa concordia ducatum possederunt, & cum vicinis Græcis semper quasi bella habuerunt. Nec multò post Carolo Magno in Germania cum Bauariæ rege bellum gerente, Constantinus VI imperator mandauit Græcis, qui ei in Italia parebant, vt cæteris Italis bellum inferrēt. Quam occasione n̄ libenti animo arrepta, Bencuēti Spoleti q; ducatus fines ingressi sunt, totamq; illam regionem occuparunt, quæ Beneuentum inter & Aternū Aprutiorum fluuium interiaceret. Sed Ildebrandus Spoleti, & Grimoaldus Beneuenti dux coniūctis viribus eos adorti sunt: & acri prælio commissio, vsque ad eò prostrigarunt, vt tota illa Græca natio deinceps longo tempore quietissimè vixerit. Hirena quoque imperatrix, quæ effosis Constantino VI filio suo oculis, eodemque vti merebatur in vinculis detento, imperium administrabat, pacem, vt Carolo Magno gratificaretur, cum Beneuentanis atque Romanis confirmauit. Postea autem cum Leo III. ad pontificatum eiectus, non admodum gratus Romanis esset, Græci cum Longobardis inuito fœdere, eis persuaserunt, vt secum Romanis bellum facerent: qua re cognita Carolus, qui iam denuò in Italiam pontifici auxilium laturus veniebat, Pipino filio id dedit negocij, vt cū exercitu rectà Beneuentum contenderet, eiq; quantum posset noceret. Pipinus mandatum patris exequitur: cūque Romam reuerti cuperet, vt parētis in urbem ingressi adesset, Vinigisium Spoleti ducem, quē cum suis militibus secum habuerat, Luceriæ reliquit, vt illinc summo studio obstaret, quo minus Beneuentani Romanorum prouincias excursionibus vllis vexarent. Iam Pipino Romam reuerso, peruenit quoque eò Carolus Magnus pater, & anno seruatoris DCCCL. peractis sacris eo loco,

vbi

Constantinus
VI. bellum Ro
manis facit.

Græci cædu
tur.

Hirena Impe
ratrix Constā
tino VI. ocu
los effodit.

Leo III. pontif.

Pipinus, Vini
gisiusq; Bene
uentanis bellū
faciunt.
Carolus Ma
gnus creatur
Imperator.
DCCCL.

vbi D Petri Apostoli reliquiae seruatur, à Leonè III. Pon-
 tifice Imperator Romanorum pronunciatuſ, & imperia-
 li corona exornatus eſt. Quae dum agebantur, vniuerſus
 populus communi applauſu gratulatuſ eſt, terq; in hūc
 modum acclamauit: Carolo imperatori Auguſto atque
 pacifico. diuinituſ coronato vitam Longauiam & felici-
 tatem in rebus gerendis precamur. Sed impetrato ſilen-
 tio pontifex, eum etiam baſamo atq; oleo hiſce uſibus
 conſecrato inunxit: deinde ad Pipinum conuerſuſ, illum
 quoque Italia regem pronunciauit, eodem ſacro vngue-
 to vnxit: quibus rebus, aeternam inter Galloſ atque Ro-
 manoſ pacem ſancinerunt. Hiſ peractiſ dabat operā Ca-
 roluſ, vt Italiae reſ componeret, quod magnam eiſ par-
 tem à Graecis & Longobardiſ adhuc teneri cerneret. Ac
 Longobardoſ quidem planè extirpare, difficile eſſe de-
 prehendebat, quòd ducentiſ propè atque triginta duo-
 buſ anniſ, quibuſ ibi regnauerant, variſ modis cum Ita-
 liſ commixti conuſiſ que eſſent: multiſ que iam planè Ita-
 li facti eſſe videbant, vt i cernere erat, quatuor illiſ prima-
 riſ ducatuſ Beneuentano, Spoletano, Iureano in
 Tauriniſ, & Foroiuliano: hi namque à caeteriſ planè e-
 rant diſtincti: ſoliſ que iſ, qui eam Gallie ciſalpinae partem,
 in qua Mediolanum & Papiam ſunt, incolebant, antiquam
 originem ſuam, ab Italoꝝ diuerſam agnoſcebāt. Quā-
 obrem paſſuſ eſt, vt ea deincepſ Longobardia vocaretur,
 quod nomen Gallia ciſalpina uſque ad hunc diem reti-
 net. Graecoſ verò ex Italia omneſ pellere decreuit. Cum
 que dux Beneuentanuſ cum iſ foedere iunctuſ eſſet: mi-
 ſit aduerſuſ eum Pipinum nouum Italiae regem, cum tan-
 tiſ copiſ, quantuſ tunc in Italia colligere potuit: ipſe ve-
 rò itinere per Rauennam, Papiam Iuream que factuſ, in
 Galliam redijt. Pipinuſ autem poſitiſ ad Beneuentum ca-
 ſtriſ, eiſq; ex pugnatione omnibuſ viribuſ tentata de-
 prehendiſ meliſ eſſe munitā, quā vt poſſet expugna-
 re.

Pipinuſ Italiae rex.

Caroluſ componit reſ Italiae

Ducatuſ Longobardoruſ.

Longobardia.

Pipinuſ Beneuentaniſ bellū facit.

70
 ri:quamobrem illinc soluens Theate obsedit, cui tūc Rō
 selmus Longobardus præerat, eamque expugnatam di-
 ripuit flammisq; consumpsit:quo factū est,vt deinde Or-
 toham atq; Luceriā deditioe obtinuerit, atq; ibi relicto
 Vinigisio, ipse Romā redijt. Verūm cū interim Vinigisius
 in aduersam valetudinē incidisset: Grimoaldus eam oc-
 casionem recuperandi sui imperij aduersus Gallos arri-
 puit: iamq; inter cætera Luceriā quoque occupauerat:
 qua re cognita Pipinus, Roma discedens magna celerita-
 te Luceriam peruenit, positisque ad urbem castris illam
 expugnauit, Grimoaldum cepit, & ab eo vnicā hanc pa-
 cis conditionem suscepit, vt traditis ei omnibus quæ in
 regno Neapolitano tenebat, Papiam in exilium profici-
 sceretur. Dum hæc ita geruntur, Hirene imperatrix co-
 gnito quod Carolus Romanorum imperator esset ele-
 ctus atque coronatus, simulque decreuisset Græcos om-
 nes ex Italia pellere: existimabat hac ratione, malum ali-
 quod omen atque præiudicium imperio Constantino-
 politano fieri. Quamobrem misit ad eum Leonem Spa-
 tarium oratorem pacis faciendæ causa, iamq; Carolus
 etiam ad ipsam suos oratores miserat, qui inuitarent
 eam ad matrimoniū secum contrahendum, quòd existi-
 maret hac ratione vtrumque imperium coniungi faci-
 lè posse, seq; huius Græcæ mulieris matrimonio genera-
 lem vtriusque imperatorem futurum. Quæ res cum Hi-
 renæ quoq; perplaceret, magno studio tractabat: sed nō
 tam secretè tamē peragi potuit, quin Entienus quidam
 patritius, rerum Hirenæ cōscijs, eas Nicephoro eius fra-
 tri reuelarit. Is autem re cognita, cum multa apud mili-
 tiæ duces autoritate atque gratia polleret, ita rem egit,
 vt Hirenam cœperit, eaque in Lesbum insulam, vt ibi e-
 xularet, relegata, imperium occuparit. Quo facto ita se
 etiam Comiti Eligādo & episcopo Ambransino, Caroli
 Magni legatis insinuauit, vt per illos pacem cum eo fir-
 mam

*Grimoaldus su-
 peratur.*

Hirene.

*Entienus in Hi-
 renā perfidus,
 itemq; Nice-
 phorus.*

nam fecerit: eaq; re factum est, vt tunc imperium diu-
 sum sit in Orientale Græcorū, & Occidentale, quod Frā-
 ci possidebant. Italia autem & ipsa ex hac imperij diuisio-
 ne ita erat distributa, vt quæ illius pars à Siponto atque
 Neapoli versus mare Siculum porrigitur, vnà cum insu-
 la Sicilia, Græcorū imperio pareret, & Occidentali Fran-
 corum illa, quæ ab h̄isdem locis vsq; ad alpes sese exten-
 dit: inter quas ceu terminus quidam Beneuēti ducatus
 interiacebat, quem Carolus, firmioris pacis in Italia con-
 stituendæ causa, restituto in integrum Grimoaldo duce,
 confirmauerat. solus enim ille adhuc è Longobardorū
 reliquijs supererat. Hoc ipso autē fiebat, vt & Neapolita-
 ni regni, de quo nobis est instituta oratio, pars maxima
 Græcis, magna Beneuentano ducatu, & exigua quedam
 Caroli imperio pertineret. quod proinde cœpit anno à
 nato seruatore pp̄e DCCCII. Et vbi decimo quarto im-
 perij sui anno, Carolus fatalē diem ob̄isset, successit Lu-
 douicus Pius filius, qui conseruandæ in Italia tranquilli-
 tatis causa, pacem cum Grimoaldo confirmauit. Atque
 hac quidem pace dum gubernatur regnū Neapolitanū,
 Sarraceni ex Africa in Italiā anno salutis DCCCXXIX.
 proficiscūtur, deletisq; funditus Centūcellis, quæ nunc
 ciuitas vetus appellatur. Romam quoq; ingressi sunt, v-
 bi diripuēre atq; combussere templa Sancti Petri atque
 Pauli: hincq; discedentes peruenerunt ad Montem
 Cassinum, ibiq; urbem, eo loco sitam vbi nunc Sanger-
 manum est, destruxerunt, Sanctiq; Benedicti mona-
 sterium deinde inuaserunt, quo direpto flammisq; con-
 sumpto, iterum conscensis ad Gariliani fluminis exi-
 tum nauibus, in Africam redierunt. Nec longo tempo-
 re post, in regnum Neapolitanū denuò Sabba duce re-
 uersi sunt, anno seruatoris DCCCXXXV. Tarentumq; DCCCXL.
 obsedēre. Cumq; ijs imperator Græcus maximā clas-
 sem Theodosio duce opposuisset, & Veneti simul etiā

*Diuisio impe-
rij Rom.*

*Italia diuersis
imperijs parēs*

*Regni Neapo-
litani diuisio.*

DCCCII.

*Caroli Magni
obitus: Ludou-
cus Pius filius
succedit.*

*Sarraceni in I-
taliā veniūt.*

DCCCXXIX.

Veneti et Græci profligati à Sarracenis. sexaginta naues auxilio Græcis misissent: Sabba, vbi illi se in Tarentino ostendissent sinu, metum simulauit, atque illinc discedēs, castra ad Crotonis aquas posuit: sicq; prouocatis ad se hostibus, paucos post dies cum ijs manus conseruit: maiorem Venetarum nauium partem cepit & submersit: reliquum verò Græcorum exercitum profligauit, occisis ferè omnibus, paucis quibusdam captiuis, Theodosio salutis suæ fuga versus Græciam consulente.

Sarraceni à Romanis victi. DCCCLXIII. Postea verò, anno salutis DCCCLXIII. Cretam iterū occuparunt Sarraceni, & illinc in Italiam profecti, maritimas vrbes Piceni omnes Hydruntū vsq; occuparunt, & incolis adfugientibus incenderunt. Cumq; eadem in Tarentino sinu agerent, à Venetis, Vrso Pertiaco duce, victi, & in fugam coniecti sunt.

Romanus imperium occupat. Interea verò accidit, vt Constantino adhuc puero Byzantijs imperante, quidam nomine & patria Romanus, tenuissimæ cōditionis homo, quiq; sub Leoni Constantini patre copias militares duxerat, vi sibi imperium occuparit: quo factum est in ijs tumultibus, vt Calabri & Apuli ab illo defecerint. Itaque Romanus, homo natura pessimus, vlciscendæ huius rebellionis causa, Sarracenum regem ex Africa in Italiam euocauit: qui, vt sunt ij Christiani nominis hostes acerrimi, Italiam magna hominum multitudine ingressus, non solùm Apulos & Calabros, sed totam illam Italiæ partem, quæ ab extremo Iapygiæ littore, inter bina maria Adriaticum atq; Tyrhenum Romam vsque porrigitur, diripuit, nullo imperatoris respectu habito. Iamq; Romam etiam expugnare atque diripere cōstituerat: sed Ioannes X. Pontifex, Albertici Tusciæ marchionis opera adiutus, collectoq; è Romanis maximo exercitu, illum ex suis finibus expulit, & insequutus vsque ad fluum Lirin, acre prælium cum eo commisit, & ita profligauit, vt qui ex eo euaserāt Sarraceni,

Sarraceni prælio victi.

raceni, relictis cæteris quæ tenebant, sese in Garganum
 montem, qui hodie à S. Angelo nomē habet, receperint.
 Atque eum quidem montem deinceps, cōstructis ad ra- *Garganus mōs*
 dicē munitioibus, multos annos tenuerunt, ex eoq; sæ- *à Saracenis*
 pe totam illam Italiæ partem excursionibus rapinisque *munitus.*
 vastarunt, quæ à Tyberi atque Aterno oppositis ferè flu-
 uijs, vsque ad extremas Iapygiæ, atq; Calabriae oras por-
 rigitur. Beneuentum quoq; altiori loco positum semel *Beneuentū e-*
 expugnarunt, direptumq; flammis consumpserunt: quo *xustum.*
 tempore iterum Romam occupare constituerant, sed i-
 dem Pontifex Ioannes X. collectis quantas ex ijs tumul-
 tibus poterat, copijs, & Guidonis cuiusdam comitis ope
 ra vsus, ijs fortiter restitit. Illud verò memorabile est, tam
 timidos abiectosq; tunc fuisse hominum animos in re- *Timiditis in*
 gno Neapolitano, vt si Sarraceni ijs salutem & conserva- *Neapolitanis.*
 tionem ædificiorum promississent, statim eis vrbes trade-
 rent. Sed neque hoc fuerit omittendum, cuius in alijs
 quoque huius nostri operis locis admoneri possumus. *Exteræ gentes*
 taliam, si quis historias benè obseruet, nunquam ad tan- *Italiæ pericu-*
 tas miseras fuisse redactā, nisi cum in eam barbaræ gen- *lose.*
 tes vocatæ introductæque fuerunt: quod meritò debuit
 nostro seculo ab instituto deterrere illos, qui idem fe-
 cerunt. Nam eodem tempore, cum Albericus marchio, *Albericus vo-*
 de quo iam ante facta mentio est, propter inuidiā quo- *cat Hungaros.*
 rundam & populi ingratitude Romæ pulsus esset,
 Ortam urbem, in quam se receperat, munivit: deinde vin-
 dicandæ iniuriæ causa, Hungaros in Italiam aduersus Ro-
 manos euocauit, ea conditione, ne Tusciæ quicquam de-
 trimenti afferrent. Verùm Hungari vbi eò peruenissent,
 nulla pactorū ratione habita, totam superiorē Italiam,
 excepta Longobardia, cui tunc Berengarius primus im- *Berengarius I.*
 perabat, Romam vsque diripuerunt, plurimosq; vtriusq;
 sexus homines, desertis ciuitatibus in Vngariam capti-
 uos abduxerunt. Atque hoc deinceps sapius dulcedine

prædæ allecti, fecerunt: præsertim si occasionē haberēt ob Sarracenos in alteram Italiae partem à Romano introductos.

DCCCCLXIII Anno autem à partu salutifero **DCCCCLXIII** cum Pontificatum Leo VIII, & imperium Otho I administraret, Schlaui Dalmatiam incolentes, qui tempore Hadriani II Pont. Christianam religionem receperant, rege Suropilo in regnum Neapolitanum peruenerunt, & Sarracenos ad Garganum montem & Sipontinū sinum adorti, magna edita strage, profligarunt, & ex ijs locis expulerunt. Atque hoc Schlauorum factum, ybi in patriam reuersi fuissent, Hungari quoq; imitati sunt: nam reliquias eius gentis, quæ iterum ijs locis congregatæ erant, expulerunt, occupatis quas prius tenuerāt urbibus. Græci uerò ab vngaris deinde has vrbes, certa pecuniæ summâ, recuperarunt, effeceruntque vt in patriam reuenterentur: cum alijs autem Sarracenis, qui adhuc in Iapygia, Apulia atque Calabria habitabant, inducias fecere: quod etsi ita foret, tamen non multò post, cum Otho in Germania, & Ioannes XIII. Pontifex Capuam relegatus esset, nouæ Sarracenorum copiæ ex Africa uenêre in Calabriam, & Cosentiam occuparunt, diripuerūt & incenderūt. Sed cum non longo tempore postea, Otho Romam peruenisset, adducto que secum Othone filio, qui deinde Otho II fuit, Ioannem XIII. restituisse: erat quidam Pandulfus Capoferreus Capuæ princeps, qui imperatori assererat, nō difficile ei fore cum exercitu Germanorū, quem secum duxisset, Sarracenos ex Italia extirpare. Cæterum imperator tunc Othoni II filio Theophaniam Nicephori Græci imperatoris filiam desponsauerat, isque illam tradere iam recusabat: quamobrem indignatus Otho, non minori cupiditate tenebatur Græcos quàm Sarracenos ex Italia pellendi, susceptoq; negotio cum Pandulpho, Othonem filium egregiæ virtutis & summæ expectationis Iuuenem

Iuuenem in Regnum Neapolitanum misit. Neque verò
 multum in expellendis Sarracenis laborarunt: nam vbi
 de Germanorū aduētū accepissent, subitò collecta quā-
 tam potuere pręda aufugerunt. Græci verò contrā, etsi se
 defendissent, tamen à Pandulpho atque Othone multis *Græci ex Ita-*
 prælijs superati, multisque cladibus acceptis victi, & ex *lia pulsi.*
 tota Apulia Calabriaque pulsi fuerunt. Quo factum est,
 vt populus Constantinopolitanus, cum videret sese Ni- *Nicephorus im-*
 cephori imperatoris pertinacia, has Italiae prouincias a- *perator occidi-*
 misisse, illum è medio sustulerint, in eiusque locum Io- *tur.*
 anne filio substituto, Theophaniam etiam Othoni tradi-
 derint. Otho autem vbi Roman, confecto bello rediit. *Otho II. impe-*
 set, à parente imperij consors pronunciatur, & Otho II. *rij consors.*
 appellatur: cuius rei confirmandæ causa, à Ioanne ponti-
 ficæ in templo Lateranensi coronatus cum Theopha-
 nia vxore vnctus, & magna populi acclamantis gratula-
 tione exceptus fuit. Eodemque die ob Pandulphi merita,
 atque in pontificē officia humanitatis eo tempore præ-
 stita, qua Capuæ exulabat, fuit Ecclesia Capuana Metro-
 politana appellata. Sed longo temporis interuallo post-
 ea, cum defuncto Othone primo, secundus in bellis con-
 tra Lotharium Gallia regem occupatus esset, Basilius & *Basilius et Con-*
 Constantinus in Ioannis defuncti imperatoris Constan- *stantinus recu-*
 tinopolitani locum suscepti, de recuperandis prouincijs *perare nitun-*
 in Italia amissis deliberarunt. Quamobrem aggressi ne- *tur prouinc.*
 gotium, primùm Cretam, quæ à Sarracenis tenebatur, *Italia.*
 occuparunt: vtque securius progredi liceret, magnam eo- *Creta à Græ-*
 rum partem suis stipendijs conduxerūt: sicque in Italiam *cis occupatur.*
 venientes, cœpere Barū, & ne postea deficere fortè pos-
 set, ciuium partem vnā necarunt, alteram Byzantium *Barū malè tra-*
 in exilium relegarunt: deinde ad Matheram progressi, il- *statur.*
 lam destruxerūt: quo factum est, vt Apulia primùm, de- *Otho II. se*
 inde Calabria se eis dederit. Interea Otho II pace cum *græcis oppo-*
 Lothario inita, Romā cum cōiuge Theophania reuer- *nit.*

tebatur: cumq; in Taruisino agro de Basilij atque Constantini cōsanguineorum expeditione in Italiam, captāq; Apulia atq; Calabria audijset, decreuit eas prouincias recuperare, & imperio Occidentali, ceu proprias adijcere. Itaque instructa classe, primū Sclauoniam atq; Dalmatiā, quæ tunc Græcorum præsidij destituebantur, vastauit excursionibus atq; diripuit. Deinde Romā reuersus, ad certum diem congregauit milites Germanos, Gallos, Longobardos, & ex alijs item Italiæ regionibus quibus imperabat: magnoq; exercitu illinc soluens Beneuentum peruenit, vbi pluribus adhuc copijs, quas Beneuentani, Salernitani, Neapolitani, Capuani atq; alij ei deputātant auctus, per Apuliam ad Calabria locū, cui Bassanello nomen est, venit: & instructa in quadratā formam acie, ibi prælium acerrimum cum Sarracenis atque Græcis, anno à partu Virginis DCCCCLXXXIII cōmisit: in quo Romani atque Beneuentani, cum non modò manus nō conseruissent, verū relictis signis statim aufugissent, effecerunt, vt Othonis exercitus maxima clade accepta ruptus, summoq; Italiæ periculo profligatus fuerit: tanta enim fuit ea calamitas, vt si Græci hac fortunæ prosperitate vti sciuissent, non eis difficilè fuisset urbem Romam totamq; Italiam spoliare. Otho enim fuga suæ salutis consulere fuit coactus per loca maritima: natansq; à Græcis nautis captus est: incognitus primū, deinde Schlauonici cuiusdam mercatoris opera patefactus. Is enim secretè de eius captiuitate imperatricē atq; Theodoricum Metensem episcopum, qui Rosciani prælij huius euentum expectabant, certiores reddidit. Euasit autem eorum manus non sine difficultate: erat enim eò missa pecunia ad illum liberandum. cumq; de summa & quantitate nauæ diutius contenderet, ipse cōsenso equo velocissimo ab ijs aufugit: sed cum naniculam ingressus in Siciliam trañcere vellet, iterum captus à py

ratis

DCCCCL-
XXXIII.

Othonis II. cū
Græcis & Sar-
racenis præliū

Othonis fuga.

ratis & abductus in insulam fuit: vbi cognitus à Siculis, promissa magna pecuniæ vi, redēptus, Romamque reductus est. Huc ergo vbi peruenisset decreuit Beneuentanorum perfidiam vindicare, qui primi in acie locum deseruissent, causaque fuisse putarentur tantæ calamitatis: itaque collectis, quas potuit profligati exercitus reliquiis, simulauit se Græcis obuiam proficisci, & quo minus vltius progredierentur, resistere velle: sicque Beneuentum *Beneuentum dirutum.* peruenit, idque diripuit, diruit, & igni consumpsit: ablatoque Bartholomæi Apostoli corpore, quod illic conditum erat, Romam aduectum, in Tybridis insula, vbi hodie S. Bartholomæi templum est, sepeliri voluit: ipse verò *S. Bartholomæi reliquiæ.* etiam paulò post illic è vita discedens, in templo S. Petri conditus est. Successit autem ei filius eiusdem nominis, qui Otho III. est appellatus, anno Domini. DCCCLXXXIII, cumque in Italiam potenti manu instructus venisset, nihil aliud tamen in Neapolitano regno immutauit, præter quod Capuanos atque Beneuentanos cogit ad pacem cum Romanis faciendam: cauereque ne deinceps, vti prius fecerant, ijs vllò modo molesti essent. Quibus rebus perfectis, templum D. Michaelis in Gargano monte situm, vt in votis habuerat, inuisit: atque illinc Romam rediens, cum Ioannes XV. obiisset, Gregorium *Gregorius V. pontif.* V. Saxonem, cognatum suum ad Pontificatum euehdum curauit. Sed vbi ex Italia discessisset imperator, statim quoque eiectus fuit à Romanis Gregorius: qui in Germaniam veniens, effecit, vt secum Otho Romam rediret: quò cum peruenisset, Crescentium Romanum virum potentem, & Gregorij hostem necauit, & Ioanni XVI. qui *Crescentius punitur.* Crescentij opera Pontificatum occupauerat, oculos efodit. Restitutus ergo Gregorius V, vt illatam sibi à Romanis iniuriam vindicaret, legem tulit, quæ etiamnum *Electores imperij quomodo introducti.* in vsu est, de Imperatore eligendo, eaque solis Germanis hanc eligendi potestatem attribuit: hac tamen conditio

ne, vt electus Cæsar Romæ tamen à Pontifice coronatus Imperatoris nomine dignaretur. Electores autem septē numero esse voluit, ex quibus tres Vncti, imperij cancellarij essent: quatuor verò politici, alia munera obirent. Sunt autem Vncti quidem, Archiepiscopus Treuerensis Galliæ, Maguntinensis Germaniæ, & Colonienfis Italiæ cancellarius: Politici verò Marchio Brandenburgensis imperij Camerarius, Palatinus Comes dapifer, Saxonix dux qui gladium ante imperatorem fert, & Boemix rex à calicibus. Lata autem fuit ista lex anno seruatoris notri MII. quo nos etiam, secundum hunc historiæ Neapolitanæ librum finiemus.

LIBRI SECVNDI FINIS.

PANDVLPHI COLLENTII
PISAVRENSIS IVRISCONSULTI HI-
STORIAE NEAPOLITANAE AD HERCVLEM I.
Ferrariæ ducem, Liber III.

Ioan. Nicol. Stupano Rheto interprete.

ARGVMENTVM.

Normānorum in regnum Neapolitanum aduentus: Siciliaq; ab iisdem occupata atque alia eorum res gesta, in hoc libro narrantur: explicantur Sarracenorum in Italiam excursiones tempore Henrici imperatoris factæ: Normannorū de Leone IX. victoria eiusq; captiui: ac Roberti Guiscardi res præclare gesta: binorum illius filiorum Rogerij & Boemundi inter sese bella: expeditio in regiones trans mare sitas aliq; Normannorum res gesta: & vt Innocentius II. pontifex ab iis victus & captus sit: Lotharij Imperatoris in Italiam aduentus: Gulielmi Sicilia Apuliæq; regis, ac FridERICI Barbarosse res gesta: Clementis V. & Celestini III. pontificum bella propter Sicilia & Apulia imperium, & quo pacto denique Normanni tandem deleti fuerint.

Supra



Vperiore libro, qua potuimus diligentia atq; breuitate, commemorauimus qui status atque conditio regni Neapolitani mille annis fuerit, sicuti id à varijs scriptoribus inter se comparatis accepim? Quamobrem sequuntur nunc vsque ad nostra tempora. alij CCCC anni, qui vt nō minus celebres sunt superioribus, ob varias mutationes rerum que gestarum varietatem, ita etiam à scriptoribus non sine confusione explicati. Quo sanè fit, vt diligentius rem ipsam perpendenti, regnum Neapolitanum ceu palæstra quædam ambitiosorum hominum esse videatur, multorum anarorum tyrannorumq; bellis atque rapinis exposita: atque hoc ei ob fertilitatem suam aliasq; dotes euenit, quod ita rebus bonis plerunque eueniat, vt à multis expetantur.

Quousque se
historia hæc
extendat.

Neapolitanum
regnum multis
expetitum.

Itaque anno seruatoris MVIII. cum pontificatum Romanæ Sergius IIII, imperium in Germania Henricus I, & Constantinopoli Michael Cathalaicus administraret: ita regnum Neapolitanum habebat, vt pars quædam illius Romanis & ducibus quibusdam, & pars alia Græcorum imperio pareret: cuiusmodi erant Apulia & Calabria, quas imperatoris nomine Malocchus Græcus gubernabat. Quæ cum ita essent, non deerant tamen continuæ Sarracenorum ex Sicilia excursions, qui loca quædam in regno tenebant, & principum Romanorum atque Græcorum perpetuæ discordiæ, quibus regnum varijs modis vexabatur. Hisce verò temporibus, quoniam, præter Romanos, Græcos & Sarraceos, alia quædam gens in regno degebat, quæ tēporis successu deinde, nonnquam parti alicui, & quandoque etiam toti imperauit: non fuerit hoc loco prætereundum, manifestioris doctrinæ causa, quod per Aemiliam, Flaminiam, Tusciam atque Campaniam, tunc dispersa erat familia quædam

Anno Domini
MVIII.
quetunc regni
conditio.

619, 1460
de Jemina frocto
fo 218 cu 227

Nota Imperij
seculo 194

*Genealogia
ducum Nor-
mandorum.*

*Tancredi comi-
tis de altavilla
multi filij.*

clarissima e Normannorum ducibus prognata, quæ lau-
dis gloriæq; cupida, atque desiderio item loca quædam
armis acquirendi, quibus foelicius viuere possent, quàm
domi, iam longo tempore antè venerat in Italiam, anno
seruatoris circiter DCCCC. Roberto atque Ricardo du-
cibus, qui proinde à Rolloneo primo Normannorū du-
ce, de quo supra à nobis dictum est libro primo, originē
ducebant. Ita autem habebat illius origo: Rollonus pri-
mus dux, qui baptizatus, Robertus postea fuit appella-
tus, ex Gilla Caroli simplicis Francorum regis filia, Gu-
lielmum filium suscepit: Gulielmus Richardum I, & hic
Robertum atque Richardum II, quorum iam fecimus
mentionem, genuit. postquam multos annos ex re mili-
tari laudem atque gloriam sibi comparassent, ex hac vi-
ta migrarunt, Normannis sub Salernitano principe sti-
pendia mērentibus: quam obrē elegere ij sibi alterum du-
cem Tristanum Cistellum nomine, qui quum serpentē
enecās, veneno illius infectus obiisset, successit Raimus,
qui Auerfam condidit, ei que defuncto, Carolus Capuæ
princeps suffectus est: cui postea successit Iordanus fi-
lius, & huic iterum filius Ricardus, quo defuncto, deniq;
elegere sibi ducem Normanni Gulielmū Ferrobrachiū,
quod sermone Latino fortè brachium significat. Hic fi-
lius erat Tancredi Normanni comitis de Alta Villa, qui
ex binis vxoribus XII. filios susceperat, Sarnū videlicet,
Gotfredum, Drogonem, Tancredum, Gulielmum Fer-
rabrachium, Humfredum, Robertū cognomine Giscar-
dum, Rogerium, Riccardum, Gotfredum alterum, Fru-
mentinū atque Molugelum: isq;, vir rebus militaribus
alioquin deditus, in Italia cum alijs Normannis, variorū
principum stipendia merebat. Atque hæc quidem sunt,
quæ de Normandicæ familiæ origine & in Italiam ad-
uentu, à diuersis scriptoribus accepimus.

Iam verò, regni Neapolitani rebus ita, vti prius dixi-
mus,

mus, constitutis, & aliquanto plus quietis etiam habentibus, Gulielmus Ferrabrachius Normannorum dux nuper electus, sperans se aliquid laude atque gloria dignum præstiturum, foedus cum Capuano & Salernitano principibus inijt, & ad idem etiam adduxit Malocchum, Græci imperatoris in Apulia Calabriaq; vicarium, ea conditione, vt coniunctis viribus omnes quatuor in Siciliam aduersus Sarracenos traicerent. Quod vbi fecissent, multis prælijs eos vicerunt, illinc expulerunt, ac prædam quidem æqualiter inter se diuiserunt, sed vrbes à Maloccho veteribus præfectis atq; magistratibus, qui ante bellum ab suo imperatore eò missi fuerant, restituebant. Quam obrem indignatus Ferrabrachius, quod isthæc contra foederis pacta fierent: tamen iram hanc aliquandiu celauit, donec scilicet bini alij confœderati domum redissent. Quo facto ipse suum exercitum versus magnam Græciam Calabriamque conuertit: sicq; in Apuliam perueniens, multisque eius locis occupatis, Melphin, locum iam olim à Normannis ceu refugium quoddam in bellis optimè munitum, ingressus est, ibique omnia quæ ad defensionem necessaria essent comparabat. Qua re cognita Malocchus, è Sicilia subito discessit, & in Apuliam perueniens, Castra ad Melphin posuit: sed Ferrabrachius vt erat rei militaris peritissimus, antequam ij ex itinere secessissent ad obsidionem rectè composuissent, magno impetu erupit, Malocchumq; adortus prælio vicit, interfecit, magnaque edita strage, reliquum eius exercitus partem ex tota ferè Apulia eiecit, quam ipse deinceps possidens, Apulie comes fuit appellatus. Verùm non longo tempore post ex hac vita migravit, eiq; Drogon frater in Apulie imperium successit: Quapropter alium Ducem (id enim nomen erat eius qui imperatoris vices gerebat) in Italiam misit, Melium nomine, qui primo statim congressu Drogonem fregit, & toto ferè Apulie imperio eiecit.

Ferrabrachij
foedus aduersus
Sarracenos.

Ferrabrachius
aduersus Malocchum.

Melphis.

Malocchus moritur.

Ferrabrachius comes Apulie moritur.

Drogon Apulie comes cum Græcis confli-
git

Melus profligatus

Sed Drogon summæ virtutis vir, reparato statim exercitu, nouo prælio Melum adortus est, cumq; profligauit, totaq; Apulia eiecit. Hunc Drogonem accepimus virum maximè religiosum fuisse, prudentem, fortem, & rei militaris peritia vsque adeò celebrem, vt ternis prælijs Græcos vno die superarit, maioremq; Apuliæ partem recuperârit. Melo igitur in hunc modum profligato, missus est in eius locū ab imperatore alius Babaganus nomine, qui eo Apuliæ loco, qui Castra Hannibalis antiquitus dicebatur, Troiam urbem cōdidit, quòd is commodus esse videretur ad resistendum Romanis, & Græcorum prouincias Apuliam atque Calabriam in officio continendas. Hoc tempore Sarraceni iterum potentissima manu Italiam inuaserunt, diuisoq; in binas partes exercitu, vna Capuam, altera Barium obsederūt: sed Bario Gregorius Græcus eius rei causa ab imperatore missus, vnâ cum Petro Vrseolo Venetorum duce suppetias tulit, fractisque Sarracenis, ab obsidione liberauit. Capuæ verò auxilium tulit Henricus I. imperator Germanus, & Bauariæ dux: erat enim tunc temporis Romæ, vt imperij corona à pontifice donaretur, Capuamq; profectus eam liberauit, & Sarracenos prælio victos, ex Italia cedere coegit. Et quoniam Babaganus, interim dum Capuæ auxilium ferebat, Sarracenis fauerat, statim acquisita victoria Henricus cum Benedicto VIII. pontifice, cui isthæc expeditio maximè cordi erat, Troiam profectus est, eo animo, vt illam recens conditam nec dum bene firmatis muntitionibus planè dirueret: sed tamen vbi illam quatuor mensibus obsedisset, maximusq; eius temporis æstus, Germanicæ genti periculosus esse videretur, cōtentus fuit illam deditioe accipere: sicq; vbi illi obsides dedissent, Romam iterum redijt.

Babaganus Troiam condit.

Sarraceni iterum Italiã inuadunt & profligantur.

Troia à Germanis capta.

Postea defuncto Henrico Rom. imperatore, successit Conradus Sueuus primus huius nominis, & Constanti-nopoli

napoli imperabat Michael Etheriacus Cathalaici succes- Normanni cū
Græcis pugnant.
sor: atque hoc tempore, Normanni qui Apuliam tene-
bant, inter Aufidum flumen & Oliuerum castrum, cum
Græcis acerrimum prælium commiserunt, ijsq; victis v-
niuersam Apuliam deinceps possederunt.

Mortuo Conrado I. Henricus II. successit, & vbi Ro- Henricus II.
mam, accipiendę ab Clemente II. coronę causa venisset,
Capuam vsq; profectus est, & res Campaniæ constituit:
quo factō in Germaniam reuersus est: eoq; tempore i-
terum venere in Italiam Sarraceni, & Scunnum in Cala-
bria cœperunt.

Interea temporis Drogon Apuliæ cōmes obiit, septi- Drogon mori-
tur.
mo imperij sui anno, eiq; Nafonis Neapolitani comitis
dolo, successit Hunfredus frater, qui postquā & ipse per Hunfredus co-
mes Apulia.
septennium Apuliæ imperasset, ẽ uita commigrans, suc-
cessorẽ reliquit Gotfredum fratrem, quum Leo I X. pon- Gotfredus ca-
mes Apulia.
tifex creatus esset: quo tempore etiam à suis interem-
ptus fuit Guaimarus Salerni princeps, ẽ Normannorum Guaimarus.
gente itidem oriundus. Atque huic quidem succedens
in imperium Gisulfus, Beneuentum occupare sapius de-
creuerat: ad quam expeditionem cum se iam apparesset,
Pontifex ab Henrico II. vt ei resistere posset, auxilium pe-
tebat. Quamobrẽm persuasit ei Henricus, vt assumptis
Germanis, qui tunc Vercellis erant, ipse ad expellendos
ex Apulia Normannos proficisceret: cuius rei causa Leo,
cōiunctis tantis copijs cum Germanis, quantas tunc in
Italia cogere potuerat, Roma soluens versus Neapolita-
num regnum iter tenebat. Qua re cognita Gisulfus, con-
iunctis cæterorum Normannorum copijs, primus Bene-
uentum occupauit atque munivit: deinde vltèrius pro-
grediens, Leonem in vrbe quadam, cui Ciuitas nomen Ciuitas.
erat, expectat, & manum cum eo conferens, superior eua- Gisulfus capit
Leonem pon-
dit, atque ipsam etiam pontificem caput: quem tamẽ ho- tificem.
nestissimẽ tractatum, & omnibus Beneuētanis sacerdo-

- Andreas Dandalus historicus.* Magna clades.
- Bagelardus comes Apulie.*
- Robertus Guiscardus.*
- Aberada, Gligiegarda Guiscardi coniuges.*
- Robertus cum pontifice tractat de amicitia incunda.*
- Anno Domini MLX. Compositio inter Guiscardum & pontificem.*
- tibus comitatū, Romam reducendum curauit. Andreas Dandalus dux Venetorum, in suis Chronicis scribit, tantam ytrinque stragem prælio æditam fuisse, vt suo tempore, humanorum ossium, acerui montium instar eo loco extiterint.
- Iisdem ferè temporibus è vita discessit Gotfredus Apulix comes, & successorè reliquit Bagelardum filium: quamobrem magnopere indignatus Robertus Gotfredi frater, Bagelardum armis ex regno expulit, & Apuliã ipse atque Calabriam occupauit: quibus etiam Troiam, quæ prius Romanis paruerat, adiecit. Hic ille Robertus fuit, qui propter ingenij vim, industriam atque calliditatem, Guiscardus fuit appellatus: idem scilicet hoc vocabulo lingua Normandica significante: quamuis nõ ignorem esse quendam scriptorem, qui hoc verbo errorem potius significari existimet, propterea quod Normanni mulum hinc inde errarint. Atque hisce tumultibus cum ei Aberada coniunx, è qua Boemundum filium susceperat, obiisset: duxit in vxorem Gligiegardam Gifulfi Salernitani principis neptim, è Guaimaro eius fratre natam. Quibus ita constitutis, Robertus, vt erat vir prudens, cupiebat imperium suum iure & amicitia multorum cõfirmare: quamobrem missis ad Nicolaum II. pontificem legatis, orabat eum, vt tanquã pastor bonus, eò usque proficisci dignaretur, sibiq; in componendis Apulix atq; Calabriæ rebus adesse. Pontifex ergo, etsi ob baronum Romanorum, qui tunc duces vocabantur, perfidiam atque superbiam, neque die neque noctu periculis vacaret, tamen cum Roberti oratoribus anno salutis MLX. Roma discedens in Aprutios peruenit, & cum eo in colloquium descendit ad Laquisam, quo loco postea à Federico II. Aquila, Amiternum inter atque Furconẽ, condita fuit, & res suas ibi in hunc modum composuerunt. Vt Robertus se deinceps Ecclesiæ Romanæ beneficiarium

ciarium feudalemque agnosceret: ei restitueret quaecun-
 que illius essent, praesertim verò Beneuentum atque Tro-
 iam: & pontifici denique, quocumque tempore indige-
 ret, copijs suis subsidio adesset. Pontifex verò è cōtra Ro-
 bertum solueret hīs poenis, quas excommunicationē vo-
 cant, eumque, concesso Ecclesiae nomine diplomate, Ca-
 labriae Apuliaeque ducem pronunciarēt. Quibus rebus
 occultè, propter Romanos duces, confectis, pontifex Ro-
 mam iterum est reuersus, & Robertum ad domādos Ro-
 manos duces excitauit: quo factum est, vt is Normanno-

*Romani duces
domantur.*

rum suorum opera pugnans, Praenestinos, Tusculanos,
 Nomentanos, & quae trans Tyberim sitae sunt, Galefam
 ceterasque Gerardi comitis vrbes, Sutrium vsque, ad pa-
 rendum pontificis imperio coegerit. Paulò post autem,
 defuncto Nicolao, altero sui pontificatus anno, occupa-
 uit Robertus in Apulia Matheram, & Tarentum deditio-
 ne accepit.

*Mathera &
Tarentum oc-
cupata.*

Nicolao successit in pontificatum Alexander II. non
 sine partium contentione: nam Longobardi alium que-
 dam Cadolum Parmensem, ad pontificiam dignitatem
 euehere conabantur: erat autem eo tempore, Graecorū
 imperator Constantinopoli Romanus Diogenes, cuius
 Vicarius in Italia Cyriacus, Vestiae in Apulia habitabat.

*Alexander II.
pontif.*

Ex quibus sumpta occasione Robertus, qui iam antea, de
 Graecis ex Italia planè pellendis sepius cogitauerat, ex im-
 prouiso cum exercitu Vestiam perueniens, Cyriacum i-
 psam atque urbem occupauit: deinde eadem celeritate
 Montepilosum contendens, cognouit eam urbem nō
 nisi obsidione longa capi posse: quapropter relicto ad id
 Godfredo II. fratre, & Rogerio itidem fratre, cum exer-
 citus parte Brundisium dimisso, vt id terra marique op-
 pugnaret: ipse cum reliquo exercitu Barolum, in qua vr-
 bem praestantissimi quique Graeci, qui tunc in Italia es-
 sent, sese receperant, proficiscitur. Hic cum portus libe-

*Diogenes Rō.
imperator.*

*Robertus Gra-
cos ex Italia
pellere nititur.*

*Barolum obsi-
detur.*

rior vallo protegeretur, eoq̄ue fieret, vt Græcis per illum commodè importaretur commeatus: cinxit eum semicirculi forma, coiunctis catenatisq̄; in muri modum nauibus, ex quibus cum impedire commeatum poterat hostibus, tum urbem, qua parte mare spectabat, oppugnare: quod etiamsi ita esset, tamen non prius eam occupauit, quàm tertio obsidionis anno. Gotfredus interea, expugnato Montepiloso, ad Brundusiū Rogerio sese coniunxerat: sed Robertus, qui fortunæ prosperitatem sequi decreuerat, voluit vt Rogerio illic, & Richardo, etiam fratre, ad Apuliæ gubernationē relicto, ipse cum suis copijs, secum Rhegium Aprutiū (quod tunc vno Calabriae nomine veniebat) proficisceretur. Itaque hoc iter ingressus Robertus, Sanmarcum Calabriae oppidum transeundo muniuit: deinde progressus vltcrius, castrisq̄; ad Moccatum fluuium prope aquas calidas positus, Cosentiam & Martyranum diripuit, & illinc per Scyllacæum ad Rhegiū obsidionem perrexit, quo eodem tēpore Gotfredus quoque cum suis copijs appulerat: hacq̄ue durante obsidione, Neocastium, Manthiam atq; Scalcam deditione obtinuit. Rogerius quoque fratrum Roberti minimus interim Brūdusio soluens, & ad Bibonæ montē aliquan-

Sanmarcum munitur.
Cosentia, Martyranumq; direpta.
Rhegium obsidetur.

Salinarum valles à Normanis occupatur.
Richardus à fratre donatur regione: pugnat cum pontif.
Palernum obsidetur.

diu subsistens, Salinarum vallem cum multis vicinis oppidis occupauerat, & perfecerat Nicephoram urbem, inde doneisq̄ue præsidijs munierat. Eodem tempore Richardo donauit Robertus Guilinengum & Chictæ Ciuitatē cum vicina regione: & Rogerio ad Rhegiū obsidionem relicto, ipse cum Gotfredo in Siciliam ad Palernum obsidendam traiecit: & Richardus quoque interim cū Guilielmo filio Capuam atque Beneuentū occupauit. Cumq̄ue ad Ceperanum quoque oppugnandum proficisceretur: obuiam illi processerunt, cum potenti manu Spoleti dux, & Gotfredus comes cum vxore Mathilda, Alexāndri Il pontificis nomine: qua re cognita, non expectatis

ijs, omnia quæ ad Ecclesiam spectabant, reliquit ac reddidit. Caterum cum Robertus Palermi obsidionē longiorē fore cognouisset, reliquit illic Gotfredum, ut terram marique urbem oppugnaret, ipse verò Rhegium reuersus, id primū expugnauit, deinde capta Sanseuerina paucis diebus, totaque Calabria atque Aprutio occupatis, castra ad Tranium in Apulia, mense Aprili posuit, idque sequenti Ianuario mense obtinuit: quo tempore Gotfredus quoque in Sicilia Palermum expugnauerat: quo factum est, ut tunc Robertus communi fratrum consensu, Apuliæ & Calabriæ dux renunciatus fuerit, anno Seruatoris MLXXIII.

Robertus rem bene in Calabria administrat.

Tranium expugnatur.

Anno Domini MLXXIII.

Statua memorabilis.

Sed hic nequaquam silentio mihi prætereundum esse videtur, memorabile quiddam, quod eo tempore accidisse ab autoribus fidedignis accepimus. Inuenta est tunc in Apulia statua marmorea, caput circulo ex orichalco redimita, ei que hæc verba insculpta erant. **KALENDIS MAIIS ORIENTE SOLE, AVREVM CAPVT HABEBO.** Quod Robertus secum meditans, longo tempore quæsiuit, ecquænam esset vera sententia eorum verborum, nec tamen quemquam qui id posset explicare inueniebat: Sed tandem Sarracenus quidam, in eius castris per id tempus captiuus, cum esset artis magice peritus: postulata loco præmiij libertate, ea verba in hunc modum explicauit. Calendis Maijs iussit obseruare punctum in plano terræ, quod umbra de statuæ capite proiecta attingebat: eo namque loco si foderetur cognitam iri dicebat verborum sententiam. Præstitit hoc Robertus, vixque paruulam fossam effecerant, cum magnū ibi thesaurum inuenerunt, qui in alijs quoque expeditionibus Roberto per commodus fuit: Sarracenus verò cum alijs præmijs tum libertate quoque donatus est.

Sarracenus statua interpretatur.

Bitiminus Normannis ostendit viam Sicilia capiendæ.

Dum hæc ita geruntur, Bitiminus Bescauetti Mauro-rum principis admirallius, qui tunc Soldani nomine Si-

*Sicilia
capta.*

*Sicilia à Nor-
mannis capta.*

*Guiscardi feli-
citas.*

*Normanni ex-
communicati.*

*MLXXX.
Salernum occu-
patum.*

Vicum castrū.

ciliam administrabat, ad Rogerium in Calabriam oc-
cultè peruenit, indicauit insulam ad rebellandum prom-
ptissimam esse, & vbi cum eo, de huius proditionis præ-
mio conuenisset, rationem atque uiam demonstrauit,
qua illa capi posset: quo facto in Siciliam redijt. Rober-
tus igitur hæc à Rogerio accipiēs, & ab eodem adiutus:
Maurum cum exercitu insequitur, statimque Messanam
occupauit, pulsisque deinde Sarracenis, exiguo tempo-
ris spacio totius insulæ imperium acquisiuit: quo bello
confecto, Rogerius de hac Sarracenorum præda, qua-
tuor Camelos Alexandro II, pontif. Romano dono mi-
sit. Res hæc est sanè, si diligenter perpendatur, summa ad-
miratione dignissima: tantum successum & tot victorias
Roberto Guiscardo contigisse, vt minus duodecim an-
nis, vnà cum fratribus, omnes, quas commemorauimus
Italiae prouincias ipsamque Siciliam in suam potestatem
redegerit.

Non longo tempore post, euectus est ad pontificatū
Gregorius VII, qui Robertum cum tota Normānorum
gente, cum ob Ricardi excursionēs, tum quod vrbes quas
dam in Piceno, quæ ad Ecclesiam pertinebant, & ipsi oc-
cupassent, anathemate ferijt, in publico solenni que con-
cilio Romæ habito, cui interfuere etiam Mathelda comi-
tissa, & Gisulfus Salerni princeps, Gigligarda Roberti v-
xor patruus. Ex qua re sumpta occasione Robertus, an-
no Salutis MLXXX, cum Pontifex bellis, quæ ei Henri-
cus III imperator faciebat, impeditus esset: Salernū pro-
ficiscitur, quo per septem menses grauissimè oblesso, Gi-
sulfum ad illius, arcisque deditiōem coegit: quo facto
Beneuentum subito contendit, ac prælio quater com-
misso, id quoque facile occupasset, nisi Pontificis preces
intercedentes, vt illud institutum omitteret, effecissent:
quod etsi ita accidisset, tamen ne frustra id opus suscepit
se videretur, Vicum castellum occupauit, & sibi deinceps
reti-

retinuit. Eodem hoc anno Michael Diocrysius Constan-
tinopolitanus imperator, cum tribus filijs Michaelē, An-
dronico & Constantino imperio pulsus fuit à Nicepho-
ro Buchamero; ex quibus turbis occasione sumpta Ro-
bertus, Græcos Spinacorba, Hydrunto atq; Tarento ex-
pulit, easque vrbes, in quibus solis adhuc Græcorum re-
liquiæ quædam supererant, sibi subiecit. Dum autē ad Ta-
rentum castra haberet, venit ad eum implorandi auxiliij
causa Diocrysius vili habitu vt nō cognosceretur: quem
benignè audiuit, consolatusque est, suavitēque vt idem à
pontifice peteret: quod proinde eo consilio fecit, quod
hac ratione speraret, se ei reconciliari posse. Neque verò
illum spes ista fefellit: nam & ipse Pontifex reconciliatū
sibi Robertum cupiebat: quare eum statim Ceperanum
in colloquium euocauit: quo in eum modum composi-
tæ fuere illorum controuersia. vt Robertus iterum Pon-
tificis feudalis esset, ei que omnia quæ in Piceno ad Eccle-
siam pertinentia tenebat, restitueret: sicque vbi anathe-
mate solatus fuisset, de restituendo Diocrysis delibera-
runt. Atq; vt hæc expeditio maiori autoritate suscipere-
tur, donauit pontifex Robertum signo S. Petri, & Nice-
phoro sacris interdixit. Quibus ita constitutis, Robertus
Ceperano discedens, Hydruntum venit: ibique Rogerio
nati minore filio Italicis rebus præfecto, & Boemundo
maiori pedestrium copiarum ductore ad hanc expedi-
tionem constituto, ipse conscensa nani prætoria cum Mi-
chaele Diocrysis, primus vela ventis dedit, & Veloniam
in litore Macedonico sitam appulit: atque hinc Dyrrha-
chium profectus, id terra marique grauissimè obsedit.
Nicephorus ergo, qui benè diu iam imperium admini-
strauerat, cum non aliunde tunc auxilium posset habere,
ad Venetos confugit, qui ei, vt alijs solebant Græcorum
imperatorum partes tueri, Dominicum Syluium ducem
suum, cum magnis copijs subito miserunt. Hic verò cum

*Diocrysius im-
perio pulsus.*

*Græcorum re-
liquæ Italia
pulsæ.*

*Robertus pon-
tifici reconci-
liatur.*

*Dyrrhachij ob-
sidio.*

*Dominicus Syl-
uius cum Nor-
mānis pugnauit.*

cō venisset, nauali pralio cum Roberto commisso, non
Robertus cæsus sine magna suorum clade, cruētam victoriam obtinuit:
 quamobrem, Boemundo filio obsidionem in terra con-
 tinuante, Robertus in Italiam reuersus est, & relicto in A-
 pulia Diocrisio, ipse classe reparata ad Dyrrhachij obsi-
 dionem iterū est reuersus. Interea Nicephorus, qui Dyrrhachio suppetias ferri cupiebat, Alexio Comino mili-
Alexius Comi- nus imperium per insidias occupat. tix duci, cui plurimum confidebat, dederat mandatum, vt ex Græcis, Thracibus, Sarracenis atque Turcis, Adri-
 nopoli quā possēt maximum exercitum conscriberet, eoque Dyrrhachinis opem ferret. Sed Alexius perfidus, exercitu comparato operam dedit, vt eum sibi maximè conciliaret, cum alijs modis, tum etiam militibus Constantinopolitanæ vrbis prædam promittens: qua ratione
Arfion proditor. ab Arfione quodam Alemanno Nicephori copiarū ductore, proditione vnam vrbis portam Biugaram nomine obtinuit, & in vrbem ingressus, eam diripuit, assumptūq; Imperatoris titulum: Nicephorum verò, qui se ad S. Sophiam reducerat, in vita conseruatum, totondit, rasit & in monachum transformauit. Hisce peractis, Alexius sibi in imperij administratione, Michaelē Diocrisij filium iuuenem participem fecit, vt scilicet populū sibi conciliaret, seque id non tam sua ambitione, quā ob Nicephori auaritiā fecisse persuaderet: quamobrem eum præmittens, & ipse postea sequutus, versus Dyrrhachij ei suppetias laturus, cum septuaginta hominum millib. cōtendebat. Robertus autem atque Boemundus cognito Græcorum aduentu, ijs obuiam terra marique progressi sunt: instructaque acie, & acri pralio commisso, victores euaserunt. Nam Michael in eo conflictu interijt,
Alexius raptus Dyrrhachium occupatum. Alexius verò cum reliquo exercitu fractus, & in fugam cōiectus est: ac Dyrrhachium (cum nulla amplius auxiliij spes superesset) Roberto se dedit: cuius exemplum plurimæ illius prouinciæ ciuitates deinde sequutæ sunt.

Dum hæc à Roberto in Dalmatia geruntur, Ro-
gerius eius filius, qui res Italicas interim administra-
bat, cum Asculum Apuliæ urbem rebellare velle au-
diret, illam obsedit, captamque diripuit, exussit & solo
æquauit. *Asculum de-structum.*
Henricus III. *489*
VII. pontificem bello persequebatur, Romam ex Ger-
mania profectus, ex S. Petri palatio omnia ædificia de-
struebat atque vastabat, urbemq; à sese ita obsessam, cõ-
rederat, vt maxima annonæ caritate laboraret. Qua
re, per literas atque internuncios pontificis, cognita, Ro-
bertus, Boemundo in Dalmatia conficiendum bellum
relictõ, ipse cum vxore in Italiam reuertitur: atq; hîc ma-
gno exercitu comparato, per Latinam viam versus Ro-
mam contendit: & vbi iam Ceperanũ peruenisset, Hen-
rico mandat, vt sub vitæ ac fortunarum suarum pœna,
Roma totaq; eius ditione quàm celerrimè discedat. Hen-
ricus igitur hoc nuncio perterritus, urbem ciuibus, qui
de Roberti aduentu nihil adhuc acceperant, commen-
dat, exustoq; Capitolio, illinc cum suis Germanis soluit:
quæ res tanta celeritate ac propè furijs acta est, vt eodẽ
die ipse Senas, & Robertus ad Latinam Romanæ vrbis
portã peruenerit. Cum autem Romani coram eo illam
clausissent, per portam Flaminiã in urbem à pontificis
amicis introductus est: *Campus Mar-
tius exustus.*
Quamobrem campum Martiũ
primũ combussit, ac Romanos deinde à se multis præ-
lijs in diuersis vrbis locis superatos, expugnato Capito-
lio, in quod sese tandem receperant, ad deditionem coc-
git. Hoc factõ, cum vniuerso exercitu armato atque vi-
ctore, Adriani molem ingressus est, deiectisq; omnibus
munitionibus, quas Romani obsidendi Pontificis causa
fecerant, eum eduxit in templum Lateranensẽ, & in sedẽ
Pontificiam reposuit: sed cum metueret tamen ne post
suum discessum Romani deficerent, ac perfidè cum eo
agerent, Gregorium secum Salernũ vsque deduxit. Iam

*Robertus niti-
tur Græcorum
imperium oc-
cupare.*

*Veneti mittunt
auxilia Alexio*

*Prælium inter
Robertum &
Alexium.*

*Sylvius digni-
tate spoliatur.
Gregorius VII.
moritur.
Victor III pō-
tif. breui tem-
pore.*

verò reuersus in regnum Neapolitanū Robertus, de con-
ficiendo bello Dalmatico, occupandoq; imperio Con-
stantinopolitano deliberabat: cumq; Boemundum ter-
restribus copijs satis esse instructū cognosceret, classē
ipse maximā instruxit. Intellexerat id statim à principio
Alexius, quare exercitum ipse quoque comparabat, si-
mulque Venetorum implorabat auxilium: qui metuen-
tes ne aucta nimium Roberti potentia, aliquando liber-
tati eorum minus prodesset, ei maximas copias Domini-
co Syluio ductore subsidio miserunt: quæ illinc soluē-
tes, in Corcyram primū delatæ, postea se Græcis statim
coniunxerunt. Vix iam coniuncti erant bini exercitus,
cum Robertum è portu solaisse, & versus Macedoniam
vela dare intellexerunt. Quamobrem summa celeritate
Dyrrhachium contendunt, vt Normannos ibi, quo mi-
nus ad portum appellere possent, impedirēt. Verūm Ro-
bertus eorum multitudine nequaquā perterritus, exer-
citum suum in illos conuertit, & viam armis sibi sterne-
re constituit: committitur prælium acre atq; anceps pri-
mū: sed Robertus tamen, partim sua virtute, partim
Boemundi, qui instructa acie pugnanti ei ad littus assi-
stebat, auxilio victor euasit, duplo plures hostium naues
perdidit, quàm amisisset: atque Alexio quidem, ad fini-
stram, versus Peloponnesum, & Syluio ad dexterā, Vene-
tias versus fugiētibus, ipse cum suo exercitu ex ea pugna
satis fatigato, Dyrrhachium saluus peruenit. Veneti au-
tem Syluium ob infelix hoc præliū, ducis dignitate pri-
uarunt. Cumq; per eos dies Gregorius VII. Salerni è vi-
ta decessisset, successit ei in Pontificatū victor III, quem
non nisi quinque mensibus administravit. Robertus au-
tem dirrachij, cum noua hac victoria lætus, aliquot men-
ses de conficiendo bello & imperio Constantinopolita-
no occupando deliberaret: fortè intelligit Alexium atq;
Venetos denuo nouis maioribusq; quàm antè habuif-
sent,

sent, copijs instructos esse, iamq; ex Peloponeso soluisse, & Dalmatiam versus iter tenere. Quamobrem Dyr-
 chio soluens in altum tendit, eisq; magno animo ob-
 niam progreditur, commissoq; ad Sessonā insulam præ-
 lio, illos vicit, & maiorem stragem quàm prius edidit:
 Quo factum est vt Alexium atque Phalierum Venetorū
 ducem magna cum ignominia, fuga suæ salutis consule-
 re oportuerit. Robertus autem tanta victoria auctus, ver-
 sus Græciam, vti ei fatale erat, progressus est. Cumq; an-
 no salutis MLXXXII Cassiopolin ad Corcyræ promō-
 torium mensē Iulio peruenisset, febris acuta correptus,
 ex hac vita migravit, quum iam magna cum laude atq;
 gloria ex tot victorijs comparata, annuætatis sexage-
 simū ageret. Hæc de Roberto Guiscardo: in cuius rebus
 gestis explicandis, longius fortè sumus cōmorati, quàm
 compendio scribentibus facere cōueniat: sed nō uisum
 est tamen, tanti viri facta leuiter tantum esse contingen-
 da, quod virtus, præter hanc æternæ gloriæ atque laudis,
 nullam mercedem aut præmium habeat. Huc accedit,
 quòd res Neapolitanas dilucidè scripturo, necessum
 omnino est isthæc ita cōmemorare, quòd historia Nor-
 mannorū ita sit apud diuersos autores intricata, vt no-
 bis quoque eam in vnum corpus certamq; seriem redu-
 cere, perdifficile fuerit.

Roberti & Ale-
 xij noua pu-
 gna.

Anno Domini
 MLXXXII
 Robertus mori-
 tur.

Normānorum
 historia.

Roberto defuncto successit in Apuliæ imperium Ro-
 gerius II. filius, eiq; parere omnes promiserunt, quicun-
 que patris imperio subiecti fuerāt, solis Siculis exceptis.
 Quapropter indignatus Boemūdus, quod sibi natu ma-
 iori, de paterno imperio nihil in Italia relinqueretur, ma-
 gno cum exercitu Hydruntum trajecit: post cuius disces-
 sum mox defecerunt omnia, quæ in Macedonia Dalma-
 tiæq; tenebat, & Græcorum imperatori sese dedidēre. In-
 terea Romæ Urbano II. qui Victori III, successerat, Ponti-
 ficatum administrante, omnia rumoribus ac bellicis tu-

Urbanus II.
 Rogerij aduer-
 sus Ecclesiam
 progressus.

multibus agitabant: qua occasione sumpta Rogerius, ubi Capuam iam expugnasset, ulterius versus Romam progressus, omnia quæ ecclesiæ erant, Velitras atque Tybur tum vsque occupauit: idq; eò facilius effecit, quòd multæ ciuitates eius imperium sponte subirent, & existimarent non posse se à Romanis rectè gubernari, qui sibijpsis prospicere nescirent. Atq; hæc ipsa causa fuit etiam, cur pontifex, Romanorū perfidia motus, cum cardinalibus atque sacerdotibus ex vrbe discedens, Melphim in Apuliam sese receperit. Sed Boemundus ubi exercitū refecisset, cæteraque omnia quæ ad hoc bellum necessaria esse videbantur, comparasset, Hydrunto soluēs aduersus fratrem contendit: is autem huius rei certior, itidem paratus illum ad Farnellum in Beneuentano imperio expectabat: ubi manus conferentes, acre prælium, sed non ita cruentum tamen commiserunt: nam copiarum ductores qui vtrinque erant, Roberti communis patris stipendia meruerant, cumq; vtrunque fratrem amarent, in id incumbabant, quoad eius fieri poterat, ne multo sanguine pugnaretur: adeoq; in ipso pugnae vigore pacem inter eos, ea conditione impetrarunt, vt Rogerius quidem ducis Apuliæ titulum reseruaret, sed Boemundus nihilominus mediam eius imperij partem possideret. Hac pace inter ipsos conciliata, Rogerius Melphim proficiscitur, & ab Urbano confirmatur Apuliæ dux atque verus parentis successor pronūciatur. Quo facto, cum magnis copijs in Siciliam trañciens, Syracusas occupauit, ibique Halam Roberti Frisonis Flandriæ comitis filiam, in vxorem duxit, è qua postea Gulielmum filium suscepit. Interea Boemundus, qui non contentus erat ea Apuliæ parte, quæ attributa ipsi fuerat, dolo Melphim occupauerat, nec poterat à paternis amicis ad illius restitutionem cōpositionemq; impelli. Quamobrem id ægrè ferens Rogerius, viginti Sarracenorum millibus ad sua stipen-

Pax inter Boemundum & Rogeriū, quæ non durat multum.

Rogerus ducit vxorem.

Rogerijs et Boemundi nouum bellum.

stipendia in Sicilia conductis, cum ijs multisq; præterea Calabris, Salentinis, Lucanis & Apulis subditis suis, in Italiam ad obsidendam Melphim peruenit. Nec minus suarum rerum Boemundus satagebat: habebat enim decem millia veteranorū, qui à teneris cū eo educati fuerant, & foedus inierat cum Ricardo Beneuenti & Capuę principe, fratris sui hoste, quiq; ex hac inter eos discordia, imperium suum recuperauerat: sicq; comparatis ijs quæ necessaria esse viderentur, ad se contra fratrem defendendum magno animo omnia præparabat. Sed meliores euentus habuere tam hostiles fratrum apparatus, quam minari viderentur, cum ob diuinam prouidentiam, tum ob generosum Boemundi animum. Urbanus enim pontifex eius nominis II. anno M. VIC. Claromonti apud Aruernos Galliarū populos, in cōcilio decreuerat magnam illam expeditionem, in regiones trans mare positas: quod proficiscebantur recuperandæ terræ sanctæ causa multi Christiani principes cum infinito propè hominum numero: iamq; episcopus Pictauiensis Gallicarum copiarū ductor, Raimundus comes S. Aegidij, Hugo magnus Gallie regis frater, Robertus Flandrie comes, & Stephanus comes Ciarensis in Italiam cum maximis copijs venerant, & partim Barolum ad conscendendas ibi naues & in Græciam trañciendi, partim Brundusium atq; Hydruntum contendebant: tanta modestia, vt nemini nocerent, nec opus esset vllō modo Boemundum & Rogerium eorum causa ab armis discedere. Quamobrē Boemundus vt generoso magnoq; animo erat, sumpta hinc occasione, tot principum atque nobilium virorum, qui ad hoc sacrum bellum proficiscebantur, gloriam cœpit æmulari, simulq; etiam magno desiderio cum ijs proficiscendi flagrare: quo factum est, vt cum multis eorum consilium communicarit, & ab iisdem vt vnâ fortunam experiretur persuasus fuerit. Itaque Melphim pri-

*Expeditio in
terram Sanctā
M. VIC.*

*Causa pacis in
ter Boemundū
atq; Rogerium*

*Expeditionis
huius signum
militare.*

Tancredus.

*Boemundi in
terram Sanctā
expeditio.*

*Robertus
Monachus.
Gulielmus
Gallicus.*

*Rogerus I.
Siciliæ rex
Normannus.*

num Rogerio restituit, simulq; reliquum quod in Apulia tenebat commisit, vt totam eam pro animi arbitrio administraret: deinde, prout ab Urbano fuerat in concilio decretum, rubræ crucis signo ornatus est, dissectisq; binis purpureis vestibus suis in partes tenuissimas, eadē cruce duodecim millia hominū, quos secum ducebat, signauit. Rogerius etiam suis militibus cōcessit, vt si qui ex ijs Boemundū sequi vellent, illis liceret. Hic ergo belli inter binos fratres finis fuit, quo Rogerius totius Apuliæ atque Calabriae imperium obtinuit. Boemundus autem vnā cum nepote Tancredo Rogerij filio, qui etiam ad hanc expeditionem gloriæ stimulis excitatus proficisci voluit, alijsq; nobilibus atque strenuis militibus in Gæciam traiecit: atque illinc deinde per Bulgariā Thraciamq; in Asiam Syriamq; ad bellum Hierosolymitanū peruenit: quibus omnibus locis ita se gessit, ut virtutis suæ admiranda specimina ediderit, cuiuscunq; tandem generis in summo imperatore requiras: quemadmodū illa à Roberto monacho & Gulielmo Gallico, qui res hac expeditione gestas describunt, enarrantur. Atq; hac sua virtute principatū Antiochiæ meruit: sed tamen, vt varia esse consuevit belli fortuna, anno seruatoris MCI. à Turcis captus fuit, nec ante tertium annum, promissa certa pecuniæ summa liberatus: pro qua cum obsides dedisset, & Tancredum nepotem Antiochiæ administrationi reliquisset, in Apuliam illius cogendæ causa reuersus est, atque hinc ad componendas suorum Normannorum res annum consumpsit. Nam Rogerius Bossius eius patruus, Roberti Guiscardi frater, rex Siciliae, in Apuliam traiciens Canosam occupauerat: ibiq; paulò post defunctus, successorem eiusdem nominis filiū reliquerat: qui vt tertius in ordine Rogerius erat, ita primus regio titulo insignitus fuit, eiusq; coniunx, illo mortuo, Balduino primo Hierosolymorum regi nupsit, hac conditione, vt

si

si ex ipsis proles non superesset, in id regnum succederet Rogerius quartus suus filius, qui tunc erat comes Sicilia. Hisce ita confectis, Boemundus cum Gallia rege Philippo amicitiam contrahere decreuit: quamobrem in Franciam profectus, duxit in vxorem Constantiam eius maximā natu filiam, & Ceciliam minorem Tancredo tradi curauit, easq; postquam annum ibi peregisset, duxit in Apuliam quadringentis equitum millibus, & totidem peditibus, rubra cruce signatis comitatus: iamq; vterius progredi easq; in Syria abducere volebat, cum intelligit Alexium Græcorum imperatorem, maritimis urbibus ad suum Antiochia imperium pertinētibus infestum esse, & Christianos per ea loca transeuntes vexare. Itaque non modò defendere sese, verum etiam illum imperio pellere decreuit: maioribusque adhuc copijs in Apulia comparatis, Dyrrachium traiecit, idq; cum vniuersa Macedonia atque Dalmatia facile occupasset, nisi Ordela-phus Falierius Venetorū, qui cum Alexio foedere tenebatur, dux, ex sinu Dyrrhachino, quod illic secū manus conserere nō auderet, profectus, reliquas earum regionum vrbes præsidijs munisset, & inde ad Apulia loca maritima deuastanda contendisset. Quod etiam si ita fecisset, tamen Alexius, perterritus erat, & pacem à Boemundo petijt, eamq; impetrauit, sed ijs quas ille voluit cōditionibus. Rebus ita confectis, redijt Boemundus Antiochiam, vbi cum è vita migrasset, successorem reliquit Boemundum filium, quem è Constantia susceperat, paruum adhuc, & sub Tancredi nepotis tutela agentem.

Boemundus ducit vxorem sibi & Tancredo.

Boemundi bellum cum Græcorum imperatore.

Ordela-phus.

Boemundi mors & successor.

Anno M.C.I.

Hisdem temporibus, circa annum partæ Salutis M.C.I. accepimus Columannum Hungaria regē cum Michaele Vitali duce Venetorum foedus aduersus Normannos pepigisse, eorumque copias in Apuliam ingressas Monopolim atque Brundisium occupasse, totamque regionē trium mensium spacio diripuisse, deinde Hungaros iterū

in patriam rediſſe. Neque verò diu poſtea pacem coluit Brundufium: nam cum quarto deinde anno Genuenſes Piſanorum opera adiuti, ad eum Adriatici maris ſinum perueniſſent in quo ſita eſt vrbs Venetorum, ijs que nauigationem in Orientem impedire conarentur, Bruduſini eos copijs atque commeatu iuuerunt. Sed Veneti Henrico Dandalo duce, illinc potenti manu eos expulerunt, & Ioannem Baſilium ac Thomam Falierium copiarum ductores, Brundufium vſq; excurrere iuſſerunt: qui poſtquam Bruduſinos multis rapinis incendijs que vexaſſent, eos ad colendam cum Venetis amicitiam, & dene-gandum deinceps eorum hoſtibus auxilium, coegerunt.

Rogerus I. &
II.

Sed redeamus nunc ad propoſitam nobis Hiftoriam. Deſuncto, vti diximus, Roberto Guifcardo, vniuerſum Calabriae atque Apuliae imperium Rogerio ceſſit, quod XXV. annos adminiſtrauit, & reſpectu Rogerij patris ſui ſecundus fuit: iamq; quinquaginta annos natus, obiit Salerni, ibiq; in ſummo templo, quod pater conſtruxerat, conditus eſt. Succellorem autem reliquit Gulielmum

Gulielmus I.
II. et III. dux
Apuliae.

filium ex Hala coniuge, Roberti Friſonis Flandriae comitis filia ſuſceptum: qui reſpectu Gulielmi Ferrabrachij II. eius nominis, aut tertius etiam eſſe poteſt, ſi Gulielmi Ricardi filij ratio habeatur. Hic ergo in Rogerij patris imperium ſuccedens, vna cum Iordano Capuae, & Iordano Arriani principibus, atque Roberto Lauratelli comite, qui filius erat Gotfredi ſecundi Guifcardi fratris, ad Caliſtum Pontificem, qui tunc Beneuentum uenerat, profeſtus eſt: cumq; ei fidem atque obedientiam ſinguli promiſſent, omnes ſuorum imperiorum iuſti poſſeſſores eſſe pronũciati ſunt & confirmati. In Apuliam autem vbi rediſſet, conſtituit vxorem ducere Alexij Graecorum imperatoris, qui iam deſunctus erat filiam, iam antea ſibi oblatam: nec tamen audebat Conſtantinopolim ad illam deſponſandam proficiſci, quod ſibi metuere ab ambitione

Caliſtus I. pon
tifex.

bitione

bitione Rogerij iuuenis Sicilię comitis (is autem illic pa-
 tri eiusdē nominis, Roberti Guiscardi fratri successerat)
 quamobrē ante discessum effecit, vt pontifex totius im-
 perij sui tutelam, vsque ad Messanę fretū susciperet. Sed
 vix ingressus iter fuerat, cum Rogerius pontificis tutelā *Rogerus III.*
 parui faciēs, Calabriam inuaderet, dimidiamq; eius par- *Calabriam oc-*
 tem prius occuparet, quàm ille vllō modo succurrere *cupat.*
 posset. Verū cum vellet tamen Calistus remedium hi-
 sce rebus adhibere, Beneuentū peruenit: quo loco cum
 in morbum grauissimum incidisset, vt oporteret postea
 in lectica illum Romā iterū deportare, & ex amicis cha-
 rissimis multos amisisset: aliter Gulielmi rebus succur-
 rere non potuit, quàm quod Vgonem Cardinalē ad de- *Vgo Cardina-*
 hortandum à tali instituto Rogerium misit: qui cum il- *lis.*
 lum ad Nicephori castrum inuenisset, & multa cum pre-
 cibus tum minis tentasset, tamen efficere non potuit,
 quin ille ex hoc pontificis morbo occasione sumpta, v-
 niuersam Calabriam atq; Apuliam sibi subijceret. Inter- *Gulielmus du-*
 ea verò, Gulielmus à Græcis Promissā vxore defrauda- *plici calamita-*
 tur, & in Italiam reuersus, imperium suum à Rogerio oc- *te percussus.*
 cupatum inuenit: quamobrem sese recepit ad Salerni
 principem cognatum suum, nec multò post sine liberis
 illic è vita migravit, anno Seruatoris MCXXV. post- *MCXXV.*
 quam Apulię imperium, partim reipsa, partimq; no-
 mine tenus octodecim annos possedisset. Rogerius
 autem secundus dux, sed in Rogeriorum serie tertius, *Rogerus III.*
 cum ad Sicilię ditionem quam prius possidebat, totius *superbit.*
 quoque Calabrię atque Apulię imperium adieciisset,
 superbire cœpit: neciam amplius Apulię ducem sed I-
 talia regem sese appellare. Quod etiam si Calistus pon- *Innocentij II.*
 tifex prohibere nequiuisset, & Honorius eius succes- *cum Rogero*
 sor dissimulasset, Innocentius II. tamen, qui huic in pon- *III. bellum.*
 tificatum successit, indignatus, exercitum subitò ex tu-
 multuarijs comparauit, parum videlicet perpendens

suas vires, & aduersus Rogerium tanta celeritate cōten-
 dit, vt eum prius ad Sangermanum inuaderet, quàm de
 pontificis aduentu quicquam ille cognouisset. Quo fa-
 ctum est, vt ex ijs omnibus locis pulsum, in Galluzziij ca-
 stro, quo sese ex fuga receperat, obsederit. Quod cum in-
 telligeret Gulielmus eius filius Calabriae dux, statim cū
 potenti manu patri subsidio venit, comissoque praelio a-
 cerrimo, pontificis exercitum profligauit, eoque cum o-
 mnibus cardinalibus capto, patrem obsesum liberauit.
 Rogerius autem victor in hunc modum, pontificem o-
 mni modestia tractari voluit, eumque cum suis omnib.
 liberauit, concessis omnibus quæ petebat, solo regio titu-
 lo excepto: cumque tunc inter cætera Neapolis, quæ pri-
 us Græcorum imperio parnerat, reliquis regni Neapoli-
 tani vrribus ei accessisset, in eam cum pontifice magna
 pompa magnoque ciuium applausu ingressus est, crea-
 tisque ex primarijs ciuibus, CL. aurei velleris equitibus,
 & cæteris quoque multis officijs humanitatis donatis,
 binos menses festos atque hisce solemnitatibus sacros ef-
 se voluit: deinde verò peracto ibi biennio, Panhormū in
 Siciliam traiecit, Pontifex autem liberatus Romā redijt,
 & Anacletum quendam Petri Leonis filium, aduersus se-
 se dum abfuerat, in pontificatum esse surrogatum depre-
 hendit: conscensaque Pisanorum naui, in Galliam implo-
 randi auxiliij causa proficiscitur. Rogerius verò interea
 adulterinum hunc pontificem adorauit, & ab illo, qui iti-
 dem fauorem ambiebat, Siciliae regis nomen atque coro-
 nam impetrauit: ac primus fuit eorum, qui, absurdo titu-
 lo, vtriusque Siciliae vltra & cis fretum, reges postea dicti
 fuerunt. Quamobrem tertio anno post reuersus ex Gal-
 lijs Innocentius, cum Lothario III Saxoniae duce, cū in-
 peratorem pronunciauit, & vbi Anacletum expulissent,
 & Romanos rebelles debellassent, coniunctis viribus ad-
 uersus Rogerium expeditionem suscipiant, missisque Pi-
 sanorum

*Neapolis re-
 gni ciuitatibus
 coniugitur.*

*Roge. III. pri-
 mus vtriusq; Si-
 ciliae rex.*

*Lotharij et In-
 nocentij bellū
 contra Roger.*

fanorum copijs per mare, quæ in itinere Amalphim atque Riuellum occuparunt, ipsi summi Christiani orbis principes, terrestri itinere sine vlllo impedimento Barolum vsque progressi sunt. Nam Rogerius cum non tanto furori posse resistere speraret, in Siciliam se recepit, & totum id quod in Italia acquisiuerat, vsque ad Messanæ fretum, amisit: ad cuius gubernationem Lotharius re confecta discedens, Rainonem comitem ex suis familiaribus reliquit, ei que totum ducatum attribuit. Sed non multo post tamen, cum anno Salutis MCVL. defuncto Innocentio II. terni pontifices ordine successissent, Cælestinus, Lucius & Eugenius secundi, qui partim ignauia sua, partim impediti alijs negotijs, Neapolitani regni parua curam habuissent, Rogerius in Italiam reuersus, totum id iterum recuperauit, quod Lotharij atque Innocentij bello amiserat: pulso que in Romanorum ditionem (vbi postea Tusculanorum præfectus fuit) Rainone, à Lucio, aut, vt quidam scriptores asserunt, à Cælestino pontifice vtriusque Siciliae regni diploma denuò consequutus est.

M C V L.

Rogerius recuperat imperiū in Italia.

Quo tempore etiam cum maximis copijs in Africā profectus, Sarracenos vehementissimè profligauit, & in eas angustias reduxit, vt Tuneti regem tributarium sibi fecerit: fuit que id tributum deinceps triginta circiter annos Siciliae regibus persolutum.

Roge. expeditio in Africam.

Postea verò, cum Lodouicus Pius Gallia rex ab Eugenio III. pont. & Bernardo Claræuallis abbate, qui deinde in Diuorum numerum relatus fuit, persuasus, expeditio nem in terrā sanctam, ei suppetias laturus, suscepisset, & cum eo ac reliquis Christianis se perfidè gessisset Emanuel imperator Constantinopolitanus, prout consueta erat Græcorum perfidia: decreuit Rogerius vlcisci, profectus que in Corcyram, cum copijs quas nuper ex Africa victor adduxerat, eiusdem nominis urbem in insula expugnauit: tum vltorius progressus Corinthum in

Ludouicus Pius Rex Gall. in terram Sanctā proficiscitur.

*Roger. Sarra-
ceno's vincit: et
Gallum liberat*

*Constantinopo-
lis occupata.*

*Rogerij III.
mors.*

Pelopo nneso, Thebas in Boetia, & Nigropontem in Euboea diripuit. Iam q̄; Constantinopolim contendere decreuerat, sed cum intelligeret Venetos classem sexaginta magnarum nauium in sinu Adriatico paratas habere, quas Petro Polano duce, Emanueli auxilio mittere vellent, sese ad dextram cōuertit, & Asiae loca maritima peragrans, infideles quantum poterat vexabat, & Christianis in Syria degentibus suppetias ferebat. Quibus locis deprehendit, Ludouicū Pium, cum ex Antiochia portu soluens in terrā Sanctam nauigaret, à Sarracenis fuisse captum. Itaque illos fortiter adortus est, vicit, & Ludouicum liberatū Ioppen incolumē duxit. Hic verò cum intelligeret Venetorum copias, loca ab sese occupata, & absq; praesidijs relicta, infestare, relicto Ludouico, exercitum suum Byzantium versus conuertit, idq; occupauit: & spectante Emanuele, eius vicos exussit: deinde ipsius quoque imperatorij palatij opugnationem tentauit: & cum id non capi posse videret, eò vsque tamen progressi voluit, vt suis manibus ex eius horto poma legisse posset gloriari. Tandem verò cum earum rerum satur, in suum regnum reuerteretur, incidit in Venetorū Graecorumq; cōiunctos exercitus, & cum ijs manus cōserens, nouendecim onerarias eorum naues cepit: sicq; in Italiam saluus & incolumis reuersus est: nec multò post in Siciliam transiens, Panhormi obiit, ætatis suæ LIX. regni verò vicesimo quarto anno, atque illic in summo templo magnificè cōditus, anno salutis MCIL. Vir fuit procerus pinguiq; corpore, vultu Leonino, voce rauca: in publicis rebus seuerus, in priuatis humanissimus: ingenio magno, & praesertim in cogenda pecunia industrius: Sarracenis formidabilis: regnum bene gubernauit, templa, palatia, hortos atque alia eius generis multa magnificè construxit: & quoniam Apuliae, Calabriae, Siciliae q; imperauerat, & Tunetum in Africa regem tributarium sibi fecerat,

fecerat, hunc versum gladio suo inscultum ferebat.

Roger. gladius

APVLVS ET CALABER, SICVLVS MIHI

SERVIT ET AFER.

Successit autem illi in regnum Gulielmus, maximus natu filius, qui vt secundus rex Siciliae erat, ita inter Gulielmos quartum locū sibi vendicabat: ac principio quidem in Pontificis ditionem excurrens, Beneuentum, Ceperanum & Baucium in Latio vi occupauit: quam obrē statim ei sacris interdicitur ab Adriano III. qui tunc pontificatum administrabat, & ijs vrbibus iuramentum, quo se illi obstrinxerant, remittitur. Sed cum nec hisce poenis moueretur, aut mores suos emendaret, accidit aliquot annos pōst, vt Federico Barbarossa primum Roma discedente, Robertus Capuæ princeps, Robertus ab alta Villa, Andoinus Capuanus, alijsque Apuliae atque Calabriae viri illustres, missis ad Adrianum pont. legatis, rogarent eū ad se vsque proficisci ipsemet dignaretur, & eorum vrbes Gulielmo tyranno illinc pulso, occupare: inuenturū enim populum erga se optime affectum. Quia occasione sumpta Adrianus, statim altero mense collecto tumultuario exercitu, in Montem Cassinum ad Sangermanum profectus est: vbi cum multos regni nobiles inuenisset, qui ad eum excipiendum magnis copijs obuiam progressi fuerant, statim eos iureiurando sibi deuinxit: & Roberto Capuæ principe cum Andoino comite Capuam versus praemisso, ipse Beneuentum peruenit, vt reliquos regni incolas atque illustres viros, ex Salentinis, Calabria, atque Apulis, qui ad Sangermanum non fuerant, in suā fidem reciperet & iureiurando obstringeret. Cæterum cum de suscipienda hac expeditione Pontifex cogitaret, statim ab initio ab vtriusque imperatoris Federici Barbarossæ Germani, & Emanuelis Græci singillatim auxilia contra Gulielmum implorauerat: ac Federicus quidem eius rei causa, Anconam vsque in Picenum peruenerat,

Gulielmus III.
rex Siciliae cognomine
malus.

Adriani IIII.
pontif. aduersus
Gulielmū bel-
lum.

Federicus Bar-
barossa.
Emanuel.

Paleologus.

*Gulielmus pō-
tifici se cupit
insinuare.*

*Fortuna muta-
bilis.*

sed peste sæuius in suo exercitu grassante, ei necessum fu-
it Pisaurum, & postmodum etiam in Longobardiam re-
uerti. Emanuel verò dum Adrianus Beneuenti moraba-
tur, copias quasdam in Apuliam miserat, fractoq; foe-
dere quod cum Venetis habebat. Anconitanis sese con-
iunxerat, & apud illos oratorem suum Paleologum quē-
dam habebat: ac per eum pontifici in hoc bellū, quo ma-
ioribus copijs Gulielmum ex tota Italia pellere possent,
quinque millia auri pondo offerebat, si modò ei tres A-
pulię vrbes maritimas tradere vellet. Qua re cognita Gu-
lielmus, Cataneum episcopum ad Pontificem ablegauit,
multis illustribus viris comitarum, per quem, sollicitus
iam de sua re, veniam peccati, & in sanctæ Ecclesiæ gre-
miiū denuò recipi singularibus verbis postulabat: vtq;
melius se ei posset insinuare, offerebat, si vtriusq; Siciliaę
regno iterum ab eo restitueretur & confirmaretur, se nō
modò restitutum Ecclesiæ, quæ ei per vim prius occu-
passet, verum etiam Bauchum, Montefosolum & Morio-
nem, vrbes Beneuento finitimas traditurum, copijs suis
ei aduersus rebelles adfuturum, & auri tantundem ac Pa-
leologus promitteret, soluturum, si modò aliquid tēpo-
ris ad solutionem concederetur. Quibus eius petitioni-
bus pontifex aures præbebat, vt qui de Græcorum perfid-
ia nunquam non suspicaretur, sed cum res in concilio
cardinaliū tractaretur, nolūere s̄ assentiri, imperitia qua-
dam aut etiam auaritia persuasi. Sed ecce cum repulsam
passi legati, vix Beneuento discessissent, certiores fiūt, Gu-
lielmum cum potenti manu in Apuliam esse ingressum,
omnia deuastare, & prælio cum Apulis Cræcisq; ad Brū-
dusium commisso, eos iam profligasse: ad cuius victoriæ
famam, omnes s̄ barones ac nobiles, qui se ad Sangerma-
num pontifici obstrinxerant, ad Gulielmum iterum de-
fecerunt. Itaq; pontifex hac Cardinaliū imprudentia, no-
bilitium regni perfidia, & Gulielmi victoria motus, sese cū
illo

illo coniungere decreuit: Quod cum ei occultè significasset, reditum Romam simulans, Cardinales ad Marfos præmisit: ipse verò in S. Martini templo, quod Beneuentanæ ditionis est, Gulielmum expectauit: quò cum peruenisset, & ad eius pedes prostratus delicti veniam esset deprecatus, restitutus in integrum fuit, & regni vtriusq; Siciliæ diploma obtinuit. Quo facto ad componendas Apulix res redijt, & inde in Siciliam iterum est profectus: pōtifex verò ob tot Romanorum rebelliones Orvieti con-sedit. Ipsi autem regni barones interim, qui prius rebella-uerant, cognita compositione inter pontificem & Gulielmum, vtq; huius fœlices progressus essent, fuga sibi cōsuluerunt: & maior quidem eorum pars in Longobardiam, Robertusq; ab Altavilla in Germaniam peruenit: sed Robertus Capuæ princeps, mediocri comitatu fugiens, ad Garilianum venit, quem cum vado transmittere cog-eretur, & maior pars suorum comitum eum iam superasset, à paucis illis qui nondum transierant, perfidè captus, vinctus, & ad Gulielmum ductus est: atque ab eo oculis captus, vitam magno cum cruciatu in carceribus finiuit. Ipse verò Gulielmus, deinceps semper Pōtificum amicitiam coluit, & anno à nato seruatore MCLV. magnis copijs in Aegyptum expeditionem aduersus infideles suscepit, TUNETUMq; vrbe diripuit: cumq; illinc rediens, in Græci imperatoris hostis sui exercitum incidisset, eum magno animo aggressus est: & quamuis nauium multitudine impar esset, de illius tamen nauibus centū circiter atq; quinquaginta cepit, aut in fugam coniecit. Postea verò cum orta esset inter Alexandrum III. pont. & Barbarossam discordia, nauibus suis Terracinam missis, pontificem in Galliam deueniendum curauit: & cum inde reuertēs Messanam appulisset, saluum & incolumē Romam vsq; deportari iterum voluit. Et quamuis interea temporis semper regium animum fortibus rebus ge-

*Gulielmus pō-
tifici Adriano
reconciliatur.*

*Rebelles regni
fugiunt.*

*Roberti Capua-
ni infelix fuga.*

*Gulielmi infor-
tunium.*

stis declararet, nihilominus à subditis odio habebat, qui
 eum tyrannicè dominari, & per Marinum suum, rerum
 maritimarum in Sicilia præfectum, cogendæ pecuniæ ni
 mis attentum auarumq; esse querebantur: quo factum
 est tandem, vt nobilitas omnesq; primarij rebellarent, oc
 cupatoq; palatio quod Panhormi habebat, & ipso Guli
 elmo in vincula coniecto, omnia illius hona atq; thesau
 ros diriperint: ac cum eius rei honestam aliquam defen
 sionem prætexere cuperent, Rogerium maximum natu
 filium in eius locum substituerunt, atque equo imposi
 tum per urbem duxerunt magno populi applausu, qui al
 ta voce acclamabant: *Viuat Rogerius rex: moriatur autē*
Gulielmus qui regnum perturbauit: & deinde in domū
regiam collocarunt. Rogerius ergo quartus, hoc modo
 ad regnum euectus fuit: sed nō diu ei fortuna fauit: nam
 populus, vt varius & inconstans esse solet, errorem suum
 agnoscens, metuebat ne fortè patri illatam iniuriam ef
 set vindicaturus, & de eo deponēdo deliberabat. Quam
 obrem concitato tumultu, factus est impetus in palatiū:
 cumq; firmatæ portæ essent, cœptum est oppugnari. Ro
 gerius verò tumultu audito, cum ad fenestram tūrris cu
 iusdam in Palatio Piscinæ nomine accederet, telo iuxta
 oculum ictus & caput transfixus, vitam finiuit. Quem
 casum miserati ipsimet qui tumultum concitauerant, i
 psiusq; Gulielmi, qui hunc filij interitum è carcere spe
 ctauerat miserti, eum è vinculis solutum, in regnum re
 stituerūt. Hoc facto, viri principes totius regni, moti con
 scientia sceleris in regem suum admissi, metuere vindi
 ctam cœperunt: cuius rei causa se in suas quisque villas
 atque arces recipientes, eas quoad fieri poterat munie
 bant: quo factum est, vt quandiu deinceps Gulielmus im
 perauit, regnum nunquam sine rebellionibus, conten
 tionibus, cædibusq; fuerit. punitusq; est etiam inter cæ
 teros Mathæus Nouellus, qui Siciliae admirallium, ex in
 timis

Rogerus III.
rex vtriusq; Si
cilie creatur.

Populus incon
stans.

Rogerus III.
moriatur, et Gu
lielmus resti
tuitur.

Regnū tumul
tibus plenum.

timis primarijsq; regis cōsiliarijs vnum, manu sua neca-
 uerat. Iisdem illis calamitosis temporibus condita Nea-
 poli fuere Capuana atque Ovi arces, quarum illa postea *Capuana &*
 à Carolo I. Andouino duce est restaurata, & quoniam à *Ovi arx.*
 Normannis ambæ essent extructæ, longo tempore Nor-
 mandicæ dictæ fuerunt. Tandem verò Gulielmus è vita *Gulielmus no-*
 migrans, finem ijs turbis imposuit, postquam anno æta- *ritur.*
 tis suæ IIII. regnum vnum & viginti annos administra-
 set: vir sanè ingenij & corporis viribus excellens, atq; in
 rebus gerendis felix: quod etsi ita esset, tamen infelix vi-
 deri potuit, quod à suis odio haberetur, ex quo etiam co-
 gnomentū Mali obtinuit, veluti qui eum sequutus, Bo-
 nus, vti mox dicemus, fuit nuncupatus: conditus autem
 Panhormi est in summo templo iuxta maiores suos.

Ei igitur defuncto successit eiusdē nominis secundus *Gulielmus V.*
 filius, qui in Guliermorū serie quintum locum tenebat, *& eius dotes,*
 & cognomento Bonus dictus est. hic ad vtriusq; Siciliae *hic sub sp. p. l. an*
 regnum XI. ætatis anno cuctus, permultis animi, corpo- *dy scriptis Norm*
 ris atque fortunæ dotibus excelluit: nam erat pulcher, *ut cuiusq; dotes s*
 conspectu iucundus, eloquens, moderatus, castus, libera *r. o. p. m. p. r. d. s*
 lissimus, clementissimus, & in deliberando multorū con- *et Carolus / q;*
 silia audiebat: semperq; eam ampliētabatur sentētiā,
 quam à pluribus communiter probari videret: virtute
 præditos viros muneribus, & literatos præsertim hono-
 ribus afficiebat. Regnum cum iusticia magnaq; tranquil-
 litate gubernauit, condonatoq; omnibus rebellibus er-
 rorē, illos exulantes in regnum reduxit, & in integrum
 restituit, tanta scilicet eius erat benignitas: præ cæteris
 autem Neapolitanos plurimū amauit, & cum ibi tum
 alibi magnam curam gessit earum rerum quæ ad religio-
 nem spectabant, & communē Ecclesiæ vtilitatem, etiam
 vbi non esset rogatus. Etenim cum postea Roma à Fede- *Gulielmi stu-*
 rico Barbarossa obsideretur, magnam pecuniæ vim vnā *dium erga Ec-*
 cum tribus magnis nauibus Alexandro III. pont. substi- *clesiam.*

*Frangipanorū
familia.*

dio misit, quibus defensionem aut etiam, si opus esset, fugam adiuuaret: quam pecuniam Alexander in Frangipanorum familiā ac Petri Leonis filios diuisit, sicq; portarum atque totius vrbis custodiam, cui illi præerant, roborauit: in binis autem nauibus duos Cardinales ad Guilielmum ablegauit, qui de suis rebus cum eo consilium quotidie caperent. Quamobrem etiam Guilielmi consilio pontifex Roma relicta sese Beneuentum postea contulit, & in viginti annos fœdus cum Venetis pepigit: nec postea vnquam de pace tractatum fuit, quin ea Guilielmus comprehenderetur. Nam cum deinde pontifex Venetias, ad pacem cum Barbarossa cōcludendam proficeretur: Guilielmus ei cum vniuersa nobilitate obuiam processit, & Vestias vsque, Gargani montis vrbem deductum, permultis equis albis donauit, eiq; tredecim naues instructissimas tradidit: quibus illinc soluens ad Pelagosam insulam peruenit: atque hinc iterum ad Laseenam, & Zaram atque Venetias appulit: ibique eadem cum Federico pace, Guilielmum ad quindecim annos includit: quod proinde illi præ cæteris Barbarossæ hostibus contigit, quibus non nisi inducias ad annos sex concessit. quibus rebus confectis, eodem honore exceptus est etiam à Guilielmo Alexander, cum illinc Sipontum rediisset, & inde per Troiam, Beneuentum & Sangermanum sese in Anagninā reciperet. Postea verò cum Andronicus Græcus Hemanuelis II. paruuli tutor, imperium pupillo perfidè abstulisset, omnesq; Italos aut qui Latini essent, ob suspicionem quandam, Constantinopoli expulisset, Guilielmus, vt erat animo generoso, indignatus, vindicare hanc eius crudelitatem decreuit, & maximis naualibus terrestribusq; copijs eò profectus, Thessalonicam multasq; alias Græciæ atque Thraciæ vrbes occupauit, vastauit, & quasdam etiam destruxit. Andronicus verò ex vrbe aduersus Guilielmum cum progredi nō auderet,

*Guilielmi &
Pontificis cum
Barbarossa fœ
dus.*

*Guilielmi con-
tra Græcos ex-
peditio.*

auderet, quod sibi metueret à populi rebellionè, à quo odio habebatur, tandem à ciuibus Byzantinis captus, & in frustra dissectus fuit: cui Isaacus quidam substitutus pa- *Isacus Græcùs*
 cem cum Gulielmo fœdusq; iniit tam arctū, vt nisi Lu- *imperator.*
 cij III. pontificis mors interuenisset, ambo coniunctis vi-
 ribus, expeditionem Hierosolymitanam fuissent susce-
 pturi. Sed non defuit tamen Gulielmi erga Christianos *Gulielmi stu-*
 bonitas, eo maximè tempore, quo à Saladino vexaban- *diū erga Chri-*
 tur. Cum enim inter Guidonem Lusignanum Hierosoly *stianos.*
 morum regem, & Bertrandum Tripolis comitē graues
 discordias esse cognouisset, & Christianis maximè peri-
 culosas, ijs auxilio misit quadraginta naues onerarias
 Margarito Siculo, insigni virtute viro, ductore: quæ clas-
 sis vsque ad eò instructa, eò perueniens, cum Saladinus
 recuperata Hierosolyma Tyrum obsideret, vix credeba-
 tur esse Gulielmi, donec Margaritus ipse appulisset: ac
 tantum auxilij præstitit Conrado Montisferrati mar-
 chioni, qui illam defendebat, vt Saladinus ab obsidione
 discedere cogeretur. Et cum postea Christiani Hieroso-
 limis cum Heraclio patriarcha omnibusq; sacerdotib.
 ita eiectione essent, vt non nisi ea licuisset auferre quæ secū
 portare possent: iamq; nonnulli eorū Antiochiam, non-
 nulli Tyrum atque Alexandriam peruenissent, Margari-
 tus eos sua classe exceptos, in Siciliā saluos deuexit. Nec
 minora hiisce humanitatis officia præstitit etiam postea
 Gulielmus Christianis, cum sub Clemente III. pontifice, *Alterā in ter-*
 alteram in terram sanctam expeditionem suscepissent, *ram sanctā ex-*
 Federico Barbarossa imperatore, Philippo Gallia, & Ri- *peditio.*
 cardo Angliæ rege, arque Otthone Burgundo ducibus:
 nam toto eo tempore, mare à pyratis tutum copijs suis
 conseruauit, & comeatum eorum exercitibus ex Sici-
 lia sufficientem adduxit. Ac cum demum, ob ducum di-
 scordiam, Christiani magnum damnum accepissent, &
 exercitum amisissent: non inter leuia detrimenta nume-

*Gulielmi im-
matura mors.*

rarunt, id quod ijs ex Gulielmi morte prouenisset. Dum enim ij Acros obsiderēt anno parte salutis MCLXXXVI. obiit ille Pahormi, non modò suorum subditorū, verū etiam vniuersi Christiani orbis summo dolore: erat autem annos natus XXXVII. & regnū per vigintisē iam administrauerat, nullis post se relictis liberis, sepultusq; est Panhormi in templo, eiusq; monumento hæc verba insculpta fuerunt: HIC IACET BONVS REX GVLIELMVS.

Iam verò quoniam Gulielmus sine liberis defunctus erat, videbatur Clementi III. pontifici, regni hæreditatē ad Ecclesiam pertinere, iamq; de eo Apostolicæ sedis nomine occupando deliberabat: sed cum id intelligerent in regno viri principes atque nobiles, siue ob amorem quo erga defunctum Gulielmum totamq; Normandicam familiam erant affecti, siue quod non sub Pontificibus esse vellent, quod eos non veros dominos esse, paruamq; subditorum curam habere putarent, siue denique vt possent deinceps liberiores atque potentiores esse: subito regem sibi elegerunt Tancredum quendam, qui Rogerij III. filius spurius esse putabatur, & à Gulielmo, ceu ex domestica familia natus, ex Græcia reuocat⁹, in aula iam ante honestissimo loco habebatur: cum autem is filium haberet paruulum Rogerium nomine, voluit eum vnà secum in regem inaugurari. Hoc ipso autē factum est, vt Apulia atque Calabria totæ tumultibus agitæ fuerint: nam Clemens eò suas copias miserat ad eas prouincias occupandas, dumq; eis Tancredus sese opponerat, rapinis atque incendijs omnia deuastabatur. Neque verò hisce turbis finem imposuere maiora negotia, atque ipse Clementis obitus interueniens: nam cum et Cœlestinus III. successisset, statim postquam fuisset inauguratus, anno Salutis MCIXC. Henricum sextum Federici Barbarossæ filium, ab electoribus Cæsare pronun-

*Tancredus spu-
rius Neapol.
rex.
et Rogerius V.*

*Clementi III.
succedit.
Cœlestinus III
in pont.
MCIXC.
Henricus VI.
imperator eli-
gitur.*

ciatum,

ciatum, imperatorem declarauit hisce conditionibus, vt Ecclesiæ restitueret quæ ad illam pertinebant: deinde vtriusque Siciliæ regnum suis sumptibus, sed ceu feudum Ecclesiæ occuparet. Atque istud quidem, vt meliori occasione facere posset, Panhormitani archiepiscopi opera, Constantiam filiam Rogerij III, qui ex Rogerio III. Guilielmi Boni auo natus erat, clanculum ex monasterio S. Mariæ Panhormitanæ, vbi abbatissa erat & annos iam L. nata, ad liberos procreandos propè inepta habebatur, euocandam curauit, & Romam deductam, Henrico eodẽ tempore desponsauit: totum id condonans, quod à religione, quam diu fuisset professa, discedens, peccaret: in eum scilicet finem omnia isthæc faciens, vt Hêricus ceu verus successor vxoris nomine, honestiorem occupandi eius regni causam haberet. Sed vt isthæc melius intelligantur, atq; lectori exemplo esse possint, quanta sit in rebus humanis varietas, atq; fortunæ inconstantia, repetendum nobis paulò altius fuerit Tancredi huius atq; Constantiæ genus. Rogerius III, qui primus rex Siciliæ fuit, filium natu maximum eiusdem nominis habuit, quem vt literis atque moribus melius erudiret, ab aulæ suæ delitijs remotum, apud Robertum Leuccij comitem cognatum suum educari curabat. Hic cum iam adoleuisset fortisq; atq; alacris esset, comitis filiam iuuenulã pulcherrimam, eiusdem propè ætatis, mirum in modum deperibat: cumq; tandem concupito amore potiretur, ex ea binos liberos Tancredum atque Constantiam suscepit, eosq; clanculum educandos curabat. Ac cum in eum modum totus Veneri deditus esset, nimiumq; amori indulgeret, incidit tandem in morbum grauissimum: quo factum est, vt eum Rogerius pater rex in Siciliam ad sese reuocaret: vbi cum magnopere extenuatus atque phtisicus, moriendum sibi esse videret, parenti non sine gemitu ac lacrymis errorem suum ac tanti morbi causam cõ-

*Constantiæ &
Tancredi ortus
& educatio.*

*Rogerij III.
furtiuus amor.*

memorat. Quamobrem indignatus rex, vlturum se hoc, & comitem cum vniuersa familia deleturū minabatur, quòd illius opera id factum esse existimaret: sed miser adolescens Rogerius contrà, precibus apud patrem instabat, quibus effecit, vt ceu vnicum suę mortis solatium, pater ei ante obitum, amicam suam comitis filiam desponsare permetteret, ne bini liberi spurij forent, ipsiq; Roberto delicti veniam daret. Qua re confecta mox ex hac vitam migravit. Sed non seruauit pater ea quę filio promiserat: nam eo defuncto, statim Robertum comitem bello est persequutus, vt illi cum Vniuersa familia atque etiã Tancredo nepote in Græciam fugere, & illic vitam finire necessum fuerit: Constantia verò tunc à rege in S. Marię Panhormitanę collegium missa fuit. Postea autem cum defuncto Rogerio II, regnum tandem ad Gulielmū Bonum, vti diximus, peruenisset, duxit is in vxorem Anglię regis filiam: ex qua cum nullos liberos suscepisset, & cuperet tamen ex domestica familia successorem relinquere, quæsiuit per Græciam hunc Tancredum, & ad sese in Siciliam vocatum, honesto loco habuit, Leuccijq; comitem fecit: atque hic is Tancredus est, quem nobilitas regni, post Gulielmi mortem regem sibi delegit, eaq; Constantia, quam ex monasterio pōtifex eduxit. Iam ad propositum redeamus: Henricus statim postquam imperij coronam accepisset Tusculum primū, ceu urbem quę ad Romanam curiam pertineret, reddidit: quod Romani mox ex fundamentis euerterunt, ex eiusq; lapidibus Capitolium Romę instaurarunt, veluti id etiamnum apparet: Tusculani verò hinc inde dispersi, partim Romã, Tybur Velitrasq; ad habitandum concesserunt, partim verò in locis Tusculo vicinis sedes posuerunt, atq; illic arces quasdam & villas extruxere, e quarum munerò etiamnum extant Mulara, Rocca Papia, Rocca Priora, Burgum & S. Cæsarium, quę omnes ex Tusculi ruina conditæ

Tusculum dirutum.

Arces ex Tusculi ruina.

tæ fuerunt. Deinde in regnum Neapolitanum profectus,
 illinc Constantiam misit in Siciliam, & ipse ad Neapoli- *Henricus VI. &*
 tanæ vrbis obsidionē sese accinxit: uerūm cum aeris in- *Neapoli disce-*
 temperie quadam pestis in illius exercitu grassari cœpisset, *dit.*
 soluit illinc & in Germaniam reuersus est. Constan-
 tiæ verò dederat quoq; mandatum vt eum sequeretur:
 sed cum audiret Neapoli iam, quosdam tumultus exci-
 tari, satius visum est, vt in regni finibus maneret: quam-
 obrem Caietam reuersa est. In Apulia autem reliquit e- *Theobaldus*
 tiam Theobaldum, vnum è suis militiae ducibus, qui ac- *Henrici nomi-*
 cepta ab eo pecunia, & magno exercitu comparato, Sa- *ne in Apulia.*
 lernum expugnauit, & sic totam Apuliam gubernauit. *MCVIC.*
 Sed recuperauit tamen regnum Neapolitanum denuò
 Tancredus, anno Seruatoris MCVIC. postquam Henri-
 cus in Germaniam discessisset, & Constantiam, quæ vix
 manus proditorum quorundam Cumis euaserat, Saler-
 ni cepit, captiuamq; in arce quadam ita clanculum ser-
 uauit, vt per totam Italiam mortua iam esse putaretur.
 Quæ dum ita gerūtur, migravit ex hac vita Rogerius V. *Rogerus atq;*
 Tancredi maximus natu filius, quem vnà secum ad re- *Tancredus mo-*
 gnūm euehi voluerat, & cui Hirenem Isaci Græcorū im- *riuntur.*
 peratoris filiam desponsauerat: qua ex re tantum sensit
 dolorem bonus pater, vt ipse quoque mox vitam cum
 morte cōmutarit, cum vix IX. annos regnasset: reliquit
 autem ternas filias, & vnum Gulielmū nomine filium,
 quem mater Sibylla mox Siciliae regni habenas capere
 & regem denūciari curauit, fuitq; inter Gulielmos, qui *Gulielmus VI.*
 à primo Tancredo originem duxerat, in ordine VI. Ve-
 rūm Henricus imperator interim, qui sibi huius regni
 iura vendicabat, cum maximis copijs ex Germania an- *MCVC.*
 no MCVC. reuersus, id vniuersum sine labore denuò oc-
 cupauit, & Constantiam coniugem, quæ obijisse putaba-
 batur, recuperauit. Quamobrem Sibylla Tancredi de-
 functi vxor, cum se imperatori resistere non posse vide-

Pax infausta Sibylle cum Henrico VI.

ret, sese cum Gulielmo filio atq; binis filiabus, in munitissimā quandam arcem recepit: cumq; Henricus de pace cum ea ageret, necessitate coacta illam hisce modo conditionibus ab imperatore iureiurando confirmatis admisit: vt Gulielmo videlicet eiusque posteris Leuccij comitatus in Iapygia, & Tarenti principatus attribuerētur, sicq; in Henrici potestātē fidemq; se dedit. Verū ille iurisiurandi oblitus, datam fidem non seruauit: nam

Henricus perfidē agit.

illam cum Tancredo filio binisq; filiabus (quamuis testentur aliqui, filias ab eo liberatas fuisse dimissas, id quod magis est veritati consentaneum) captiuam misit in Germaniam vnā cum alijs quibusdam nobilibus, quibus minus fideret: inter quos fuit archiepiscopus Salernitanus eiusque fratres, & is de quo supra diximus. Margaritus rerum naualium insigniter peritus: cumq; eō peruenissent, Archiepiscopum perpetuis carceribus addixit: eius fratribus oculos effodere curauit: Gulielmum, ne vllam de se prolem producere posset, castrauit: de Margarito quod sumpserit supplicium non constat, sed Hirenā

Hirene Philippo Sueuo elocata.

Ifaci Græci imperatoris filiam, quæ à Rogerio maximo Tancredi filio vidua relicta fuerat, Philippo Sueuo fratri vxorem dedit. Atq; ita quidem tractatis Normannorum reliquijs, Henricus thesauros quoq; corū aurumq; summa diligentia conquisiuit, & subditos tot exactionibus grauauit, vt eas prouincias auro argentoq; spoliârēt.

Henricus avarus.

Normandica familia finis.

Talem tamq; miserum finem in Sicilia & Neapolitano regno habuit nobilissima Normannorum familia, in masculino saltem genere: ex qua magnanimi duces, principes atque reges, veluti ex superioribus apparet, prodierunt. Nec melior fortuna iam antea ei in Oriente contigerat: Boemundus enim Roberti Guiscardi filius, postquā in Syria multas res, ea expeditione, quæ in terram Sanctā suscepta fuit, præclare gessisset, communi Christianorū consensu, magnæ Antiochiæ princeps creatus fuerat, & foeliciter

foeliciter moriens, eiusdem nominis filium, ex Constantia Philippi Gallia regis filia susceptum reliquerat: quæ, paruum adhuc, Rogerio fratri, quo nomine ei fidebat, educandum dederat, imperiumque commiserat Tancredo nepoti, eiusdem Rogerij filio, qui cum ex Italia in Syriam sequutus fuerat: ut id tandiu administraret, donec Boemundus Iunior, per ætatem ei muneri aptus fieret. Tancredus igitur etiam si in ea expeditione insignia suæ virtutis specimina multa edidisset, tamen in restituendo Antiochiæ imperio non admodum properabat: sed cum non multo post in acri quodam prælio cum Turcis commisso, interimeretur, vocatus fuit Boemundus ad Paternum imperium, à Balduino II. tertio Hierosolymorū rege: quare eò decem onerarijs navibus magnis comitatus venit, XVIII annos natus, formosus, conspectu iocundus, humanus, familiaris, fortis, magnanimus, multisque alijs virtutibus singulariter ornatus. Quamobrem dedit ei in uxorem Balduinus Ailifam filiam suam natu maximam: Verum & ipse tandem, cum in Ciliciæ quadam planitie, nil mali suspicans quiesceret, ab Rhodoano Turco Alepi regulo perfidè adortus atque interfectus fuit: reliquit autem unicam filiam ex Ailifa susceptam, Constantiam nomine: quam postmodum duxit in uxorem Raimundus Ponticure comes, & matrimonij eius ratione, Antiochiæ quoque principatum obtinuit: cumque ex illa filium suscepisset, Boemundum eum aui materni nomine appellavit: qui cum ad idem Antiochiæ imperium pervenisset, Boemundus III. nuncupatus fuit. Præter hosce, nullos mares legimus ex Normandiæ familiæ principibus, qui communiter Guiscardi vocabantur, in Italia aut Syria remansisse: quamvis non deessent adhuc in regno, ex Normannorum gente, multi nobiles, qui ducatus quosdam atque comitatus possiderent. Itaque sicuti in alijs rebus humanis cernimus euenire, ita hic quoque finem

Boemundus
minor.

Tancredus II.
occisus.

Boemundus
moritur.
Rhodoanus
Turca.

Boemundus III.

Interitus fami-
liæ Normandi-
cæ vnde?

habuit vetustissima illa atque nobilissima familia: non sine culpa Romanæ curiæ profectò, quæ sicuti aliàs quoque cum in hoc regno tum alijs fecit: ita hîc, imperium aliorum laboribus partum, in Germanos transferre voluit: quamobrem non sine prouidentia iustoq; Dei iudicio, postea meritas pœnas dedit.

LIBRI TERTII FINIS.

PANDVLPHI COLLENVTII
PISAVRENSIS IVRISCONSULTI HI-
STORIAE NEAPOLITANAE AD HERCVLEM I.
Ferrariæ ducem, Liber IIII.

Ioan. Nicol. Stupano Rhetor interpretæ.

ARGVMENTVM.

Quarto hoc libro, primum Henrici VI. Imperatoris res gestæ narratur: deinde Marquardi de occupando regno Neapolitano proditoria cogitationes: res gestæ Gualtheri Brēnensis, captiuitas atq; mors: Othonis IIII. aduentus atque obitus: Friderici in regno progressus: expeditio in trans mare positas regiones: filij rebellio: bellum aduersus Romanam curiam, ab eoq; Genuenses atq; Pisani exercitus fracti, vt in Parma obsidione superatus interierit: postea sequuntur Manfredi filij eius progressus: Conradi Mansfediq; in regnum Neapolitanum aduentus, viq; eodem perueniens Andouinus dux, illos superarit, regnumq; occupat, & quomodo deniq; Conradinus etiam in regnum profectus, fractus atque necatus fuerit.



B Henrico VI. Imperatore, quarti huius nostri libri exordiū sumemus, q̄ ab eodē originem duxerint, qui ex Sueuica familia in regno Neapolitano regnarūt. Quāuis autem superiori quoque libro de illo quædam dixerimus, prout necessum est.

Henrici VI. Imperatoris
res gestæ
159 de p. 116

Sueuica domus

esse videbatur, in demonstrando Normandicæ familiæ sine, tamē hīc iterum breuiter eorum aliqua repetemus, vt historiæ ordinem progressumque conseruare possimus. Henricus Friderici primi imperatoris, qui Barbarossa dictus est, maximus natus filius, patre adhuc viuo eodemque; ita ordinante, Aquisgrani Romanorum rex creatus est: postquam verò idem illius pater, infortunio quodam in Fretto Armeniæ minoris fluuio submersus fuisset, vt ab orientalis historiæ scriptoribus accepimus, renunciatus est Imperator anno Domini MCXC. & à Cælestino tertio pontifice, aduersus Normannos vocatus, Romæ Constantiam ex monasterio tractam (vti suprà diximus) vxorem duxit: acceptaque ibi vnà cum coniuge imperij corona, anno MCIXC. ad Neapolim obsidendam profectus est, atque illinc Constantiam in Siciliam misit. Verum cum obsidionem soluere cogeretur ob grassantem pestilentiam, mandauit Constantiæ, vt sese in Germaniam sequeretur, anno salutis MCVIIIC. Ad Aemiliam autem Flamminiæque gubernationem reliquit Marquardum quendam Hanenfederium baronem, quem earundem prouinciarum, Rauennæque ducem, & Piceni comitem fecit: Leboriorum administrationē Theobaldo, qui in Arceo castro considebat, dedit: Conradum Spoleti ducem atque Federicum Lanceā Calabriæ præfecit, & Philippo fratri denique Sueuiæ duci, Tusci imperium cum Mathildæ comitissæ diplomate tradidit. Constantia igitur grauida, Henricum in Germaniam sequutura, in Picenum vsque peruenerat, vbi cum à marito mandatum accepisset ne vlterius progrediretur, sed ad regni Neapolitani fines rediret, ob quosdam tumultus, qui ibi concitati esse dicebantur, essetque iam partui vicina, in Esiorum vrbe, in qua tunc erat, filium peperit, anno MCVIC. eumque paterni aui nomine Federicū appellauit. Et quoniam ætate prouecta, iam annum quinquagesimum su-

Barbarossa
mors.

Anno MC
XC.

Marquardus
Hanefederius.

MCVIC.
De Constantiæ
partu dubita-
tur.

perabat, vix credebatur verè concepisse: qua de re Henricus ipse primum omnium suspicatus fuerat: nam statim postquam id intellexisset, vt certam rei cognitionē haberet, consuluit Ioachimum Abbatem, qui tunc florebat, & prophetici spiritus fama celebris erat: à quo respōsum accepit, quòd ab sese reuera concepisset, & filium esset paritura. Idem Abbas multa alia tunc imperatori prēdixit, de successibus quos in Vita vnà cum coniuge esset habiturus, & morte quam non multò post, ad Malazziū Messanæ vicinum subiturus esset: & quædam denique Erithræ Sibyllæ, & Merlini oracula declarauit. Itaque Cōstantia (vt erat prudentissima mulier) cum partus horam vicinam esse cognosceret, expandere in Esiorum vrbs foro tentorium curauit, & illic pariens, potestatem fecit omnibus nobiles viris atque matronis ad sese veniendi, & partum hunc conspiciendi, ne deinceps quisquam suppositium eum fuisse suspicaretur: finitoque puerperio, Caietam se cōtulit, Federico apud Spoleti ducissam, vt ibi nutrirētur, relicto. Dum hæc ita geruntur, Richardus Angliæ rex, qui, vnà cum alijs, magnam illam in terrā Sanctam expeditionem, vt dictum est, susceperat, ob priuatas quasdam cum Philippo Galliarum rege cōtrouersias, conscensis nauibus ex Syria versus Angliam vela dabat: quo in itinere, nō sine diuina, vt putatur, vltione, naufragium passus, cum paucis quibusdam vix euasit, & per Germaniam cum ijs, patriam versus clanculum iter faciens, à Leopoldo Austriae duce captus fuit, & Henrico imperatori missus: apud quem sesquiannum in vinculis detentus, nō nisi persolutis centum millibus argenti marchis sese redemit. Nec desunt scriptores, vt Archiepiscopus Florentinus, & Dandalus, qui ducenta millia eum numerasse asserant: Vt vt sit, in hoc sanè conueniunt omnes, quod ingenti pecuniæ vi ab Henrico sese Richardus redemerit: cuius partem, cum suis ducibus in Italiam Henricus misisset,

*Ioachimus Ab-
bas propheta.*

*Cōstantia prū-
dens consilium*

*Richardus An-
glie regis infor-
tunium.*

misisset, multas ij regiones subiugarunt, cum cæteri tum
 maximè Theobaldus, qui inter cætera Salernum quoq; *Salernum ex-*
 expugnauit, magnaq; præda illinc comparata, exercitū *pugnatum à*
 opulentum reddidit. Sequutus deinde est annus serua- *Theobaldo.*
 toris MCVC. quo Henricus Anglica pecunia instructus *MCVC.*
 in Italiam redijt: vbi cum Federicum Germaniæ regem,
 principum opera creasset, Neapolitanum regnū ingres-
 sus, id vniuersum vnà cum Sicilia, absque vlllo labore aut
 subiectorum defensione subito occupauit, Sibylla q; Gu- *Sibylla capta.*
 lielmi VI matre, quam in Sicilia obsederat, deditioe ca-
 pta, atque in Germaniam, vt supra dictum est, missa, ade-
 ptus est vtriusque Siciliae regnum. Quo modo cum dele-
 uisset Normannorum familiam: collectis raptisque eo-
 rum regnorum opibus Messanam se contulit: vbi, cum
 nouam quãdam rebellionem quæ tentabatur acerrimè
 punisset, scripsit in Germaniam, quid de obsidibus, nobi *Henricus obsi-*
 libusq; Siculis, quos eò miserat captiuos fieri vellet: & *des malè tra-*
 imperauit, vt iam ante memorauimus, fratribus Saler- *ctat.*
 nitani archiepiscopi, effoderentur oculi, Gulielmus verò
 castraretur. Tandem eadem in vrbe incidit in morbum, *MCVIIC.*
 anno partæ salutis MCVIIC. & astante ei Constantia cõ-
 iuge mortuus est, atque ab illa Panhormi magnificè se- *Henrici obitus*
 pultus: non sine suspitione Veneni à Constantia procu-
 rati, propterea quòd Gulielmum nepotem cæterosq; que
 obsides captiuos, cognatos suos ita malè tractasset: quã-
 vis ipsa hac in parte, etiam à Germanis scriptoribus excu-
 setur. Itaque defunctus est Henricus, vbi post parentis o-
 bitum VII annos imperasset, & quatuor Neapolis Sici-
 liæq; regnum cum magna tranquillitate possidisset: eū-
 lamq; moriens regnum Federico paruulo legauit, eū-
 que vnà cum Constantia matre, Pontifici, Philippo fratri
 tutori, cæterisque totius regni nobilibus ac ducibus, plu- *Henrici condi-*
 rimum commendauit. Fuit autem Henricus ingenio at- *tio vitæ,*
 que eloquentia præstans, statura & forma mediocri, cor-

pore imbecillo, sed animo magno: quo fiebat vt semper hostibus suis terrori esset: Venationibus plurimum deditus erat, atque aucupijs, cum cæteris, tum verò ijs maxime, quæ falconibus alijsque carniuoris auibus fiunt, quæ aucupandi modum, à Federico illius patre, primum in Italia vsurpatum fuisse accepimus.

*Federicus II.
eiusque prima
regni admini-
stratio.*

Defuncto igitur Henrico, Federicus II. eius nominis, filius adhuc paruulus in Neapolis atque Sicilia regnū successit, Constantiæque matris cura gubernabatur: hæc enim exequijs mariti celebratis, Panhormum ad sese adduci eum (cum prius apud Spoletani ducis coniugem educaretur) & vtriusque Sicilia regem denunciari curauit, puerum adhuc, vt qui nondum tertium annum expleuisset, atque vnà cum illo eiusque nomine regnum cœpit administrare. Nec defuere ijs in hac tenera ætate, regni que gubernatione calamitates atque tumultus: nam

*Marquardus
Federici hostis*

vix annus ab obitu Henrici erat elapsus, cum Marquardus Anconæ marchio, ab Innocentio III. pontifice pulsus, sese Federici tutorem vendicare cœpit, eoque prætextu in regnum ingressus, ipsum occupare, imperioque suo subijcere conatus est: iamque verborum hisce illecebris atque fraude multos sibi in Apulia subiugauerat: Sed cognita ea re Constantia, hostem esse illum atque rebellem declarauit, simulque omnibus subditis mandauit, vt eum pro hoste haberent. Nec dum sedata erat hæc regni perturbatio, cum in morbum incidens Constantia, ex hac vi-

*Innocentius III.
pontif.*

ta migravit, Federico Innocentij pontificis atque apostolice sedis fidei commissio. Innocentius ergo, qui hanc curam libenter suscepit, primum, missis eò legatis, qui Federici regnum suo nomine administrarent, Gerardo Dracino, S. Hadriani, & Gregorio Galgano S. Mariæ in porticu Cardinalibus, boni tutoris officium functus est: nam & Marquardus eum pecunia corrumpere, & ad suas partes pertrahere conatus est, offerens ei vicies mille auri uncias

fi

si pateretur vt Pahormum occuparet. Atque vt id à pontifice honestiori prætextu fieri posset, qui iam regis atq; regni ipsius tutelam susceperat, testibus probaturum se pollicebatur, quòd Federicus nequaquã ex Henrico atq; Cõstantia, sed supposititio quodam partu natus esset. At non successit ei tamen institutum, quod Pontifex, re intellecta, illius dolos sapienter reiecerit, armorumque viribus ex regno pellendum profligandumque curauit, vt deinceps nihil amplius de eo fuerit auditum. Interea verò Philippus Sueuiæ atque Tusciæ dux, & ipsius Federici patruus ac tutor, nepotis sui regni administrationi, vacare non poterat, quòd grauioribus curis impeditus esset: nam post obitum Henrici, bini fuerant ab electoribus electi imperatores, Otho III. videlicet, Saxonie dux, cuius partes fouebant Pontifex atque Angliæ rex, & idem hic Philippus, cui Gallus fauebat. Hic ergo quoniam multis bellis distrahebatur, & tandem etiam multas passus calamitates, ab Othone Vuitilbachio comite Palatino Rhemi in conclauis quodam nefarie occisus est, regni nepotis sui curam gerere non poterat: quamobrem à legatis Pontificis, solius Apostolicæ sedis nomine gubernabatur, Marquardo totis eius finibus pulso. Ex qua occasione, noua quædam maximeque memorabilis perturbatio atque tumultus, in regno Neapolitano sequutus est, eo vt nunc dicemus modo. Sibylla, quæ Tancredi Normanni vxor fuerat, & ab Henrico in Germaniam, vti suprâ memorauimus, cum Gulielmo VI. filio castrato missa, cum regni atque imperij res eò modo turbatas cerneret, ex Germania cautè Romam ad pontificem cum filiabus suis proficiscitur, & ostendit regnum filia suæ natu maximæ debere, quòd optimo iure in Gulielmi fratris, & Tancredi parentis locum succedat: quamobrem peterè sese ab eo auxilium filia elocandæ, & in regnum restituendæ. Pontifex verò et si diceret se tanto oneri parem non esse, tamē

*Otho Vuitilbach
latro.*

*Sibylla Normã
na perturbat
regnum.*

Sibylla benè rē
agit.

Philip. Gal. rex

Gualtherus
Brennensis.

Ioannes Bren-
nensis.

Gualtheri te-
nuis apparatus

eam consolatus, suavit, vt idem à Galliaē rege postularēt:
se enim in ijs quæ posset, promptum fore. Quamobrem
ad Philippum Galliaē regem profecta, causam sui aduen-
tus & consilium pontificis ei declarat: rexque conuoca-
ta totius regni nobilitate Melloduni ad Sequanā, illius
causam proponit, simulque ei qui id negotium suscipe-
ret, iustum auxilium pollicetur. Erat inter ceteros viros
principes tunc comes quidam Campanus, è nobilissimo
genere natus, fortis atque magnanimus, sed minimè di-
ues, Gualtherus Brennensis, quæ in Barro comitatu vrbs
est ad Ariam fluiuium sita, Gerardi Brennensis comitis fi-
lius, frater verò Ioannis Brennensis, qui postea Hierosoly-
morum rex fuit, de quo deinceps quoque mentionē for-
tè faciemus. Hic tandem suscepta conditione, Sybillæ ma-
ximam filiam duxit, acceptisque ab rege auxiliij loco, vi-
ginti Parisiensium librarum millibus, in Italiam cum se-
xaginta cataphractis, & quadraginta propè alijs equitib.
& seruis profectus est, pontificemque de fauorè & auxi-
lijs regni occupandi, vti socruī promiserat, sollicitauit. In-
terrogabat autem eum pontifex, quas secum copias du-
ceret, cumque is non nisi centum equites diceret se ha-
bere: asserebat pontifex nimis tenuem exercitū esse, quē
oporteret cum tribus cataphractorum millibus atq; a-
lijs viris bellicosis pugnare: sed ille è contrā, aiebat, se ma-
gis diuinis auxilijs & causæ bonitati, quàm magno viro-
rum numero confidere. Itaque Pontifex, qui non libèter
Germanos in regno ferebat, hortatus est vt pgeret: quo-
niam enim ita deo confideret, non defutura auxilia diui-
na: simulque legatos atq; literas misit subitò ad omnes
totius regni principes, mandauitque vt hunc Gualtherū
Brennensem comitem, ceu verum dominum suscipe-
rent. Quamobrem, postquam dimissi essent hi pontificis
legati, negotium forti animo suscepit, & in regnum in-
gressus, absq; impedimento Capuam vsq; peruenit: eoq;
itinere

Inire vrbes quasdam atque arces, quæ illum sponte susceperunt, occupauit. Sed alij, qui ei parere recusabant, coniuncti ad tria circiter millia, illum Capuæ obsedere. Gualtherus verò, etiamsi non plusquam ducentos cataphractos, & centum equites secum haberet, quod suorum partem, in nuper acquisitis urbibus præsidio reliquisset, tamē exijt forti animo aduersus hostes, eosq; fregit multis occisis, multisque etiam è prima nobilitate captis: inter quos fuere comites Caserte, Sorg, Celani, Aquini, Cerræ, S. Seuerini, alijque multi præpotentes in regno viri. Hac victoria moti deinde alij multi principes in regno viri, sese cum Gualthero coniunxerunt: & ipse maioris securitatis causa, Margaritam neptem suam, Berardo Petri Cellani comitis filio elocauit. Deinde in Apuliæ planitiè ingressus, multas vrbes deditioe obtinuit, & quosdam præpotentes, ad Barolum aduersus se coniunctos superauit, & eò adegit, vt maior illorum pars secum pacisci cogeretur: veluti Ioannes Tricarici comes, cui sororem vnam coniugis suæ in vxorem dedit, & alteram elocauit Petro Ziano duci Venetorum, qui, mortua vxore sterili, illam liberorum cupiditate motus iam grauis annis duxit, ex eaque deinde filium vnum vnamque filiam suscepit. Itaque Gualtherus occupata iam maiori Apuliæ atq; Leboriorum parte, auctoritate simul atq; viribus crescebat: decreuitq; tandem progrediendum esse ad delendum Theobaldum Germanum, qui prælio ad Capuam commisso interfuerat, & ad Arceam Leboriosque gubernandos vti supra docuimus, relictus fuerat. Ille verò, cum a pertis campis Gualthero resistere non posse cognosceret, sese in Sarni arcem cum Gotfredo comite recepit, eamq; optimè muniuit. Qua re cognita Gualtherus, eò perfectus est cum exercitu, illumq; grauissimè obsedit: cumque in eo instituto diutius perseveraret, eiusque potentia indices augetetur, Theobaldus ad quas angustias redax.

Gualtheri vtriusque
storis.

Theobaldus
Sarni obsessus.

Theobaldus angustias
dux.

*Gualtherus
capitur.
Ranaldus de Sa
senna.*

*Audacia & su
ror Gallicus.*

Etus esset secum reputans ac propè desperans, ceu vltimum remedium, fortunam experiri decreuit. Quamobrem ex sua arce mane quodam egressus, cum centum pedibus & totidem equitibus in hostium castra impetū magna cum violentia fecit, & versus Gualtheri tentoriū progrediens, deprehendit eum ex hoc rumore excitatū, tunc demum arma induere: iamque cum Loricam capiti, vt eam indueret, applicuisset, abscinduntur ei tentorij Chordæ, vt supra illum caderet: quo factum est, vt lorica dimidia parte indutus, tentorio implicitus multisque vulneribus cæsus, captiuus ibi remanserit, eiusque exercitus, qui mortuum eum putabat, fuga sibi consuluerit. Itaque Theobaldus aperto tentorio, Gualtherum vnà cum alijs quibusdam captiuis, in arcem Sarnensem introduxit, ibique adiectis custodijs, vnà cum Ranaldo de Sasenna cubiculario suo, qui vnà captus fuerat, asseruari, & vocatis Salerno medicis, magno studio curari imperauit. Quæ dum ita peragerentur, accidit, vt cum Theobaldus Gualtherum fortè visitasset, multaque cum eo esset colloquutus, se dimissurum quoque illum promiserit, & regnum traditurum, si se ceu feudalem, in ijs quæ iam teneret, cōfirmare vellet. Cui Gualtherus, maiori audacia præditus quàm eo tempore opus esset, nihil in hoc terrarum orbe tam magnum honestumque esse, respondit, quòd huiusmodi vilissimi hominis opera sibi cōtingere optaret. Quibus verbis Theobaldus vehementer indignatus, vix abstinere potuit, quin ei in vultum insiliret cum cultello scriptorio, quo tunc sibi vngues amputabat, & austero vultu illum inspiciens, nequissime homo, inquit, senties hanc tuam rabiem atque superbiam summum tibi detrimentum ignominiamque parituram: ita ne aduersus me insurgere audes, cum in mea potestate sis? sed experieris te id in tuam fecisse perniciem. Quamobrē Gualtherus maiorem in modum furere cœpit, vestimenta lacerare, fascias

fascias vulneribus applicatas discerpere, atq; propria denique intestina, quæ per vulnera dependebant, vulnerare, assereratq; vitam in tanta miseria se amplius tollere non velle: cumq; ita obstinatus, non amplius medicos admittere, necque cibum potumq; capere vellet, quarto deinde die vitam finiuit. Hic fuit Gualtheri Brēnensis comitis finis, qui stultitia atque superbia sua regnum, corpus atq; itidem fortassis animam perdidit, nec quicquã post se aliud reliquit, quàm vxorem atque filiolum, qui postmodum ei in Brenensem comitatum successit. Theobaldus autem confecta hac re imperium obtinuit, ac regnum Neapolitanum eò vsque administravit, donec Federicus per etatem, ad capeffendas illius habenas, aptus esset.

*Gualtheri furi
bunda mors.*

Neque verò diu pacem deinde habuit regnum, post Gualtheri interitum: nam cum Philippi morte tollerentur controuersia quæ in imperio fuerant, & Otho id solus obtinuisset, Romam vt ab Innocentio II. illius coronam acciperet, peruenit, anno Domini MCCIX. vtq; facilius id posset à pontifice impetrare, promisit, ei se restitutum quæcunque de bonis Ecclesiæ teneret, nec fore deinceps illius ditioni vnquam molestum. Verùm postero die quàm esset coronatus, statim cœpit perfidus contra pacta agere: nam in Ecclesiæ vrbes ingrediens, eas sibi iuramento deuinxit, & contra pontificis voluntatem Flaminiam, Matheldæ Salinguerræ comitis Ferrariensis ditionem, atque Picenum Azzo Estensi marchioni tradidit, & Spoleti ducatum Bertoldo cuidam suo militiæ duci. Deinde in regnum Neapolitanum progressus multas illius vrbes & inter cæteras Capuam occupauit, vbi cum esset in hybernis, multa per Apuliam loca in Calabria vsque obtinuit. Quamobrem Innocentius, vbi illum diu frustra monuisset, tandem anathemate ferijt, & omnibus iurandū remisit, qui ei essent obstricti Land-

*Otho IIII. coronatur, et per
fidia accusatur*

Azzo dux Ferrariae.

Bertoldus dux Spoleti.

Otho excommunicatus.

gravius igitur Thuringiæ, dux Saxonix, Rex Boemix & Moguntinus atque Treuirensis archiepiscopi, qui cum illo erant, statim ea re cognita discesserunt, & trans alpes rediëre: quo factū est, vt ijs viribus destitutus, Otho quoque à suscepta prouincia desistere, & in Germaniam reuertı cogereıur.

Federicus II. imperator eligitur contra Othonem.

Dum hæc ita geruntur, & Otho in eadem contra Pontificem contumacia persistit, à sacris prohibitus: principes Germaniæ, qui Federico in cunis adhuc existenti fidem iureiurando dederant, eum imperatorem cum regis Galliæ consilio elegerunt, viginti annorum luuenem, quod optimæ indolis esset, & vultu insignes quasdã virtutes, & magnam de se expectationem innueret: Quamobrem misere ad eum pro solenni cõsuetudine legatos, ijsque in mandatis dederunt, vt Roma iter facientes, cū Pontifice agerent, vt hanc suam electionem ratam haberet, & Federicum ad iter in Germaniam suscipiendū aduersus Othonem, imperiumque occupandum confirma-

Constantia vxor Federici.

ret. Habebat tunc Federicus in vxorem Constantiam Castellix regis sororem, quæ vnà cum alijs nobilibus, quibus Federici salus magnopere curæ erat, multa tentauit, vt ab hac in Germaniam expeditione, quæ à legatis procurabatur, eum auerteret. Sed Federicus tamen, pro animi sui magnitudine, contemptis periculis, & coniuge cum filio Henrico nomine, in Sicilia relictis, itinere se fortiter acinxit: ac primùm terrestri itinere Romam venit, & cum Pontifice de eo quod factõ opus esset, consultauit: tunc illinc Genuã vectus, ab illius vrbs incolis magnificè exceptus, & Papiam vsque tuto itinere deductus est: à Mediolano enim voluit iter deflectere, quod Sueuicæ domui esset inimicum. Illinc deinde Tridentum vsque à Papiensibus atque Cremonensibus bona fide comitatus fuit: atque hinc denique per montes atque asperas vias difficili itinere, quod eæ regiones ab hostibus tenerentur, in

Federici iter in Germaniã atque progressus

Germa-

Germaniam transijt, & Rhenum sequutus, omnes imperij vrbes occupauit, Philippique Gallia regis fauore adiutus, Othonem debellauit, & in eas coniecit difficultates, vt in Saxoniam patriam suam sese recipere cogere-
 tur, vbi tandem absque vlla gloria mortuus est. Compositis deinde Germaniæ rebus, redijt iterum in Italiam Federicus, & ab Honorio III. pōtifice, anno Domini MCC. XX. die S. Gæcilie festo, cū incredibili pompa & fauore, imperij corona exornatus est. Quamobrem hanc Pontificis in se coronando promptitudinem, multis donis est remuneratus: & inter cætera Fundi ducatum sponte sua Ecclesie in perpetuum donauit, quodque Aquisgrani, dum prius coronaretur, promiserat se ad recuperandam terram Sanctam profecturum, hic iterum confirmauit. Quibus ita peractis, Henricum filium in Germaniam misit, & VIII. annos natum, Aquisgrani Germaniæ regē denunciari curauit, & tertio deinde anno post, dedit ei in uxorem Agnetem Leopoldi Austriae ducis filiam. Ipse vero in regnum reuersus, deprehendit Richardum & Thomam Ananiae comites, qui Innocentij tertij pontificis fratres fuerant, & loca quædam in suo regno tenebāt, occulta cum Othone consilia tractasse de regno ei eripiendo, ignorante fortassis Innocentio, & nihil tale moliente. Itaque decreuit eos punire. & Sora Arceoque castro subire occupatis, Richardum comitē pulsum, Capuæ in vinculis diu conseruauit, & postea in Siciliam misit. Deinde Cellanum solo æquauit, vnde fugiens Thomas, à Pontifice Romæ exceptus fuit: & cum eum postea pœniteret illius ruinae, incolas omnes Cellani in Siciliam, vt illic habitarent, misit. Atque vniuerso regno Neapolitano deinde perlustrato, Apuliae Calabriaeque vrbes quasdam, ad agnoscendos suos fauces coegit: sicque compositis ibi rebus, in Siciliam traiecit, vt pulsus omninò Sarracenis, eam vniuersam sibi subijceret, factoque in Marabethum eorū

Otho superatus.

Federicus II. coronatur.

Fundi comitatus ecclesie donatur.

Henricus Federici filius in Germania.

Richardus & Thomas comites puniti.

Cellanum dirutum.

Sarraceni ex Sicilia pulsi.

*Federicus exco-
municatur.*

*Sarraceni à Fe-
derico colligū-
tur.*

*Nuceria Sarraceno-
rum.*

*Hierusalem a-
missa.*

principem impetu, illum superauit, Gulam ei laqueo fre-
git, cæterosq; planè extirpauit, vt illinc pulsi, non nisi in
montanis desertisque locis, & quidam etiam per Neapo-
litanum regnum dispersi viuere: quibus ita confectis
Siciliæque rebus compositis in Apuliam redijt. Interea
verò dum ita Federicus in suo regno ageret, ab Honorio
pontifice anathemate feritur, & ab imperio deponitur:
cuius rei causa, non sanè à bonis autoribus est explicata:
neque enim in suis historijs Blondus atque Platina certi
quicquam pronunciat, sed asserunt tantum generaliter,
Honorium id ob eius flagitia, rebellionem atq; perfidiã
fecisse. Episcopus Augustanus in historia Sueuica, asserit
id leuibus friuolisque de causis Federico contigisse, i-
demq; testantur omnes Germani scriptores, qui eo tem-
pore vixere. Nos sanè manifestam huius rei causam, nõ-
dum apud quemquam deprehedimus: quamuis hoc cer-
tum sit, quod Federicus, cum sibi à Pontifice iniuriam fa-
ctam esse putaret, deinceps Romanę curiæ amicitiam fi-
demq; parui fecerit: ac cum incolas sui regni, ad rerum
nouarum cogitationem rebellionemque natura procli-
ues esse sciret, voluisse eum sibi impostero providere,
& omnes Sarracenorum reliquias, quas per montana Si-
ciliæ montisque Gargani deserta dispererat, collegisse,
eisq; Luceriam Apuliæ urbem dirutam tribuisse vt eam
restaurarent, atq; incolerent: conuenisseq; eò rãtam mul-
titudinem Sarracenorum, vt viginti millia essent eorum,
qui arma ferre possent: quibus deinde Federicus in om-
nibus suis bellis vsus est. Luceria autem ab eo tempore,
L. litera in N. mutata Nuceria Sarracenorum appellata
est, ad discrimen scilicet Nuceriæ illius, quæ in Leborijs
iuxta Sarnum fluuium iacet, & Nuceria Paganorũ dici-
tur. Interea verò dum hæc ita geruntur, recuperauerat Sol-
danus in Aegypto Damiatam, urbemq; Hierosolymita-
nam in terra sancta, & Christiani per Syriam, vt earũ rerũ
historiæ

historiæ testantur, magnopere affligebantur: quamobrè Romam ad Pontificem implorandi auxiliij causa, peruenit ipsemet rex Hierosolymorum Ioannes Brēnensis anno MCCXXII. Et quoniam Federici potentia, eo tempore per orbem terræ notissima erat, cupiebat eum summopere, vnà secum hanc expeditionem in Syriam suscipere: itaque tantum egit apud Pontificem, vt illum ei reconciliàrit: vtq; maius inter eos amicitia vinculū foret. dedit Ioannes Federico in vxorem filiam suam vnicā Iolantam nomine, eiq; nuptijs Romæ celebratis, dotis nomine tradidit omnia sua iura, quæ in regnum Hierosolymorum haberet: quofactum est (vti quidam testantur) vt deinceps omnes Neapolitani reges, se Hierosolymorum quoq; reges nuncupauerint: sed nos postea, aliam quoq; huius rei tituliq; rationem afferemus. Promisit igitur Federicus suscepturum sese in terram sanctam expeditionem: & quamuis eam, aduersa valetudine alijsque negotijs in Sicilia impeditus, per annū ferè suspendisset: tamē deinde anno Salutis MCCXXVII. magno exercitu comparato, Brūduisio soluit, & versus Solis ortum vela dedit. Ac cum nondum procul à suo regno discessisset, exercitū ijs qui digni esse videbantur tradidit, vt progredenterentur, & ipse in Apuliam redijt: quamcunque tandem ob causam, (de eo enim diuersæ sunt historicorum sententiæ) spem tamen & suis qui iam in Syriam peruenerant, & alijs qui ex diuersis prouincijs eodem contendebant, sui aduentus faciebat, & iustam sui reditus causam prætendebat. Cæterùm obierat iam Honorius antequam Brudusio Federicus soluisset, atq; in pontificatum substitutus Gregorius IX. illum itidem monuerat, vt expeditionem eam, veluti promississet, susciperet: quod etsi ita sit, tamē (vti Ricobaldus scribit) summopere conatus erat cum Federico amicitiam sanguinis affinitate contrahere, sed liberos ad consentiendum impellere non potuit: eaq; res

MCCXXII.

Ioan. Brenensis rex Hierosol.

Iolanta secund Federici vxor.

Neapolitani reges, etiam Hierosolymitani.

MCCXXVII.

Honorio Gregorius IX. succedit.

*in Federicum
censiones.*

*Iolanta mori-
tur.*

MCCXXVIII

*MCCXXIX
Federicus rex
Hierosolymo-
rum.*

*Gregorius Fe-
dericū nō vult
absolucere.*

*Militia Chri-
sti aduersus Fe-
dericum.*

prima discordijs inter Federicum atque Gregorium oc-
casionem dedit, & forsan vna quoq; fuit è causis, propter
quas Federicus metuens ne Pontifex eius regnum inua-
deret, mox iterum à suscepta expeditione & clanculum
quidem redierit: qua re cognita Gregorius, Honorij in cū
censiones confirmavit & auxit: nam anathematis fulmi-
ne ictum, regno mouit: eoq; tempore ei è vita quoq; mi-
grauit Iolanta vxor, relicto Conrado filiolo. Sed altero de-
inde anno, qui fuit à nato seruatore MCCXXVIII. Feder-
icus postquam regni sui res composuisset, comparasset-
que illa quæ necessaria essent huic expeditioni, Gregorio
minimè consulto, vt promissioni suæ satisfaceret, ex Ita-
lia cum maximis copijs soluit: atque hinc in Cyprum at-
que Iudæam perueniens, ita rem ibi autoritate atque po-
tentia sua gessit, vt Soldanum ad inducias secum pacifcē-
das, & totius regni Hierosolymitani restitutionem, pau-
cis quibusdam arcibus exceptis, coegerit. Quamobrem
anno sequenti, vbi Hierosolymis in quadragesima coro-
nam regni illius accepisset, Ioppē, quæ nostra ætate Zaf-
fus dicitur, restaurandam curauit: eoq; facto, per legatos
ac literas omnibus qui ad Occidentem degunt, significa-
uit, quemadmodum terram Sanctam recuperasset: pon-
tifici verò imprimis supplicauit, vt quoniam feliciter, id
quod promiserat, esset exequutus, inflictam sibi anathe-
matis pœnam remitteret. Verùm Gregorius, cui tâta Fe-
derici prosperitas fortè minus grata erat, id facere noluit:
asserbat enim ei, non ob communem Christianorū uti-
litatem, sed proprij emolumentum causa cum Soldano cō-
uenire, & in pacis conditionibus templum illi concessis-
se, vt in eo, Sarraceni suo Machometo sacra facere pos-
sent. Itaq; non modò absolucere eum noluit, verum etiam
magno exercitu qui Christianæ militiæ nomen gerebat,
ex Longobardia Aemilia atq; Flamminia, Thoma Cellani
comite, cuius supra facta est mentio, & Pandulpho Sa-
uello

tuello cubiculario suo ducibus, congregato: illum vnà cū Ioannis Brennenfis copijs, qui iam ex Gallia vt in Iudæā proficisceretur reuersus erat, in regnum Neapolitanum misit, cum mandatis vt id coniunctis viribus omnia Ecclesiæ nomine occuparent. Ac Pandulphus quidem in ipso regni aditu Insulæ castrum cepit, & Ioannes, abbatis cuiusdam opera, montis Cassini turrim obtinuit: vnde in regnum ingressi, plurimas vrbes deditione acceperunt adeoq; vniuersam illam regionem, quæ inter Latium atque Capuam interiacet, vnà cum vrbe Capuana, in Ecclesiæ potestatem, magna cum Pontificis lætitia redegerunt. Ipsius autem Cellani comitis exercitui, opposuere se in Piceno ad Maceratam Transonamq; ripam Ranaldus Germanus, quem Federicus ad regni gubernationē reliquerat, & Anselmus Iustinus præfectus, nec illum vltius progredi permiserunt. Quas res cum Federicus intelligeret, & iniuriam sibi fieri existimaret, vrbs Hierosolymitana atq; Iudææ administrationem Vicario suo commendauit, ipse verò cum binis tantum magnis nauibus onerarijs illinc soluens, summa cum celeritate in Italiam contendit: cumq; Brūdusium sub finem Maij, anno Christi MCCXXXIX. appulisset, & tribus deinde septimanis ad Barolum quiesceret, ac sese reficeret, venit eò obuiam illi Conradus Guiscardus Spoleti dux: coniunctisq; viribus ambo, Ioannem Brennentem, qui Caiazzam obsidebat, in fugam coniecerunt. Iam antea verò, ex Germania Conradum filium & Leopoldum Austriæ ducem, in auxiliū sibi vocauerat, utq; ad eum cum maximis copijs in Apuliā venere: quam obrem recuperarunt tunc quindecim dierum spacio omnia præter Caietam, S. Agæ, Soræ atq; S. Benedicti arces, quas aliquot diebus post tamē obtinere. Quam fortunæ prosperitatem sequutus Federicus, aduersus pontificem vlciscendæ iniuriæ causâ, vltius adhuc cum Germanorum & Sarracenorum, quos Luceria

Federicus in Italiam redit ex terra sancta.

Federicus regnum recuperat ex pont. ad pacem cogit. Henricum potius legerem.

accerſuerat, copijs progressus eſt, & Beneuentum occupa-
 uit, omnesq; vicinas regiones Romam vsq; Spoletanũ
 ducatum atq; Picenum: Et tamen interea ad pontificem
 legatos miſit Meſſanenſem archiepiſcopum, & Germa-
 norum equitum præfectum Boruſſum, qui de pace & ab-
 ſolutione agerent: idq; per illos effecit: nam vbi ad pedes
 eius procubuiffet, anathematis poenæ remiſſionem im-
 petrauit, reconciliatus eſt, & eadem cum pontifice men-
 ſa prandium ſumpſit. Cæterum geſtæ ſunt iſtæ res, anno
 Seruatoris milleſimo ducentefimo, triceſimo & triceſi-
 mo primo. Sequenti verò anno Rauennæ comitia indi-
 xit, & Henrico filio cæterisq; Germaniæ principibus vo-
 catis, venit eò ipſe quoq; Federicus menſe Decembri, ma-
 gnifica cum pompa: nam inter cætera, ſecum ducebat a-
 nimantia quædam diuerſi generis in Italia rariffima, ea-
 que multa munero, Elephantos, Dromadas, Camelos, Pã-
 theras, Gerfalcos, Leones, Leopardos, Falcones albos, Alo-
 chos barbatoſ, & alia eiꝰ generis admiratione digniffima.
 Verùm cum totam ferè hyemem ibi fruſtra tranſegiffet,
 ob Mediolanenſium rebellionem, & occulta Pontificio-
 rum conſilia, nec eò pontifex, vti conuenerat, acceſſiffet:
 diſceſſit, & per nobilem celebremq; Comachij urbem (i-
 ra enim à quodam hiſtorico nominatur) perq; Gori Lo-
 retiꝰ; promontoria, Chioggiam atq; Venetias peruenit:
 vbi cum magnificè exceptus fuiſſet, perrexit & per loca
 paluſoſa Aquileiam ſeſe recepit, ibiq; obuiam ei vene-
 runt Henricus filius, Auſtriæ Saxoniamq; duces, ac cæteri
 Germaniæ principes, qui ad indiſta Rauennæ comitia cõ-
 tendebant. Quamobrem celebrarunt in ea vrbe comitia
 ſoleni conſuetudine, anno MCCXXXIII. eoq; factò, Fe-
 dericus iterum in regnum Neapolitanum nauigauit: at-
 que hinc in Siciliam trañciens, eam vniuerſam perlustra-
 uit, multoſq; Seditioſoſ atq; rebelles caſtigauit, cum ali-
 bi, tum verò Meſſanæ magna edita ſtrage. Deinde anno

MCCXXX.
 Comitia Rauē-
 næ à Federico
 indiſta.

Pompa Fede-
 rici.

Comachium
 olim celebre.

MCCXXXIII

MCC-

MCCXXXIII iterum in Italiam ad Picentinos sese rece-
 pit, & hinc, deliberatis quibusdam rebus, Reate peruenit:
 ibiq; post multa cum pontifice, de rebus ad terram san-
 ctam pertinentibus consilia, promisit iterum se expedi-
 tionem in Syriam suscepturum, vbi induciæ cum Solda-
 no pactæ finem haberent. Interea autem dum hæc ita ge-
 runtur, certior fit Federicus, Henricum filium Germaniæ
 regem, occulta cum Longobardis contra sese cõsilia tra-
 ctare: itaq; anno sequenti cum legato apostolico multif-
 que alijs, per Picenum iter faciens, Ariminum vsq; perue-
 nit, & dimissis illic omnibus, conscensaq; nauis oneraria
 magna per Forum Iulij in Germaniam transijt, illic verò
 comitia frequentissima habuit, & pontificis ope atq; li-
 teris apud Germaniæ principes effecit, vt Henricus capti-
 uus in Apuliam mitteretur: quò cum peruenisset in S. Fe-
 lice Lucaniæ vrbe aliquandiu detentus est, postea verò
 Cosentia ex hac vita migravit. Eodem hoc anno duxit
 Federicus tertiam vxorem Isabellam Angliæ regis soror-
 em, Pontifice videlicet ob sanguinis propinquitatem di-
 spensante, atq; ex illa Rauennæ filium Iordanum nomi-
 ne suscepit. Quibus rebus ita confectis, per Veronam in
 Longobardiam ingressus est, anno Salutis MCCXXXVI.
 vbi, præter cæteras res præclarè gestas atq; vrbes ab sese
 occupatas, domatosq; rebelles, urbem quoq; Ferrarien-
 sem, Salinguerræ potentissimi viri gratia in suam potesta-
 tem redegit. Quæ sicuti durante Salinguerra multis in-
 rebus ei fuit utilis, quòd per illam aditus Mediolanū pa-
 tuerit omnibus copijs, quas ad eius expugnationem ex
 Sicilia, regno Neapolitano, Aemilia atq; Flamminia euo-
 cauerat, ita quoq; postquam expulsus mortuusq; fuisset,
 magnum cinium illi fauentium numerum præbuit: nã
 omnes qui Salinguerram in exilium sequuti fuerant, ac
 sese tandem Mutinam Rauennamq; reducerant, postea
 Federici stipendia meruerunt: cuius rei testimoniū mul-

MCCXXX-
XIII.Henrici contra
federicum pa-
trem cõiuratio
MCCXXXV.Isabella Federi
ci coniunx.

MCCXXXVI

Ferraria in Fe-
derici potestate

MCCXXXVII.

Mediolanenses prælio victi

Petrus & Iacobus Tiepoli.

Triumphus Federici.

Carruca quid? Carroccio.

tis suis epistolis ipse perhibet. Sequutus deinde est annus Domini MCCXXXVII. quo, sub mense Nouembri, Federicus ad Nouā aulā (ita enim locus ille dicitur) Mediolanenses ingenti prælio superauit. Cum enim in eum locū ipsi cum suis confederatis Longobardis cōuenissent, Brianis scilicet, Placentinis atq; alijs, ipsoq; etiam apostolico legato, insigne fortitudinis suæ specimen edidit, superauit illos, foedus inter eos ictum fregit, & Mediolanensibus cepit Carrocciū, cum Petro Tiepolo vrbis eius præfecto, patritio Veneto, & Iacobi Tiepoli Venetorum ducis filio, huius expeditionis primario duce: quem postea captiuum in Apuliam misit. Hanc victoriam maximam sanè, vbi fuisset consequutus, Cremonam triumphantis modò ingressus est: eum enim præcedebat Carroccium ab Elephanto tractū, cui impositus erat Præfectus Mediolanensis altero brachio ad erectum palum alligatus, & laqueo collum redimitus: deinde supra illius arce ex lignis concinnè fabrefacta, stabant ordine tibicines & imperatoris signa ad significandam victoriam erecta tenebant: Longobardorum autem signa quæ ceperant, inuersa cū captiuis proximè, & hæc omnia Federicus cum exercitu sequebatur. Fuit autem hæc victoria admodum memorabilis: ita quidem, vt in quadam epistola, tunc temporis de eo prælio exarata, scripta hæc verba deprehenderim.

» Hæc occisis non sufficiunt sepulturae, nec Cremonæ palatia multitudinem capiunt captiuorum. Federicus tamē ipse, non nisi decem millia occisa captaq; fuisse significat ijs literis, quas ad collegium Cardinalium de eadem victoria tunc dedit. Sed non fuerit hūc silentio prætereundum, Carrucam, quæ tunc in Italia vsui erat, & Carroccio vocabatur, magnum quendam currum fuisse, qui multis bobus iunctis trahebatur, quiq; gradatim in altum ascendens tribunalis forma in summo, pulpito insigni artificio fabrefacto adornatus, multisq; ornamentis tectus erat.

rat. In eo autem signa militaria vehebatur, & gentis eius atq; confœderatorum insignia, ad quos exercitus pertineret: eratq; veluti prætorium, ad quod milites ceu ad tribunal sese recipiebant, quod illic magistratus & maxima exercitus vis esse soleret: & tunc reuera superatus fractusque exercitus putabatur, cum Carrocciū amississet. Cæterum à Mediolanensibus maximè, Bononiensibus, Parmensibus atq; Cremonensibus vsurpatum eum fuisse accepimus, in arctissimi federis signum, & vt minus ad fugam milites prompti forent, cum ex illius mole constaret, summam exercitus vim atq; signa, difficulter moueri, nec in fuga posse conseruari: Talis igitur Carruca fuit, quã Cremonam ingrediens Federicus, secum triumphantis modo duxit. Sed Gregorius pontifex tantæ illius in Italia potentia impatiens erat, quamuis se promptissimum offerret, ad emendandum quicquid sibi iure obijci posset, veluti id apparet ex multis eius epistolis ad Christianos principes, atque ipsum Cardinalium collegium datis: quamobrem Venetos primùm ad pacem cum Genuensibus, à quibus propter res maritimas dissidebant, faciendam impulit: deinde fœdus cum ijs inijt ea conditione, vt instructa communibus sumptibus classe viginti quinque nauium triremium, regnum Neapolitanum sub Ecclesiæ potestatem reducere conarentur, & die palmarum Federico sacris interdixit. Quod vbi ille intellexisset, cõposuit res Longobardiæ, & postea Pisas se contulit anno seruatoris MCCXXXIX. Eo autem qui proximè sequutus est anno, misere Veneti in Apuliam pactam pontifici classem, quaduodecim Federici naves triremes in fugam ibi coniecerunt, & Thermocleam, Campomarimum, Rhodum, Bestias atq; Pischiccias occuparunt, diripuerunt & flammis consumpserunt: expugnarunt quoq; vnam è magnis Federici nauibus, quæ mille homines gerebat, & tempestatis violentia in Sipontinum sinum sub Gargano mon-

Amissa victoria signum.

Gregorius Federicum iterum excommunicat

Apulie vrbes à Venetis captæ.

*Petrus Tiepo-
lus suspensus.*

te acta fuerat: eodemque tempore suspensus fuit Tranijs, Petrus Tiepolus Venetus Mediolanensium, vti dictū est, præfectus, de turri supra mare, vt illac transiens Venetorum classis, eum cernere potuerit.

*Ferraria à pon-
tificijs capitur.*

Hoc eodem anno, dum Federicus per Tusciam, regno suo suppetias laturus iter faceret, & aliquandiu circa Romam esset occupatus: legimus Gregorium Montelengū Apostolicum legatum, cum maximo exercitu Ferrariam Pontificis nomine obsedisse per quinque menses, & in ea obsidione præter Ecclesiæ copias, auxilia quoque habuisse Mediolanensium, Venetorum, Brixienfium, Placentinorum atque Mantuanorum vnà cum omnibus eorum ducibus atque præfectis: nam & Venetorum dux illic interfuit, & Azzus Estensis marchio, & Sancti Bonifacii comes, & Albericus de Romano, & Paulus Trauersar⁹ Rauēensis cum omnibus viribus. Quo factum est, vt cum obsessis nullæ suppetiæ ferrentur, anno Domini MCCXL. deditioem tractare ceperint: cuius rei causa Salinguerra, qui urbem imperij nomine gubernabat, cum accepta fide publica egressus esset ad colloquium cum Legato, Gugonis Ramberti Ferrariensis opera proditus captusque est, & Venetias, nulla datæ fidei aut honoris Ecclesiæ habita ratione, in vincula missus, vbi tandem melancholia quadam vitam finijt, annos octuaginta natus, & in tēplo Sancti Nicolai Liei sepultus est, in quo etiam nū extat eius monumentum. Ferraria autem capta eo modo,

*Estensis faml-
lie origo Fer-
raria.*

Azzi Estensis marchionis administrationi tradita fuit, eiusque præfectus factus est Iacobus aut Stephanus Barduanus patritius Venetus: atque hæc prima fuit origo felicis sanctique dominij, quod in vrbe Ferrariensi inclytæ ac vetustissima Estensis familia habuit. Sed nunc ad propositam historiam redeamus. Federicus vehementer iratus è Tuscia in regnum rediens Viterbium peruenit: ibique magno fauore contra Romanos exceptus est. Itaque

Ponti-

Pontifex perterritus, post multas conciones atq; processiones, crucis signo plenam omnium delictorum remissionem ipsi concedi voluit, qui arma contra Federicum sument: & quo maiori efficacia populum ad hanc expeditionem hortaretur, D. Petri atq; Pauli capita publice per urbem gestauit: quo factum est, vt multi ante urbis portas manum cum Federico conseruerint, sed ab illo, magna edita strage, fusi, magnaq; saeuitia tractati fuerunt, cum ceteri, tum ipsi praesertim qui aduersus eum se crucis symbolo munissent: nonnullis enim eorum inflictis quatuor vulneribus, crucis figuram imprimebat, alij caput in quatuor partes crucis modo diffindebat, ac sacrificulis rasamque eius generis praeterea poenas illis, non sine maximo Pontificis dolore, infligebat. Quibus ita confectis, in Apuliam profectus est, & postquam Foggiae magnam pecuniam vim ex Sicilia Italiaq; coegisset, Luceriam peruenit, atque hinc exercitum misit ad diripiendas, exurendas, destruendasq; Beneuentum, Montem cassinum atq; Soram, vrbes, quae aduersus sese arma sumpsissent. Eodem tempore dispersi erant per Aprutium montana Amiterni Furconisque, urbium antiquarum atque destructarum, incolae: quamobrem iussit vt collecti, simul conderent urbem, loco quodam in ea regione ad regni defensionem opportuno, qui Aquisa dicebatur: sed hoc nomen in Aquilam commutari propter imperij honorem voluit, sicuti ex multis eius epistolis constat: fuitq; illa prima Aquila origo, quae paruo temporis spacio magnopere aucta est, & nostra aetate vna censetur ex potentissimis totius regni urbibus. Illinc deinde discedens Federicus, Capuam peruenit, atq; hinc iterum per Picenum iter faciens, Asculum diripuit, rectaq; Rauennam contendens, constituit Aemiliam atq; Flamminiam subiugare: quapropter sub finem Augusti anno MCCXL. cum maximas copias haberet,

*Pontifex suos
contra Federicum
irritat.*

*Pontificij male
à Federico
tractantur.
Cruciata ponti-
ficis, punitur.*

*Pontificiae vr-
bes dirute à Fe-
derico.*

*Aquila extrui-
tur.*

*Asculum dire-
ptum.*

Fauentia ob-
seffa.

Michael Mo-
resinus.

Moneta ex
Coreo.

Concilium Ro-
mae indicitur.

castra ad Fauentiam posuit. Erat autem ea vrbs tunc tē-
poris magna, vt quæ in ambitu quinque millia passuum
contineret, & inter Aemiliæ Flaminiaëq; vrbes potentissi-
ma: cum que à Michaelæ Moresino Patritio Veneto vr-
bis præfecto strenuè defenderetur, durauit illa obsidio,
obstinatis vtrinq; animis magnopere totam hyemē, ad
septimum vsque mensem: quamuis enim maxima aqua-
rum niuiumque vis esset, tamen constructis casis, domi-
cilijs atq; pontibus, effecerat vt exercitus, ceu in alia vr-
be foris tegeretur, atque quiesceret: tandem verò eā cer-
tis conditionibus obtinuit. In hac autem obsidione, me-
morabile quiddam à Federico patratum fuisse accipi-
mus, quod nequaquam fuerit hoc loco omittendū. Re-
fert enim beatus Antoninus Archiepiscopus in suis Chro-
nicis, eum consumpsisse tunc, ob multas difficultates, v-
niuersam quam secum haberet pecuniam, cæterasq; res
præciosas: itaq; cum præsentī necessitati succurrere vel-
let, monetam ex corio formasse, cui vna in parte sua ima-
go, in altera aquila imperij signum impressum erat, eam-
que nummo aureo Augustano æstimasse, & mandatum
dedisse omnibus, vt durante eo bello, ab omnibus emen-
do vendendoq; tanti acciperetur: nam eo confecto solu-
tos iri ex fisco imperij, pro singulis coreaceis, totidem au-
reos nummos, omnibus qui illos eò attulissent, atq; hæc
omnia ita obseruata riteq; peracta fuisse. Ex quo exēplo
manifestum esse potest, metalla signata non natura sua,
sed lege, consuetudine, atq; hominum opinione valere.
Dum autem hæc ita geruntur, indixerat Romæ Gregori-
us Pontifex Vniuersale contra Federicum concilium: cu-
ius rei causa tres legatos elegerat, qui Occidentales præ-
latos conuocarent, Iacobum Cardinalem Prænestinum
videlicet per Galliam, Oddonem Sancti Nicolai in carce-
re Tulliano Cardinalem per Angliam, & Gregoriū Mon-
telengum ad Genuenses. Iamq; peregerant illi quod in
manda-

mandatis habebant, & Nicæam in Prouinciam redierāt: inde cum terrestri itinere Romam tutò venire non possent, à Federici exercitu impediti, Pontifex effecit, vt Genuenses eò ad illos excipiendos & Romam deuen- dos, quadraginta naues magnas atque triremes Gu- lielmo Brachio duce mitterent. Cuius rei certior factus Federicus, aliquot suarum triremium, Entio filio Sar- dinia rege ductore, Pisas misit, Pisanisque simul man- dauit, vt vnà profecti, Genuensium classem inuaderēt, & praelatos illos omnes capere omnibus modis conaren- tur. Pisani igitur instruxere classem, & Hugolino duce vnà cum Entio Sardinia rege, cum quadraginta instructis triremibus subitò ex portu prodiere: cumq; eis obuiã Ge- nuenses inter Giglium & Montechristum, in insulas inter portum Pisanum atque Corsicam sitas, facti essent, inua- sere illos tertia die Maij, anno MCCIXL. Et quamuis Pre- lati Gulielmum summopere rogassent, vt actis in altum nauibus, is cederet, neq; praelium comitteret, ille tamen nescio quo furore percitus obedire noluit, quòd ignomi- nia sibi duceret, si Pisanorum audaciam tanti faceret: quamobrem comiserunt praelium acre atque crudele, in eoq; Pisani victores, tres Genuensium triremes cum omnibus hominibus armisque submerferunt: & vigin- tiduas cum tribus legatis & praelatis ferè omnibus trans alpinis, & aliquot Latinis etiam ceperunt: ac bini quidè legati Amalphim in vincula missi fuerunt, praelati verò cæ- teri per regni carceres distributi: soli Galli eorum regis precibus dimissi fuerunt. Nec mihi videntur hoc loco o- mittendi duo festiui admodum versus, quibus Federicus Sardinia regi, quid fieri vellet cum captiuis praelatis, re- spondit, sic vti à Ioanne Andrea summo Iuriconsulto cõ- memorantur.

*Gulielmus Bra-
chius.*

*Hugolinus Pi-
sanius.*

*MCCIXL.
Genuenses à Pi-
sanis superati.*

*Praelati capti-
ui multi.*

*Omnes Praelati, Papa mandante, vocati.
Et tres Legati veniant huc vsque ligati.*

*Part. istud
deprehensa.*

Maxima igitur fuit illa Pontificiorū iactura: nam præter tantam prælatorum qui capti fuerunt copiam, magnam quoque prædam atque omnia scripta amiserunt, quibus suæ in Federicum machinationes continebatur, quæ deprehensa, illius causæ plurimum fauoris conciliarunt. Misit autem pontifex ad Fœdericum postea, priorē quendam è Sancti Dominici societate, vt captiuos liberaret, sed ille respondit, se id facere non velle, neque sapientis viri esse hostem suum exaudire: & quoniam à pontifice hisce reb. temporaneis & fortunæ ludibrio obnoxijis vexaretur, se quoque talem erga ipsum futurum, nec cessaturum vnquam eum persequi: sicque Priorem re infecta dimisit. Deinde vbi res per Aemiliam atque Flamminiam composuisset, iter per Picenum arripuit, captoque certis conditionibus Pisauro, Fanum obsedit atque diripuit: hincque in ducatum progrediens Tudertū deditio ne accepit, & postquam Sāngeminianum Narniamque diripuisset, peruenit Reate, vbi certior factus est Tybur in suam potestatem venisse: quam obrē illac cum toto exercitu in regnum redijt. Pontifex autem tantam sui imperij ruinam conspiciens, Augusto mense, qui hanc eius cladem proximè sequutus est, ætate atque curis confectus,

*Federicus pro-
greditur versus
regnum.*

*Gregorius mo-
ritur.*

*Celestinus III.
pontifex.*

ex hac vita migravit. Cui substitutus Cœlestinus III. Me diolanensis, tantum octodecim dies regnavit: quam obrem vnum & viginti menses postea caruit Apostolica se des moderatore: & Federicus interea arrepta hac occasione ex regno suo, in quod iam redierat, cum maximis copijs, Aquæductuum vias sequutus, Romam vsque peruenit, vt Rebelles Romanos puniret: cumque ijs plurimum detrimenti attulisset, & vsque ad portas vrbis peruenisset, permotus Cardinalium precibus, qui negabant legitimam fore electionem, quandiu circa Romam esset in armis, & binos Cardinales Melphi captiuos detineret: scripsit eò, vt ij ceterique captiui dimitterentur, & ipse in

*Federicus pacē
cardinalib. cō-
cedit.*

in

in regnum pacificus redijt. Collegium verò Cardinaliū Romæ, cognito binorum captiuorum aduentu, ijs obuiam progredi voluit Anagniam vsque: vbi cum in conclaue, mense Iulio anno seruatoris MCCVIII. conuenissent, ^{1243.} elegerunt in pontificem Sinibaldum Fiescum Genuensem summum iurisconsultum, ac sacerdotem Sācti Laurentij in Lucina Cardinalem, eumque Innocentium III. vocarunt. Is antea Federico amicissimus fuerat: quamobrem contendebant plurimi ad eum subito, vt de tali pontifice gratularentur. Iamque omnes illius intimi quoque propterea gaudebant: sed ipse solus, eius rei certior factus, doluit, & veluti præsagens, assererat, se bonum amicum Cardinalem amisisse, qui pontifex creatus ei aduersarius esset futurus. Neque verò præsagium istud Federicum fefellit: nam cum ad eum Thaddeum Sesseum atque Petrum Vigneum, primarios in sua aula viros, ablegasset sperabat vniuersus orbis Christianus, firmam tandē pacem inter imperatores atque Ecclesiasticos compositam iri. Verū Innocentius, dum hæc ita agerentur, clanculum misit Rainerum quendam Cardinalem cum milite armato vt Viterbium occuparet, quod prius imperatori parebat. Quamobrem eodem Federicus cum exercitu peruenit, vt id recuperaret: sed cum quibusdam Cardinalibus tamen ita egit, vt eo relicto, Faliscam coloniam munierit: vnde postea Aquilam profectus, misit illinc ad Pontificem Balduinum Constantinopolitanum imperatorem quem tunc secum habebat: itemque Tolosanum Sancti Aegidij comitem, cum binis prioribus legatis, vt de pace cum eo agerēt. Hic verò quid secretè inter se mutuo tractarint, minimè literis mandatum deprehendimus: sed hoc certè constat, Tholosanum comitem binosque legatos, cum authentico Federici mandato, quod in sacello lectum fuit, iurasse ea septimana quæ paschatis festū præcedit, Federicum Pontifici in omnibus pariturum:

Innocentius quartus pont. à Federici amicitia discedit.

Federici verū præsagium.

Viterbium occupatum.

Nona legatio Federici ad pontif.

quamobrem deinde statim fuit ille in cōcione, princeps catholicus pronunciatus, & fama vndeque sparfa erat, Federico iam cum pontifice conuenire: & transitus vbique liberè concedebatur omnibus qui Romam contenderent. Sed videntur hæc (si rem benè consideres) sacris illis & pœnitentiæ destinatis diebus, cum pacis atq; concordia opinione fuisse tractata, & multa tamen adhuc superfuisse, de quibus nihil esset conclusum: quapropter sæpius postea Romam reuersi sunt terni illi legati, vt perficerēt id quod cœpissent: Et cum persuasum esset, pacem confirmari non posse, dum pontifex Romæ hæret, impetratum fuit, vt Tifernum veniret, & Imperatore foris in eius territorio degente, singulis diebus ab vnius principis aula ad alterum internuncij mitterent. *Quæ dum ita agerentur, Pontifex die quadam clanculum cū Genuensibus legatis, qui ad illum adorandum eò peruenant, Sutrium proficiscitur, ibique mandat vt eorum naues, quæ Ostiæ substiterant, Centumcellas adducantur, quofacto clanculum, ea nocte quæ Sancti Petri diem festum præcedit, anno salutis MCCVII, vnà cum septem Cardinalibus & alijs quibusdam episcopis atq; prælatis, depositis sacerdotalibus vestibus sumptisque armis, magno silentio discedit, & Centumcellas perueniens, naues eas conscendit & Genuam versus vela dat. Itaque Federicus, cum se hoc modo à pontifice deludi videret, omnes in Latio, & quas circa Romam tenebat vrbes præsidijs muniuit: deinde Pisas perueniens, Petrum Vigneum Parmam misit, vt res ibi in tutò forent: nam ob magnos ac præpotentes Innocentij in ea vrbe amicos, metuebat ne aliquis tumultus fieret. Postea verò compositis Tusciæ rebus Pisanorum classem conscendit, & in regnum Neapolitanum nauigauit. Innocentius autē Genua Lugdunum in Galliam se recepit, & indicto ibi Vniuersali concilio, singulis diebus, Federicum pro concione alta voce, vt*

Pontifex fugit.

1244.

Federicus à pontif. delusus.

Concilium Lugduni.

vt compareret & se coram concilio defenderet, vocabat. Sed ille celebrato Paschatis festo Capuæ, anno Domini MCCVL. è regno discedit, Traniumq; peruenit, missisq; illinc ad deuastandum Viterbium copijs, ipse quoque Ameriam proficiscitur, hincq; iterum Aquilam, Senas, Piam, & deinde per Lunigianam ad Pontemremulum Parmam, atque Brixillum, traiecto que illic Pado, Casale maris ac denique Veronam. Verùm Parma antequam discederet, misit in Galliam ad concilium Patriarcham Antiochenum, qui nuper ex Syria venerat, & vnà cum archiepiscopum Panhormitanum, Thaddeum Sesseū consiliarium, binosque præterea Cremonenses doctores, vt de pace inter sacerdotes imperium que agerent: nihilominus tamen interea Entio quoque Sardinia regi & Federico Antiochia principi filijs suis mandauerat, vt Placentiam copijs suis infestarent. Veronæ verò comitia solennia habuit, quibus interfuerunt Conradus filius Germaniæ rex, cæteri Germaniæ principes atque Balduinus etiam Constantinopolitanus imperator. qui ad concilium vocatus, per regnum Neapolitanum Picenumque Veronam, vt cum Federico loqueretur, venerat, & Federico cum eum dimitteret, sedulo hortatus est, vt concordiam inter se atque pontificem promoueret. Hisce rebus confectis Cremonam, eo animo vt Lugdunū proficisceretur, peruenit, ybi Federicum filium equitem auratum: solenni consuetudine creauit, & proprijs manibus illum gladio accinxit, deinde honesto comitatu Lugdunū versus iter suscepit. Iamque Taurinum vsq; peruenerat: eiusque oratores vehementer apud Pontificem instabant, in ferenda sententia properaret, sed expectaret illius aduentum. Verùm id frustra fuit: ille enim qui iam antea secum, quid facere vellet, constituerat, vt suorum pericula præcaueret, ijs quos Parmæ habebat, amicis plurimis atq; nobilissimis clanculum per literas significat, vt ex ea

Federici ad concilium legati.

Comitia Veronæ.

Taurinum. Federici oratores parum proficiunt.

*Artes pontifi-
cia.*

*Pontif. in Fede-
ricum fulmen.*

*Exules è Par-
ma.*

Laus Pompeia.

1246.

*Florentia Fede-
rico traditur.*

*Coniuratio in
regno aduer-
sus Federicum.*

vrbe, assumpta optima quam haberent supellectile disce-
derent, & quidem citissimè, quamuis nudos exire oport-
teret: atque id vbi factum ab ijs esse intellexisset, nulla in-
teriecta mora, fulmen in Federicum eiaculatus est, eum-
que regno deposuit: nullo modo auditis admissisq; pœ-
nitentia alijs que rebus, quas per suos legatos offerebat.
Cæterùm qui tunc Parma discesserunt & ab imperio de-
fecerunt, fuère inter cæteros Girardus Correggius cum
filijs, totaque Corregiorum familia: itemque Bernardus
Rossius. Federicus igitur, cognita hac Pontificis obstina-
tione atq; furore, & frustranea sua Lugdunum suscepta
profectione: omnes imperij copias per Pedemontanam
regionem coniunxit, & excursionibus Mediolanenses ma-
gnopere infestauit: deinde Lodium, quæ olim Laus Pom-
peia erat, reuersus, sexaginta Genuensibus sagittarijs, qui
in excursionibus Mediolanensibus capti fuerant, singu-
los oculos effodiendos curauit: & tunc in Tusciam di-
scessit anno salutis M CC IIII L. Erat eò tempore Floren-
tia ob partium discordias tumultibus agitata: quam ob-
rem profectæ sunt Federico obuiam tunc, componen-
darum suarum rerum causa, ambæ partes: urbemq; in e-
ius potestatem tradiderunt: cuius rei causa, ille eò misit
Pandulphum comitem, qui Tusciam imperij nomine gu-
bernabat, Thaddeumque Sesseum qui iam Lugduno re-
dierat, à quibus compositæ sunt eorum res, & relictus ibi
præfectus Federicus imperatoris filius: qui proinde, post-
quam urbem eiusque ditionem iureiurando sibi obstrin-
xisset, & aliquandiu ibi comoratus fuisset, itidem di-
scessit, & suo loco imperij nomine alium quendam Ge-
nuensem præfectum reliquit: Interea temporis Federicus
falconibus atque aucupijs, sese Grosseti in Aurelia via re-
ficiebat, statueratque aliquandiu se illic recreare: sed for-
tè illi patefit, quorundam sui regni nobilium aduersus
se se coniuratio, cuius duces erant Pandulphus Fasanel-
lus,

lus, & Iacobus Morra, socij verò Theobaldus, Gulielmus
 atque Franciscus Sanseuerinates, Ricciardus Robertusq;
 Fafanelli, Gotfredus Morra, & Gisulphus Maimus. Qui si
 bi etiam adiunxerant Andream quendam Cigalam mili-
 tiæ ducem, quem Federicus plurimum amabat, & impe-
 ratorem è medio tollere constituerant. Res autem Caser-
 ræ comitis opera Federico innotuit, qui id ei per Ioannē
 Præsenzanum occultè significauit. Quamobrem Pandul-
 phus quidem atque Iacobus qui apud imperatorē erant, *Proditorum Fe-
derici fuga &
pœna.*
 aufugerunt, cæteri verò omnes cum clientibus suis con-
 iuncti, binas in Lucania arces Schalam atque Capacciu
 occuparunt, in ijsque se munierunt. Verum qui in Fede-
 ricici fide ijs locis permanserant milites, statim coniunctis
 viribus, proditores bello persequuti sunt: ac Schalā pau- *Schala & Ca-
paccium.*
 cos post dies occuparunt, sed Capaccium à principio ve-
 ris ad Iulium mensem vsque obsessum, tandem expugna-
 runt direptumque incenderunt, incolas omnes necarūt,
 & proditores, qui se in summam arcem receperant, ca-
 ptos ea pœna affecerunt, quæ in parricidas iure ciuili cō *Parricidarum
pœna.*
 stituta est: nam singuli in coriaceo sacco inuoluti vnà cū
 singulis canibus, simijs, gallinaceis gallis atque viperis, in
 mare proiecti fuerunt: vt omnium elementorum vsu pri-
 uati, & vitii ab hisce animantibus inimicissimis, famis ra-
 bie concitatis, dilantarentur. Federicus quoque, vbi con-
 iurationis huius certior factus fuisset, in regnum, vt eas
 turbas componeret redijt. Ac præter Capaccium destru- *Altauilla de-
structa.*
 xerunt quoq; tunc Altauillam, & omnibus qui coniura-
 tis aliqua sanguinis affinitate iuncti essent, vsque ad quar-
 tum & quintum gradum, oculos effoderunt, eosque cō-
 bufferunt: vt Vniuersum propè regnum vindictæ huius
 seueritatem senserit. Innocentius autem pronunciata ad *Federico viuo
substituuntur
alij imperato-
res infelices.*
 uersus Federicum sententia, eoque deposito, curauerat
 in illius locum eligi Imperatorem, Thuringiæ Landgra-
 uium: sed Conradus ita eum continuit, vt in Germaniā

*Federici noua
in Longobar-
diam expedi-
tio.*

*Varia munera
varijs attribu-
ta, à Federico.*

non modò prodire nequiverit, verùm etiam, mox ex hac vita commigrans, ei quorundam suorum bonorum possessionem, quæ centum millia ferè argenti marcharum valebant, relinquere coactus fuerit. Landgrauio substitutus est ab Electoribus, ex Pontificis mandato, Gulielmus Hollandiæ comes: verùm & ipse breui tēporis spacio deinde vitam finijt, vt nemo Federico viuo imperare potuerit. Interea temporis verò ille, deleta funditus coniuratione, in loca campestria cum maximo exercitu prodijt, simulque imperauit omnibus subditis, vt sibi præstò essent, ad redeundum in Longobardiam domandosque ibi rebelles. Intelligebat enim pontificem parare reditum cum nouo Imperatore Genuam atque Mediolanum, vt Longobardiam, Aemiliam Flaminiamque recuperaret: quibus in locis rumorem sparserant ecclesiastici, illum ita esse clausum in suo regno, vt nusquã prodire posset. Quamobrem conuocatis in campestri loco omnib. militiae ducibus, nobilibus & ciuitatum legatis comitia habuit, & denunciata in Longobardiam expeditione, p. regem in regno constituit Henricum filium paruum ad huc, quem ex Angliæ regis sorore susceperat, ei que magnum nobilium virorum numerum adiunxit, vt eorum consilijs vteretur. Federicum verò nepotem, ex Henrico maximo natu filio, qui in carcere obierat genitū, copiarum quæ ad regni defensionem relinquerentur, ducem creauit, & mille grauis armaturæ viros cum totidem sagittarijs equitibus illi attribuit: mandauitque vt in bellis gerendis, consilio vteretur nobilium, quos regni gubernationi præfecisset. Et Federicum filium Antiochiæ principem, præfecit Tusciæ, Aureliæ viæ, Piceno, Aemiliæ atque Flaminia: atque Entium Sardinia regem, totius Italię legatum pronunciauit, quo munere prius etiam functus fuerat: & Richardum deniq; filium Ciuitatis Chietæ comitem, summum militiae ducem per Picenum & Romãdiolam

diolam esse voluit. Cumque hæc munera ita distribuisset, & singulis certum militum numerum destinasset, iurando sibi omnes deuinxit, & subditis imperauit, vt illis in omnibus parerent: dimissisque comitijs, eadē via qua prius vsus esset, ingressus est, & si quæ vrbes indigebant, eorum res in itinere componens, Senas, Pisas Cremonamque peruenit. Atque hîc vbi aliquandiu substitisset, decreuit iterum Lugdunum vsque transire, vt res cum pontifice componeret. Quamobrem tantum literatorum, togatorum ac rei militaris peritissimorum hominum comitatum comparauit, quantum nullum adhuc imperatorem, cum ex antiquis tum ex recentioribus habuisse legimus: & cum ijs Taurinum vsque profectus, anno salutis humanæ MCCIII. ex communi eorum consilio illinc legatos misit ad Galliæ regem, vt eum de aduentu suo eiusque causâ certiolem facerent. Iamque impedimenta versus montes præmiserat, quæ duorum dierum iter confecerant, cum certior sit Brixianos Placentinosque, cum alijs imperij rebellibus, & Apostolico legato Parmam, postquam illinc discessisset, mense Iunio occupasse, & Henricum Testam, vrbis imperij nomine præfectum, interemisse. Quapropter hanc Pontificis machinam esse cognoscens, institutum iter indignatione quadam motus reuocauit, & cum omnibus legatis, exercitu atque comitatu vniuerso Parmam reuersus est, eamque cum sexaginta hominum millibus obsedit. Atque vt maiori commoditate in cœpta obsidione persistere posset, breui temporis spacio ex aduerso aliam ligneam urbem condidit, Victoriam nomine, & templum quoque sub Sancti Victoris titulo in ea construxit, ac si is patronus esset futurus, & monetam denique cudere in eadem curauit, quâ Victorinam appellauit. Erat autem vrbis huius longitudo 7100. & latitudo 5400. cubitorum: portas octo habebat, & fossas latas atque profundas, in quas illas aquas im-

*Federicus iter
Lugdunum de
nuo frustra cō
stituit.*

*Parma deficiit
& iterum obsi
detur.*

*Victoria vrbs
lignea.*

*Bine victoriae
federici militū.
Prælium ad Au-
ximum fluuiū.*

*Guelphi & Gi-
bellini in armis*

1248.

*Federici infor-
tunium.*

milit quæ prius Parmam influebant, & loca ad inhabitandum commoda, aulam, palatia, officinas & alias eius generis res, veluti in ciuitate veteri, fabrefieri curauit. Hæc autem dum ita gerit Federicus, & Victoriæ confistēs Parmensem obsidionem vrget, binarum rerum à suis feliciter gestarum certior fit: Robertum scilicet Castilionem, suum per Picenum Vicarium, dum Maceratæ cōsideret, Pontificiorum exercitum ad Auximum flumen fudisse, eorumque ducem Marcellinum Episcopum Arcinum captum, vnà cum multis alijs ad quatuor circiter millia interemisse, plurimos cepisse, plurimaque ciuitatum, quæ rebellauerant, signa obtinuisse, & inter cætera illud Anconitanorum, quod ab Hemanuele Constantinopolitano imperatore dono accepissent, cum à Federico Barbarossa, illius mandato, deficerent. Et Guelphos atque Gibellinos Florentiæ arma aduersus se mutuò sumpsisse (quod proinde factum est anno seruatoris MCCIII. mense Ianuario) incendijsque ita se infestare cœpisse, vt mille circiter domus essent exustæ: quapropter Gibellinos implorasse opem Federici Antiochiæ principis, qui Tusciæ præfectus, tunc nō plus duobus passuum millibus illinc distans, in urbem ingressus, eam patris imperatoris nomine occupauit: Guelphos autem ea re perterrefactos, cū bonis atque liberis Bononiam concessisse: cumque redire & iureiurando Federico se obstringere noluisissent, interdictum hīs vrbe, eorumque bona imperij ærario addicta fuisse. Florentiam autem in Imperij potestate permansisse. Sed non diuturnū fuit istud, ob res feliciter gestas, gaudium: nam vix duos annos in hac obsidione compleuerat, cum ex morbo, quo aliquot diebus laborauerat, conualescens, quinquaginta propè equitibus comitatus, Victoria exierat, vt falconibus aucupijsque se recrearet, vltima februarij die eodem anno: & reliquus exercitus cū ob absentiam imperatoris, tum nimia confidentia, hostiumque

stiumq; contemptum, ociosus vagabatur. Qua re cognita, Parmenses, cum Legato Apostolico præsentem arripuere occasionem, & cum omnibus viribus egressi in castra, non ea parte qua Parmam spectabāt, quod hīc melius essent munita, sed supra Victoriā impetum fecerūt.

Federicus ergo intellecto campanæ in turri, qua vigiliæ habebantur, collocatæ sonitu, subito suis auxilio aduoluit: cumque deprehendisset Parmenses cum Malespinæ Marchione, qui in prima acie erat, seque strenuè defendebat, acerrimè pugnare, in auxilium illi contendit: sed cum eo cognito, in illum magno numero irruissent, & esset iam longè ipsis inferior, sese ad munitiones intra Victoriā recepit, & nihil eorum quæ in tanto tumultu, à strenuo imperatore fieri possunt, omittebat. Verùm Parmenses dirutis, destructisque munitionibus ac vallis, magna multitudine, magnoque cum impetu, ipsi quoque Victoriā ingressi, omnes qui obuiam fierent sine ordine trucidabant, & inter alios interemerunt etiam Thaddeū Sesseum consiliarium, & Iudicē in aula, cuius antea quoque mentionē fecimus. Federicus igitur, cum paulò post cerneret, nullum amplius superesse remedium, nec plures iam apud se, quàm quatuordecim grauis armaturæ equites haberet, cum ijs Victoriā egressus, versus Sancti Donnini Vicum contendit. Sed Parmenses pugnam continuantes magnam stragem ediderunt: & non sine maximo labore ac cæde suorum, Cremonensium Carrucam strenuè à suis defensam ceperunt: Victoriā denique vicerunt, Imperatoris domum scepra, coronam, omniaque præciosa ornamenta obtinuerunt: urbem incendunt, repleuerunt fossas, & in editum quendam atque conspicuum locum binos hos versus affixerunt.

Per te, rex alme, cessit Victoriā Parma,

Antiphrasi dicta cessit Victoriā victa.

Carrucæ autem Cremonensium, quam in eorum cō-

Victoria expugnata.

Carruca Cremonensium capitur.

temptum, a finis per urbem trahendam curarunt, hos itidem versus apposuerunt.

*Carrocij flet damna sui miseranda Cremona
Imperij Federice tui fugis absque Corona.*

Imperator autem accepta tāta clade, animum nequam abiecit: sed Cremonam primūm peruenit, vbi cū obuiam illi processissent foeminae cum puerulis vniuersusque populus, atque ei non sine lacrymis gratularētur, quod ex tanto periculo diuino auxilio euassisset, consolatus est illos vicissim, & deinde Guastallam, atque hinc ad Brixilli pontem contendit. Hic autem comperit regem Sardiniae filium suum, vnā cum exulibus Ferrariensibus qui illum sequebantur, Mantuanos, qui Parmensib. suppetias ferebant, magno praelio superasse, ijsque quinquaginta minores naues cepisse, & simul cum illis trecentos viros, quos ad ripam fluminis postea suspenderit. Quare cognita relictoque ad pontis custodiam iusto numero, misit eundem Sardiniae regem in Lunigianam, vt per eā tutum iter conseruaret, quod res illic ad rebellionē quādam tendere viderentur: ipse verō ad Sancti Donini Vicum reuersus est, eo animo, vt collectis exercitus reliquijs, sese iterum paulatim ad Parmensem obsidionem compararet. Ibi verō cum Paschatis festū celebraret, magnā argenti vim à Caloranne Battaccio genero suo, eo Luna die qui proximè praecedit pascha, accepit: simulque certior factus est, Richardum comitem filium, eos qui ad Ciuitatem nouam in Piceno degebant, magno praelio superasse, & duo circiter millia illorum occidisse aut cepisse, atque inter caeteros Hugolinum Nouellum, apud quem fuerant Pandulphus Fasanelle, & Iacobus Morra proditor Federici (vti supra diximus) vnā cum Mazzeo Fasanelle Pandulphi fratre, illic quoque occubuisse. Quibus ita cognitis è Sancti Donini Vico discedens, Cremonam venit anno à salutifero partu MCCIL. totus in eō fixus, vt

repa-

*Mantuanū
praelio victi.*

*Ciuitas noua
in Piceno victa*

reparando exercitui operam daret. Cognouit autem hîc, Sardinia regem Arolam Regij arcem expugnasse, & nonaginta septem rebelles ibi deprehensos, ante portas suspendisse. Quod etsi ita esset, tamen multas per Longobardiam difficultates, totamque eam ad defectionem spectare animaduertebat, & inter suos quoque intimos nōnullos intelligebat esse, qui de sese prodendo cogitarēt: è quorum numero erat Petrus Vineus Iudex aulicus, & primarius apud ipsum secretarius. Quamobrē eo in Vincula coniecto, mense aprili ex Longobardia soluens, iter versus Apuliam, vt reparatis viribus sequenti deinde Augusto reuerteretur, arripuit: ac per Tusciam transiens, inuenit Antiochia principem filium, vnā cum Florentinis Capraram obsidentem, in quam se receperant Guelphi rebelles, & Tusciam vniuersam, maximē verò S. Miniati castrum ad rebellionem sollicitauerant. Quapropter expugnari eam voluit, & Guelphos, qui illic fuissent, in regnum Neapolitanum captiuos duci curauit. Nec multū iam quoque fidere poterat. S. Miniati ciuibus, qui defectionis venenum à Guelphis hauserant: itaque cum non multum temporis tamen in eo expugnando libenter impenderet, astutia quadam id occupare decreuit: ac dissimulata eorum perfidia, magnum optimorum militum numerum, fictis catenis vinciuuit, ac si captiui Longobardi forent, atque aliquot mulis omni armorum genere onustis, tectisq; tapetibus, in eum modum, quo præciosa Imperatoris supellex inuolui in capsis solebat: misit ea omnia ad S. Miniatū vnā cum Petro Vinco verē captiuo, adiunctisque legatis significare ciuibus iussit, Imperatorem in regnum Neapolitanum quamcelerrimē posset contendere, quod vt facilius posset efficere, velle apud eos, quos sibi per Tusciam fidissimos esse sciret, hāc præciosissimam suam supellectilem atque captiuos, quorū permultum interesset, ceu impedimenta deponere: ac ro-

Petrus de Vinculis perditor Federici.

Caprara & Guelphi expugnati.

S. Miniatum astutia captum

gare eos summo opere, ut illa, donec breui tempore reuerteretur, quam diligentissimè cōseruarent. Illi igitur cum & armatum Imperatorem propè adesse scirent, & se non ita multum hinc detrimenti accepturos sperarent, si ita statim discederet, ijsque eam suppellectilem cum captiuis relinqueret, dissimularunt & ipsi perfidiam, quamuis aliquid suspicarentur, fictoq; erga Imperatorem studio, illa omnia hilari vultu intra mœnia acceptarunt. Sed milites nocta temporis locique oportunitate, prout inter eos conuenerat, subito catenas abiecerunt (erant enim ita fabrefactæ, ut vno quasi momento remoueri possent) sumptisque armis forti animo Imperij nomen inelamarunt, & quibusdam enecatis, occupatisque portis, reliquum exercitum intromiserunt: occuparunt arcem, proditores trucidarunt, eorum domos destruxerunt, & oppidum in Imperij potestatem reducerunt. Quibus confectis, Petro Vineo in eadem S. Miniati arce oculos effodiendos curauit: qui postea, quoniam vnus ex primarijs in Federici aula clarissimusque; fuisset, non amplius vitam sine visu tolerare potuit, sed ipsa sceleris in dominum commissi conscientia agitatus, seipsum in conspectu omnium interemit: ac talis quidem fuit vitæ terminus Petro Vineo summe eruditionis iuriconsulto, cui paucos similes eo tempore fuisse legimus, ob insignem rerum experientiam. Hinc verò discedens deinde Federicus, relictis Florentinis, rectà Senas, atque illinc Foggiam in Apuliam peruenit, anno à Virginis partu M C C L. Illic verò certior factus est, Sardinia regem filium à Mutinensibus cōtra Bononienses auxilio vocatum, fortiterque; pugnantem captum, & Maio mense Bononiam fuisse adductum: eoque fieri ut Apostolicus Legatus cū reliquis pontificijs & Guelphis, hac occasione arrepta Longobardiam, Aemiliam, Flaminiam atque Tusciam excursionibus deuastet, multasque; imperij vrbes partim p̄ditione, partim alijs modis & conditionibus

*Petri de Vineis
Mors.*

*Federicus in re
gnum redit.*

1250.

Entius captus.

ditionibus in suam reducant potestatem. Quamobrem maiori, quàm vnquam prius fecisset, studio, cogendæ pecuniæ atq; militibus comparandis operam dabat, vt cū potentissima manu in Longobardiam propediem reueteretur. Nec dubium est, quin maximas res fuisset gesturus, nisi id quod fato omnibus hominibus semel est subeundum, infelici eo infaustoq; anno obstitisset, contra tamēn quàm ipse putarat. Erat enim etiam num integris viribus, & ætate satis viridi, nec sibi moriendum alibi putabat, quàm Florentiæ, aut in illius territorio: qua de causa etiam proximè ex Tuscia in Apuliam rediens, per Florentinorum ditionem transire noluerat, quod præmonitus fuisset à quodam, qui colloquium & conuersationem cū spiritu quodam habere putabatur, sibi in Florentino esse obeundum. Sed vbi forte in Apuliæ quadam arce, sex circiter passuum millibus à Luceria distāte, quæ etiam Florentinum dicebatur, vehementer febricitare cœpisset: præsagium illud in memoriam reuocauit, & pro eo quod erat ingenij acumine, statim animaduertit, hunc esse vitæ suæ terminum. Itaque primum omnium errores suos Archiepiscopo Panhormitano confessus est, eiusdemq; atque aliorum etiam religiosorum hominum consilio, sese in Sanctæ Ecclesiæ gremium commisit, iurauitq; se ratum habiturum quicquid illa imperaret: tantaq; fuit ea, quam in delictorum confessione Christianorum more edidit, pœnitentiæ significatio, vt Mainardinus Imolensis Episcopus, qui multas res à Federico gestas literarum monumentis commendauit, asserere ausit, quod vel ex sola ea conijci possit, illum singulare electionis vas fuisse. Gulielmus Podius quoque in Chronicis suis, (vti Dandalus in historia refert) scribit Federicum morti proximū suorum errorum tantopere pœnituisse, vt vetuerit, sibi post obitum exequias cum ea pompa celebrari, quæ Imperatoribus in vsu esse consuevit. Testamentum condi-

Prognosticū de morte Federici fallax.

Florentinum in Apulia.

Felix vitæ terminus Federici

Testamentū Federici.

Heredes Federici.

Federici mors.

dit deinde, quo primum Hierosolymitanis equitibus & Ioannitarum Xenodochijs, multa vnciarum auri millia legauit, pro eo quod reditus, qui illis ex regno suo debebantur, tempore belli exigere nequiuissent. Magnā præterea vim pecuniæ decreuit ad recuperandam terrā sanctam, voluitq; vt pro eorundem equitum consilio impederetur: eadem animi propensione condonauit omnib. qui in se deliquissent, aut ab Imperio defecissent, solosq; regni incolas, qui ingrati proditoresq; sui fuissent, pœnam quæ iure decerneretur, subire voluit, cæteros verò captiuos à filijs dimitti voluit, vbicunq; terrarum suo nomine detinerentur: & omnia denique oppida quæ Ecclesiæ iure spectarent, eidem restituenda curauit. Hæredē regni Vniuersi atque Imperij Romani reliquit Conradū filium Germaniæ regem: Henrico legitimo itidem filio minori, Siciliae insulæ possessionem dedit, vt eam tamen cum Conradi fratris cōsensu gubernaret, & præterea centum vnciarum auri millia. Federico nepoti, qui ex Henrico maximo natu filio in vinculis mortuo genitus fuerat, Austriæ ducatum cum decem vnciarum auri millib. tradidit. Manfredum illegitimo thoro natum Tarenti principem, imperium Conradi nomine à Papia in Apuliam vsq; decem annos administrare voluit, ni fortè Cōradus ipse in regno foret: omnibus deniq; cæteris filijs hoc vnicè mandauit, vt Conrado ceu vero regi atque imperatori fidem præstarent. Atque hoc quidem modo, postquā hominibus atque etiam Deo satisfecisset, & quæ Cæsaris essent Cæsari, deoq; illa dedisset quæ Dei sunt, animam quoque illi commendauit, annos quinquaginta quatuor natus: iamq; triginta tres annos imperauerat. Minimè autem credibile est, quod quidam scribunt, rumorē de Manfredo sparsum fuisse, ac si puluino ori admoto orbitum illi accelerārit: id enim nec verisimile est, neq; ab eo fieri potuisset: & longè aliter scripsere qui eo tempo-
re

re viuiebant Ecclesiastici autores. Obijt igitur Federicus anno seruatoris M C C L. decima tertia decembris die, qui Diuæ Lucix festus fuit, in Florentino Apulix castro, non in Florentino Latij, aut Florentinorum ditione: Vnde manifestum, non nouum tamen exemplum apparet fallaciæ demoniorum fatalisq; necessitatis: neque enim Florentinum agrum deuitans mortem potuit effugere, sed tantum eius nominis ambiguitate delusus est. Manfredus verò corpus demortui magna cum pompa atque honore in Siciliam deuehendum curauit, idque ad Monreale supra Panhormum magnificè condidit: monumento inscripti fuere terni versiculi, in virtutis potentixque suæ testimonium, à quodam Aretino sacerdote conscripti, qui tunc temporis à viris eruditis, multis diuersorum epitaphijs prælati fuerunt: ita autem habent:

Si prohibitas, census, virtutis gloria, sensus,

Nobilitas orti possent resistere morti:

Non foret extinctus Federicus qui iacet intus. 5

Federici sepultura.

Vitæ Federici compendium.

Peritia.

Atque hætenus quidem eas res, ab hoc inclito rege gestas commemorauimus, quæ ad nostrum propositum de Neapolitano regno facere videbantur: quare non ab re quoque fore existimo, si tantum suæ virtuti honoris præterea exhibeamus, vt summam illius vitæ hîc indicemus: nam etsi excellens admodum vir fuerit, tamen varia de illo ab alijs atque alijs scripta leguntur, & à scriptoribus Pontificijs Ecclesiæ deuastator appellatur. Quod etiam si ita se habeat, non desunt tamē etiam probati auctores sanctiq; viri, qui de illo ista commemorant: pulchrū scilicet eum & iusta corporis magnitudine fuisse, membris quadratis, pilo subrubeo, vultu hilari, sensibus maxime vegetis, prudentissimum & omnium ferè artium mechanicarum, cæterarumque rerum, quibus adijceret animum, insignem artificem: eruditum linguarum, Italicæ, Latinæ, Germanicæ, Gallicæ, Græcæ, atque Sarracenicæ

peritum, magnificum, liberalem, magnanimum, in fideles, & à quibus beneficia accepisset munificum, & seuerū perfidiæ vindicem. Nam & celebriores Apuliæ Siciliæq; vrbes, omnes magnificis ædificijs exornare curauit, quæ omnia hîc commemorare nimis longum foret: sed inter cætera, præcipua illa fuerunt, quòd in Aprutijs Aquilam, Neapoli arcem Capuanam, eiusdemq; nominis turrim, pontemque atque Traniam arcem condidit: in Tuscia castrum Pratense, & Sanminiati arcem: in Aemilia Flaminiaque arcem Cesenæ, Bertinori, Fauentiæ atque Ceruiæ, & alijs denique pluribus locis alia quoq; palatia atq; templa magnifica. Multas leges tulit de fide Christiana & Ecclesiæ libertate conseruanda, de Italia tutanda, fouēdis agricolis, nautis atq; literarum studijs, quibus singulari studio semper fauit: suntque omnes hæc leges Iustiniæni Codici nuincupato insertæ, atque approbatæ: librum de vsu feudorum, optimum & in scholis vsitatum conscribi curauit, itemque alium de regni statutis: transferri quoq; fecit ex Aristotele illa quæ vsque in hunc diem publice in scholis leguntur: & Medicinam vniuersam ex Græco atque Arabico sermone, eaque opera Bononiensi Academia, veluti ex multis eius epistolis constat, dono dedit. Neapoli Academiam instituit permultis priuilegijs dotatam, quæ nos quoque vidimus & legimus, eoq; viros omni literarum genere peritos aduocauit: semperque etiam apud se eruditos habuit, & inter cæteros primarium in aula iudicem Rosfredum Beneuentanum iurisconsultum, cuius opera adhuc nostro tempore leguntur. Armis præpotens, & inuictò animo fuit: sed hoc illi maximè vitio vertitur, quòd nimius fuerit amator mulierum: habebat enim plurimas concubinas secumq; magnum pulcherrimarum Iuuecularum gregem ducebat: falconibus quoque plurimum delectatus est. Vxores habuit Constantiam Castellæ regis sororem, Iolantam Hic rosoly.

Ædificia.

Vitia Federici.

Vxores & filij

rosolythorum regis filiam, & Isabellā sororem regis Angliæ: ex omnibus autem liberos suscepit, vti diximus, habuitq; prolem masculam, copiosam & pulchrā cum ex legitimo tum illegitimo thoro natam. Constantia enim illi Henricum primogenitum peperit, patris hostis, in vinctulis mortuus vt supra, qui fuit rex Germaniæ: Iolanta Conradum qui illi in regnum successit: Isabella Henricū Siciliae insulæ regem, sed qui iuuenis admodum obiit. Ex illegitimo verò thoro suscepit Entium Sardinia regem, Manfredum regem vtriusque Siciliae, Federicum Antiochia principem, multosq; præterea alios, quos suo loco in typo describemus. Opibus admodum potēs fuit: nam præter Imperij regiones quas tenebat, vtriusq; Siciliae regnum ex materna hæreditate possedit, regnum Hierosolymitanum ratione vxoris, Germaniæ regnum ratione electionis, & paterna denique maiorum successione Sueviae ducatum habuit. Sed et si tot ingenij, corporis, fortunæque dotibus esset ornatus, tamen Ecclesiæ hostis iudicatus fuit: ac videtur quidem aliquid tale fuisse, postquā lata esset aduersus eum ab Innocentio III. sentētia, quæ sexto Decretalium libro postea inserta fuit, nec proinde hanc rem esse amplius fortē in dubium vocandā. Quod etiam si ita sit, tamen si ea quæ gesta ab illo supra commemorauimus, aut quæ à diuersis scriptoribus literarū monumentis tradita sunt considero, aut etiam epistolas eius scriptaq; perpēdo: nescio sanē an illum Ecclesiæ hostem declarārint, quod de Pontificijs nimis vera prædicatione, multaq; in eorum moribus totaq; illa Apostolica vita desiderārit, aut quod Imperij iura acrius defenderit, aut denique quod nimis in Italia potens, contrā quā voluissent, fuerit. Iudicium huius rei relinquam equidem æquo rerum à Federico gestarum lectori: sed interim dū cogito Christum, quem Vicarij sui Pontifices, sicuti præcepit, imitari, ei que ceu ministri parere debēt, mandasse

Opes Federici,

Quo modo fuerit Ecclesiæ hostis?

He sanē sunt cause, cur Federicus hostis fuerit iudicatus.

*Federici Epi-
stolæ.*

vt gladium in vaginam recondamus, nec septies tantum, sed septuagies septies delinquenti condonemus: & ex altera parte video tot insidias atq; prodiciones aduersus Federicum institutas, tot legatos Ecclesiasticos, qui pastores appellantur, contra eundem in regnum, Picenū, Longobardiam, Aemiliam, Flaminiamq; missos, tot vrbes atque regiones ob eandem causam deuastatas, tantū Christiani sanguinis effusum: & illum tamen victorem semper euasisse, Pontificios verò, qui aduersus eum se cõiunxerant, infortunatos semper succubuisse: non possum nõ approbare, quod Pius pontifex in historia Australi scripsit, nihil videlicet excellenter malum in Ecclesia catholica patrari, cuius prima origo à sacerdotibus non dependeat, ni fortè occulto quodam Dei consilio fiat. Ego sanè multas Federici epistolæ quæ extant, vidi atq; legi, cum ad Pontifices & Cardinales, tum alios Christiani orbis principes, priuatasque etiam personas exaratas: sed nihil in eis deprehendi contra fidei nostræ regulam, nihil hæreticum, nihil denique quod aliquam Ecclesiæ oppressionem aut contumaciam redoleat: sunt quidem in ijs multæ querelæ, lamentationes, admonitiones de auaritia & ambitione sacerdotum, de pōtificis pertinacia, qui suas excusationes & imperij defensionem audire nolit, deque insidijs quæ sibi struerentur. Et qui harum rerum veritatem & magnam principum virtutem cognoscere desiderat, is legere poterit inter cætera, vnam ex eius epistolis ad omnes Christianos principes scriptā, cuius exordium ita habet: Collegerunt principes, pontifices, & Pharisæi concilium in vnum & aduersum principem, Christum Dei, conuenerunt. Et aliam item, quam scripsit ad Collegium Cardinalium, vt dissuaderent Pontifici ne discordias inter ipsos & imperium aleret, quæ ita incipit: In exordio nascentis mundi: & eam item cuius principium est: Infallibilis veritatis testem, & supremum Iustitiæ Iudi-

Judicem obtestamur. In hisce inter cetera scribit alicubi *Verba Federi*
 hoc modo: Nos cū sacrosancta Romana Ecclesia discor- *in Epistola.*
 dias nullas habemus, sed iniuriam atq; impetum huius
 Romani pōrificis propulsamus, & imperij nostri iura de-
 fendimus: & tamen cum eo semper pacem habere desi-
 derauimus, & etiamnum cupimus. Alia quoque eius ex-
 tat epistola ad principes itidem Christianos conscripta,
 in cuius fine alia quædam ait, quæ non tam ob elegantia,
 quàm ob veritatem ipsam huic nostro compendio inse-
 renda putauimus: nam cum nostris temporibus perportunè
 conueniant, fortè poterint bonum aliquem hominem
 ad veram viam reducere. scribit autem in hanc ferè sen-
 tentiam. Quod vobis legati nostri retulerunt, credite
 ceu rem verissimam, nō aliter ac si eam Diuus Petrus iu-
 reirando confirmasset: an non videtur vobis lata aduer-
 sus nos de depositione sententia, Imperij maiestatem læ-
 sam esse? sumus enim puritatis nostræ conscij, & Deum
 nobiscum habemus, quem obtestamur, nos semper eò
 spectasse, vt sacerdotes adduceremus ad perseuerandum
 in vera fide, cuiusmodi in primitiua Ecclesia fuerat, dum
 vitam Apostolicam & Christi humilitatem imitabātur.
 Solebant enim tunc clerici angelos sæpe videre, miracu-
 lis fulgere, curare infirmos, suscitare mortuos, nec armis
 sed sanctitate sua principes subiugare: qui verò hoc secu-
 lo viuunt, mundo dediti sunt, & delitijs inebriati Deum
 humeris induunt, & diuitiarum suarum superfluitate re-
 ligionem nostram suffocant. Subtrahere igitur talibus
 opes superfluas quæ ipsis nocent, eosq; magno cum de-
 trimento aggrauant, est ne à charitate alienum? Itaq; ad
 hoc opus vnà nobiscum peragendum, omnes principes
 inuitamus: qui deponunt enim superflua, deo melius in-
 seruiunt, & vos operam dare debetis vt Deo benè seruiat-
 tur. Hæc fortè sunt illa, propter quæ eo tempore, Federi-
 cum hostis Ecclesiæ nomen mereri censuerunt: cuius rei

Manfredus re-
gni gubernator.
 iudicium, vt ante monuimus, alijs relinquimus, atq; hinc rerum eius finem faciemus. Sed Manfredus patre sepul-
 to, & exequijs ritè celebratis, tanquam regni gubernator
 atque Conradi fratris, qui in Germania erat, Vicarius, to-
 tum regnum in suam potestatem sine difficultate redu-
 xit: solaque Neapolis, Capua & Aquinum rebellârunt. Cas-
 fertæ comitis opera, qui & ipse prius defecerat, quamuis
 Manfredo affinitate iunctus esset, & vnam è filiabus Fe-
 derici in vxorem haberet. Dedere autem sese tres illæ vr-
 bes rebelles in Ecclesiæ potestatem, Pontifice nō eas mo-
 dō acceptante, verumetiam magna quædam auxilia pro-
 mittente: & quamuis Manfredus Neapolin sæpius infe-
 stasset, nunquam tamen eam potuit occupare. Innocen-
 tius verò interea, regni occupandi spe Lugduno disce-
 dens, Genuam appulit anno seruatoris M C C L. Ibi que
 postquam multa minatus esset, multosq; apparatus fe-
 cisset, regni iura Ciarlorto Angliæ regis fratri tradidit, is-
 que illa acceptauit, seque in literis Siciliæ regem nuncu-
 pabat, verum in Italiam nunquam venit, nec quicquam
 illi hæc iura profuerunt. Pontifex quoq; ipse nullas in re-
 gnum copias misit. Conradus autem de parentis obitu
 certior factus, mouit ex Germania cum maximo exerci-
 tu, & in Marcam Taruisianam ac Longobardiam perue-
 niens, deprehendit ibi omnes ad rebellionem spectare,
 præter Cremonenses cum suis subditis, qui fidiissimi fue-
 rant: quare aliquandiu apud eos commoratus, ad cōpo-
 niendas res eorum qui in fide permanserât, per forum Lu-
 lium ad Portum Naonem redijt, Ezellini à Romano, qui
 illa loca imperij nomine gubernabat, consilio: atq; hinc
 Venetorum auxilio, & ratibus, per Adriaticam sinum re-
 gnum ingressus, in Capitiniatæ portu, quo postea Man-
 fredonia condita fuit, à Manfredo magna læticia magno
 que honore acceptus est. Deinde regionem perlustrans
 magno cum impetu atque furore propè, Cerræ comitè,
 suos

suos fasces agnoscere coegit, & Sangermanum deditio-
ne accepit, itemque vniuersam Cafertæ comitis ditio-
nem: qui postquam ex fuga Capuam se recepisset, eò ipse
quoque peruenit: & vbi amoenissima quæq; circa urbem
deuastasset, ipsam etiam occupauit, & moenia destruxit:
capto autem comite, Aquinum, quæ tunc celebris vrbs
erat, profectus est, & id quoque vi expugnatum diripuit,
& combussit. Quibus ita confectis Neapolim aggressus
est, eamq; terra mariq; grauissimè obsedit, vt in eam ne-
mo ingredi aut egredi posset. Neapolitani verò Pontifi-
cis auxilia, qui tamen illos tantùm vana spe verbisq; su-
stentabat, propediem ad futura sperantes, se strenuè de-
fendebant, vsque adeò, vt Conradus de soluenda obsidio
ne quandoque cogitaret: sed hortabatur tamen eum ad
vrgendam eam quidam fidelis cliës, qui in vrbe latebat,
& ciues iam fessos esse sciebat: id verò literulis quibusdã
efficiebat, quas telis alligatas, aut etiam inscriptas in Ger-
manorum castra emittebat, è quarum numero memo-
rabiles fuere semel, hæc Latinis versiculis in hunc modum
scriptæ:

Mutus regalis latitans in Parthenopeo,

Vera referre studet, auxiliante Deo.

Parthenope se fessa dabit tibi qui dominaris,

Si benè claudantur ostia clausa maris.

Persta, & infesta, funda, quæ marmora iacit,

Nam mora Victorem continuata facit.

Cum enim Conradus, hisce versib. Neapolitanos fessos esse cognouisset, & fundam qua saxa in urbem conijciebantur ciuibus admodum esse perniciosam, spemque esse breui tempore deditiois, si loca maritima benè custodirentur: perseuerauit ibi vsque ad octauum mensem & tunc tandem, anno MCCLIII. urbem obtinuit, ea conditione, vt hominibus & ædificijs parceretur. Sed vbi tamen in eam ingressus fuisset, moenia, turres, multaq; no-

Capua expugnata et vastata.

Aquinum diripitum.

Neapolis obsessa.

Aduerte modum secretè agendi.

1253.

Neapolis occupata & vastata.

bilium magnifica aedificia destruxit: magnam ciuium at-
 que nobilissimorum hominum copiam in exilium mi-
 sit, inter quos fuerunt Richardus Philingerus cum tota
 familia, vniuersa Griffinorum domus, & Gulielmus de
 Palma, quod ij autōres fuissent causaque, propter quam
 se ciues aduersus eum defendissent. Ingressus deinde est
 in summum templum, ac deprehendit ibi in media area
 equum ex orichalco fabrefactum sine freno, rem anti-
 quam, & ornamenti causa, aut fortè etiam pro vrbis insi-
 gnibus illic conseruatam: quare eius habenis hosce bi-
 nos versiculos insculpendos curauit.

Hactenus effrenis domini nunc paret habenis,

Rex domat hunc equus Parthenopenfis, equum.

Atque hoc quidem modo Conradus occupata Nea-
 poli, totius regni dominium nemine sese opponente ob-
 tenuit: quare prouinciam corrigendi, si quid in eo minus
 benè haberet, Hèrico Ruelli comiti seni tradidit, & Nea-
 politanae vrbis administratione Brancaleoni cuidam cō-
 missa, ocio ipse atque voluptatibus se dedit. Henricus
 verò frater puer adhuc, ex Isabella regina natus, interim
 ex Sicilia, quam Federicus pater ei testamento legauerat,
 discedit, vt ad fratrem regem excipiendum, eiq; gratulan-
 dum proficisceretur: secum autem in comitatu habebat
 Ioannem Morum quendam Sarracenum militiae ducē,
 qui postquam ad Sanfelicem Lucaniae arcem peruenis-
 sent, Henricum in conclaue clanculū adduxit, & ex Con-
 radi mandato trucidauit. Quae res sanè ab omnibus re-
 gni incolis, ceu maximè impia, summopere vituperata
 fuit: erat enim is adolescens cum forma corporis, tum
 indole ipsa cæteris Federici liberis multò præstantior.
 Neque verò procul absuit vltio diuina: nam vix quinque
 menses post eius mortem fuerant elapsi, cum ipse quo-
 que Conradus veneno à Manfredō, vt putatur, sublatus
 est, & Ioanni Moro atque Bertoldo marchioni ob eodē
 Manfre-

*Henrici mini-
 mi Federici fi-
 lii obitus.*

Manfredo caput amputatum: ac iure quidē hūc, quod non modò Henrici cæde sese polluisent, verum etiā Federicum minorem, Federici imperatoris nepotem sustulissent. Cum enim illi Imperator Austriam testamēto legasset, vna cum decem vnciarum auri millibus, vti dictū est antea, & misellus adolescens eò venisset, vt accepto auro in Austriam contenderet: data prouincia fuit à Manfredo Ioanni Moro, vt id ei post obitum parētis numeraret: sed ille eum ad eorū Melphim inuitauit, aurū sese illic numeraturum fingens, & oblato pisce venenato, Beroldi marchionis consilio enecauit: atque hic quidē fuit miserandus admodum vitæ terminus binis Federici II. Imperatoris filijs, vni nepoti & duobus ministris, qui eorum mortem procurauerant. Fuerat autem Conradus vir inhumanus, crudelis, prudentia cæterisque virtutibus patri longè inferior: adeoq; nihil laude dignum de eo litterarum monumētis traditū inuenimus: Riccobaldus hoc vnum de illo commemorat, quod formæ præstantia alter Absalon videri potuerit. Cæterum vna quadam in re vtilissimus fuit eius in Italiam aduentus, quæ tamen non ex eius instituto, sed accidenti quodam euenit: cum enim Aquini comites desolata patria, diuersas in partes Conradi scintillam fugerent: reliquit eorum vnus filiolū quem habebat Thomam nomine, in Mōtis Cassinis monasterio, conseruandi eius causa, monachisq; illis commendauit: qui vita illa religiosa literisq; delectatus, in Sæcūm illum Thomam Aquinatē euasit, qui pietate atque eruditione lucem non modò in suam prædicatorū ordinis, quos vocant, familiam intulit, verum etiam vniuersæ philosophiæ, theologiæ, totiq; Christianæ fidei atque religioni. Sed Innocētius III. pontifex, accepto nūcio Perusiæ de obitu Conradi, non modò natura sua, & iure quod iam Ecclesiam in regnum Neapolitanum habere prætendebat, verum etiam multorum Neapolita-

Federici nepotis.

Conradus qualis fuerit.

Thomas Aquinatis.

Innocētius III. regnum tentat occupare.

norum nobilium, qui apud illum exulabant, importunis
 adhortationibus, valde excitabatur ad illud occupandū.
 Quamobrem statim ex Longobardia, Tuscia, Latioque
 quam potuit maximas copias conscripsit, & ipsemet in
 regnum suscepta expeditione, Neapolitanam urbem in-
 gressus est cum omnibus regni exulibus, postquam iam
 eius mœnia restaurata fuissent. Et quoniam tunc quidā
 in regno erant, affinitate iuncti matri Conradini, qui ex
 Henrico primogenito Federici II filio & in vinculis mor-
 tuo, vti dicemus, natus erat, & veluti tutores, regnū eius
 nomine administrare volebant, Manfredus vt facilius il-
 los excluderet, Pontificis partes astute sequebatur: iamq;
 cum illo composuerat. Itaque venerat ipse quoque Nea-
 polim, ceu Tarenti princeps, vnā cum multis nobilibus
 ad Pontificem adorandum, vt magna regni pars tunc se-
 se pontifici tradiderit, nec dubium est, quin facile vnuer-
 sum id occupaturus fuisset, nisi eodem anno MCCLIII.
 dum Neapoli esset, mors interueniens, eius consilia insti-
 tutumque fregisset. Nam etsi collegium Cardinaliū eo-
 dem loco in conclaue ingressum, Alexandrum III ponti-
 ficem elegisset magna cum festinatione: quoniam Bar-
 tolinus Tauernarus, ab Innocētio, cui cognatus erat, Vr-
 bis præfectus creatus, & iam conclaue custodiæ præses,
 cibum illis subtraxerat, ne dum diutius moram traherēt,
 Manfredus aliquid noui conaretur: Manfredus tamē cal-
 lidus, statim vbi ægrotare pontificem intellexisset, clan-
 culum Tarentum atque inde Luceriam profectus erat,
 assumptisque ibi omnibus Sarracenis, Foggiam, quæ o-
 lim Ecana fuit, contenderat. Innocētius enim ibi omnes
 ferè copias reliquerat, quas secum adduxisset, ne videli-
 cet Neapolitanos, vbi hīs opus non erat, aggrauaret: qua-
 re illos ex improviso adortus superauit, necauit, & cepit
 tantam illorum copiam quantam voluit: deinde viribus
 auctus regnum perlustrauit sub titulo tutoris Conradi-
 ni

*Manfredus ne-
 quam.*

1254.
Pōtificis mors.
Alexander III
pontifex.

Manfredus à
pontificijs desi-
cit.

ni nepotis absentis, & omnia loca ad quæ peruenit occupauit. Alexander autem nouus pontifex, relicto Octauiano Hubaldino Cardinali, vt suo nomine aduersus Manfredi impetum se opponeret, Anagninam versus contendit: & postquam eò peruenisset, Manfredo sacris interdixit, & in conscribendo nouo exercitu sollicitè laborabat.

Manfredo sacris interdictum.

Sed Octavianus interea hoste longè inferior, ac veluti obfessus & ociosus, Neapoli se continebat: Manfredus verò qui regnum occupare decreuerat, magnamq; illius partem iam, ceu tutor, in suam potestatem reduxerat, nouam

Manfredi astutia.

artem excogitauit: subornauit enim quosdã Germanos, vt Lugubri vestitu ad sese venirent, & simulatam Conradini mortè sibi denunciarent: quo facto prodijt ipse quoque in publicum lugens, magnumq; dolorè simulans, viuo Conradino exequias funebres per totum regnum, magna cum pompa celebrari curauit. Nec longo temporis interuallo post, regio vestitu indutus est, seque regem iam salutari, & regali corona solenni consuetudine decorari voluit. Fama quoque fuit, eum in Germaniam

Conradini mors Veneno tetata.

quosdam ex familiaribus suis misisse, qui ad Conradinũ, ceu salutandi inuisendiq; eius causã accedentes, ei bellaria quædam præciosa saccharo condita offerret, quod speraret adolescentulum illa appetiturum ac cupidè voraturum, sicq; eorum veneno interfectum iri: sed matrè de filij salute sollicitam, non Conradinum legatis, sed alium quendam domesticum eiusdem ætatis prudenter ostendisse, qui proinde venenatis donis deceptus, interierit. Vt ut autem res habuerit, fama certè, quæ de Conradini obitu eo modo diuulgata fuit, falsa exitit. Manfredus autem ea ratione rex factus, thesauros quoque suorum maiorum atque pecuniam, quæ in Panhormitana arce conseruabantur, obtinuit: deinde muniendi sui causa, Sarracenos ex Africa stipendijs suis conduxit: quãuis

Apostolicus legatus perfidus.

Apostolicus legatus parum iam ei obesse posset, qd præ-

cipui quiq; illius duces pecunia à Manfredo corrupti, ab illo defecissent. Ac creditum fuit etiam tum temporis, quoniam Manfredus Gibellinæ factionis fautor esset, Legatum Cardinalem ex Hubaldina familia, quæ Gibellinis addictissima esset, natum, lentè admodù res in ea legatione administrasse, vt eum suæ factionis amicum retineret. Itaque comparato regio nomine, augebatur magis magisque ipsius Manfredi existimatio: cumq; nemo illi iam amplius resisteret, amicos quoq; sibi extra regnum conciliare decreuit, eiusq; rei causa cum Senensibus, tum ceteris qui per Tusciam erant Gibellinis, auxiliares copias misit, ac fœdus cum Venetis inijt, sed ea cõditione, vt ijs non nisi aduersus Genuenses auxilia mittere cogeretur: Quibus accidit, vt Octauianus Legatus, re parum feliciter gesta, cum urbem Neapolitanam reliquerit, tum omnem curam de regni ipsius rebus reiecerit, anno salutis partæ M C C L X. quo etiam, defuncto Alexandro III. substitutus in pontificatù fuit Anagninæ Urbanus itidè quartus eius nominis. Sed Manfredus augere imperium, & illatam sibi à pontificibus iniuriam vindicare non cessabat: quamobrem Sarracenos quos ex Africa euocarat, vnà cum ijs qui Luceriæ essent, in Latium misit, idq; totù ad Frosolonem vsq; perlustratum diripuit. Previderat autem hoc Urbanus, iamq; in Galliam legatos miserat, vt crucis signo delictorum remissionem ijs annunciarent, qui sibi aduersus Sarracenos Manfredumq; auxilio forent: sicq; magnum crucigerorum exercitum comparauerat, Guidone Antisiodorensi episcopo, Richardo Vindozzij comite, & Roberto Flãdro Caroli Adiouini, & Narbonensis prouinciæ comitis genero, ducibus: qui, coniunctis viribus, Albæ apud Taurinos, per Longobardiam in Latiù itidem peruenerunt, & Sarracenos illinc absq; vlla difficultate ac sanguine expulerunt. Ij enim statim crucigerorum exercitu aduentante, se illinc receperunt & Ga-
 riliano

*Manfredus
 Lotius regni
 dominus.*

1270.

*Crucigerorum
 exercitus cõtra
 Manfredum.*

riliano traiecto, ita sese muniuerunt, vt à crucigeris mini-
 mè expugnari possent. Quamobrem necessum fuit Vrba-
 num, qui omnib. modis Manfredū pellere decreuerat, ad
 alia consilia sese conuertere: & cum haberet tunc Eudo-
 uicus sanctus Gallia rex tres fratres, & inter eos Carolū
 Andiouinum ducem, & Narbonensis prouinciæ comitē,
 fortitudine virtuteq; sua admodū celebrem, qui in vxorē
 habebat Beatricem, è Ramondo Belingero prouinciæ Nar-
 bonensis comite, natam, cuius causā sibi illius comitatus
 titulum assumebat: deliberauit pontifex illi vtriusq; Sici-
 lia regnum tradere, ea conditione, vt id suis sumptib. ar-
 misq; comparatū, agnosceret tamē se ab Ecclesia habe-
 re, & honestū quendā tributum illi quotannis persolue-
 ret. Qua re ita cōstituta, ei in Galliā misit regni diploma,
 & nunciū huius electionis, per propriū legatum Cardinalē
 anno seruatoris MCCLXII. Carolus igif capto cum Lu-
 douico rege, Roberto Arthesiæ, & Arnolfo Piterfi comi-
 tibus, fratrib. suis cōsilio, itemq; etiā cum Beatrice cōiu-
 ge, quæ ob id qd tres sorores reginas haberet, ipsa verō
 comitis tantūmodo vxor esset, eum, vt conditionē susci-
 peret regij tituli cupida magnopere hortabatur, prouinciā
 suscepit, & sese ad eam expeditionē parare cœpit, cū Lu-
 douici regis tum aliorū fratrum, nobilium, amicorū atq;
 etiā coniugis auxilio: quæ vt negotiū pmoueret, omnes
 suas gēmas ac præciosa ornāmēta oppignerauit. Manfre-
 dus aut ea re cognita, cū in regno sese cōmunire, tū apud
 Genuenses atq; Pisanos triginta circiter triremes instrue-
 re, & in Longobardia Marchionis Palanicini cognati, qui
 admodum illi similis erat, opera exercitū conscribere cu-
 rauit, vt terra mariq; Gallos transitu in regnū Neapolita-
 num prohiberet. Atq; hæc dum ita gerunt, migrat ex hac
 vita Vrbanus: quare ab omnibus ferē iam putabatur im-
 peditum iri Caroli institutum. Sed statim electus est ite-
 rum Viterbij Clemens III. è Narbonēsi prouincia natus:

*Carolus Andio-
 uinus duc.*

1263.

*Beatrice Caroli
 Andiouini con-
 iunx.*

*Vrbanus IIII.
 moritur: Cle-
 mens III. sub-
 stituitur in pō-
 tificatum.*

Cometa tempo
re Vrbanî 4.

qui intellecta ea re in Gallijs, vbi legatione ad Carolum fungebatur, statim in Italiam redijt, & quidem habitum mercatoris Perusiam vsque, quod Manfredi insidias pertimesceret: illinc verò, cum se patefecisset, à Cardinalib. solenni pompa Viterbium deductus est, & nihil æquè curæ habebat iam, quàm institutam Caroli contra Manfredum expeditionem promouere. Apparuit eo tempore cometa vsque ad eò magnus, vt post hominum memoriam nunquam tantus visus fuerit: vesperi in oriëntali plaga supra orizontem, cum incredibili splendore ascendebat, & vsque ad lineam meridianam perueniens, versus occasum declinabat, & magnam lucidamque caudam se cum trahebat: durauit circiter tres menses: eademq; nocte tandem desinere coepit, qua Vrbanus ex hac vita migravit. Carolus autem iam Massilia soluerat, & cum triginta magnis triremibus versus Romam vela dabat: & copias quidem reliquas Gallorum, Guidone à môte forti duce, iusserat itinere terrestri progredi, ipse verò post paschatis festum cum classe ad Tybridis ostia appulit, mense Maio, anno salutis MCCLXIII. atque hinc Romam vsque profectus, à pontificè summo honore acceptus est, & à populo in senatorium ordinem cooptatus: Hic copias pedestres expectauit, quæ per Longobardiam optima custodia iter facientes, Romam sub mense Decembri eiusdem anni peruenerunt, & vnà cum ijs quadringenti Guelfæ factionis Florentini, Guidone Guerra duce, qui patria à Manfredi Gibellinorum patrono expulsus fuerat armis equisque optimè instructi erant, & Carolo à Clemente commendati. Cum igitur vniuersus eius exercitus Romæ iam magno cum ciuium applausu conuenisset: ipso Epiphaniæ die anno sequenti, declarauit pontifex Carolum & Beatricem coniugem in templo Lateranensi vtriusque Sicilia reges, coronamque eius regni illis imposuit, idq; cum illis tum posteris eorum masculis

Caroli Andio-
mini Romæ ad-
uentus.

1264.

Caroli coro-
natur.

&

& foeminis concessit: duabus scilicet conditionibus, quibus obligabatur, singulis annis quadraginta octo aureorum nummum millia Romanae curiae persolvere, & cauebatur, ne ipse, aut suorum posterorum quisquam imperator fieri posset, quamvis forte ab Electoribus ad id munus deligeretur. Hisce ita confectis Carolus sine ulla mora iter versus regnum arripit, & Campaniam quidem vel sine armis occupavit: ibique venere ad eum legati Manfredi, ut de pace, aut saltem inducijs paciscendis agerent: verum ille breuiter id eis responsi dedit, ut redirent ad suum dominum. se enim non nisi bella velle, & operam daturum, ut vel Manfredus sese in Paradisum, aut ipse illum ad inferos detrudat. Deinde progrediens ulterius, Ceperani pontem transiit, quamvis multis copijs, nouisque praesidijs, ac Sarracenis munitus esset, & insuper custodiretur à lordano comite Agnani, & Casertae comite Rinaldo ex Aquinatum familia nato: cuius proditione proinde factum fuisse putatur, ut vel sine ullo conflictu Galli tunc pontem pertransierint. Cum enim lordanus armis resistere vellet, noluit ille assentiri, suavitque, ut vni parti liber transitus concederetur, nam sic cum reliquis deinde facilius posse pugnari: verum cum id accidisset, iterum pugnam detrectauit, asserbatque nimiam esse hostium multitudinem, nec oportere tanto cum periculo dimicare, & arrepto versus suam ditionem itinere lordanum illic delusum reliquit, ac dominum suum prodidit. Non desunt autem qui illum excusent: nam asserunt quidam, hoc modo voluisse eum vlcisci adulterium, quod Manfredus cum sua vxore commiserat: sed id parum verisimile alijs è contra videtur, quod eius vxor Manfredi soror fuerit: quare veram fuisse proditionem, rem eius regni incolis minimè nouam. Itaque occupato Ceperano, hac ratione, perrexere Galli, & Aquinum nemine resistente ceperunt, deinde Arceum castrum expugnauerunt: tum

*Manfredi ad
Carolū legati*

*Casertae comes
proditor.*

*Aquinum.
Arceū castrum*

*Sangermanūq;
capta.*

*In Sangermanūq;
capta.*

*Manfredus ad
Beneuentum.*

*Manfredus ad
Beneuentum.*

*Manfredus ad
Beneuentum.*

ad Sangermanum castra posuerunt: & quamuis id mille equitibus, sex peditum millibus ac multis præterea Sarracenis Lucerianis munitum esset, tamen siue casu quodam, siue diuino fortè consilio, subito captū fuit. Cum enim Gallorum stabularij, qui equos ad potius deducebant, cum vrbani contenderent, & manus confererent: Galli existimantes aliud quiddam esse, sumptis armis accurrunt, & inter illos primi omnium Comes Vadamonius cum fratre Ioanne, qui stabularios pulsos persequentes vnā cum ijs urbem ingrediuntur: moxque Guidone Guerra cum suis Guelfis etiam subsequente, fortiter pugnant, & vnum è suis signis supra muros erigunt. Quare cognita, cæteri quoque omnes succurrunt, & urbem magno cum impetu pluribus locis appugnant, tanta ferocia, vt qui galeas non haberent ad oppugnationem de quibus descenderēt, sumptisque in caput ephippijs muros fortiter inuaderent. Accedebat autem eò quoque aliud infortunium Manfredi, quod Sarraceni videlicet lenti admodum essent in vrbe defendenda, ob seditionem ac cōtrouersiam quam superiori die cum Italis habuissent, & in qua iniquius tractati fuissent: quibus omnibus de causis, vrbs vno quasi momento expugnata fuit, plurimi eorum capti, & plurimi item interempti. Re igitur bene confecta, decreuit Carolus illic subsistere aliquandiu, vt que Manfredi consilia essent, cognosceret: ille verò eum captum esse Sangermanum intellexisset, prudenter Beneuentum sese recepit, vt & Carolum transitu prohiberet, quem omninò illac Neapolim atq; in Apuliā iter facere oporteret, & pro suo arbitrio posset cum illo præliū committere, aut à prælio abstinere, ob munitissimæ vrbis præsidium: vnde sibi quoque licebat in Apuliam quancumque vellet redire. Cuius rei certior factus Carolus Sangermano discessit, & cum per Leborios campos ob Capuanas turres atq; Vulturni fluminis magnitudinem non

non posset: per Alifeam viam, loca montosa, aspera, & ad
 comteatum comparandum difficilia, iter ipse quoque Beneuentum
 versus arripit, ac sexto Idus Februarij, anno seruatoris MCCLXV. circa
 tertiam horam in eius vallē 1269. peruenit, ibiq; substitit
 duobus ferè passuum milibus à Calore flumine. Manfredus verò statim
 vbi hostes cōspexisset, existimauit fatius esse cum ijs fessis
 pugnare, quàm tempus ad recreationem concedere: sed id tunc minus
 sanè prudenter: si enim aliquandiu à pugna abstinuisset, facile
 vicisset, quòd neq; ipsis comteatus, neque equis vllò modo suppetebat,
 & licuisset interea illi cōpías suas per regnum diuersis locis
 distributas cogere. Verùm enim uero quoniam fatalis ei iam hora
 instabat, non amplius consilijs locus erat: quare Caloris pontem
 transiens, prodijt in Sanctæ Mariæ Gradellæ planitiē, & ad Ro-
 setam locum subsistens, exercitum in tria agmina diuisit, quorum
 primum ex Longobardis, Tuscis atque Germanis mille grauis
 armaturæ viris constabat, ei que præerat Iordanus Agnani comes:
 secundum mille ducentos grauis armaturæ viros ex solis Germanis
 habebat, & à Caluano Lancea comite ducebatur: in tertio erant
 mille & quadringenti eiusdem armaturæ viri ex Sarracenis
 Lucerianis, Apulis alijs regni incolis collecti, quibus ipsemet
 Manfredus imperare voluit: præter hosce autem aderant etiam
 pedites atque sagittarij Sarraceni plurimi. Sed neque Carolo
 pugnandi desiderium deerat: quare aciem instructurus, in
 totidem agmina ipse quoq; copias suas distribuit, ita tamē, vt
 ex ijs vnum in binas partes potest diuiserit: ac primum
 quidem ex mille grauis armaturæ Gallis constitutum, à
 Philippo de Monte forti, equitatus in exercitu præfecto,
 ducebatur: alterum mille nonagētis eiusdem armaturæ
 viris constabat, ex nobilib; scilicet strenuisq; equitibus
 reginæ in prouincia attributis, Romanis atque campanis, eòq;
 in binas partes distribu-

Acies à Manfredo instructa

Carolus aciem instruit contra Manfredum.

*Gulielmus Stē
dardus.*

to, ynam ipse ducere voluit, & habere eo die signiferum regium Gulielmum Stendardum insigni virtute virum, alteram Guidonem à Monte forti decreuit: tertium denique agmen mille ducentos eiusdem farinae viros comprehendebat, ex Gallis, Burgundis, Flandris, Piccardisq; collectos, quos Caroli gener, Aegidij Bruni Gallie Constablii magistri sui opera atq; consilio ducebat. Aderant illi præterea Guidone Guerra duce, quadringenti Florentini, à Clemente pontifice signo militari donati, in quo rubra Aquila in albo plano ita erat depicta, vt in capite exiguum quoddam lilium rubrum haberet, & vnguibus comprehensum serpentem viridem, apprimè fabrefactū teneret. Postquam autem instructæ binæ acies in hunc modum fuissent, dicitur Manfredus hostes intuitus, rogasse, ecquinam ij essent, qui in armis ita fulgerent: cumque respōsum accepisset, Guelphos ex Thufcia esse, queſiuisse vbinam essent itidem sibi auxilio Gibellini, quorū causam tanto fauore, atque sumptibus hætenus defendisset, & cum nulli demonstrari possent, dixisse, Guelphos eo die non nisi vincere posse: quo significabat, si victor euaderet, velle se relictis Gibellinis, Guelphorum partes tueri: quo facto, tesseram suis dedit, vt Sueciam inclamarent. In Caroli autem exercitu erat episcopus Constantiensis legatus Apostolicus, qui plenam delictorum remissionem omnibus qui pro Carolo pugnarent, concessit, ceu ijs qui pro Sancta Ecclesia dimicarent, & vniuerso exercitui benedixit. Quibus vtrinq; confectis, congregati cœperunt iam bina Germanorum atq; Gallorum agmina: primusque fuit ad pugnam Iordanus comes, qui tantum cum Germanis impetum in Gallos fecit, vt ij iam cederent: quamobrem necessum fuit Carolum cum suo agmine atque Guelphis, qui ab illo nunquam recesserūt, eos restaurare: & tamen adhuc superiores erant Germani, qui corporis sui robore, grandes quosdam gladios insigniter

Guelſi laudantur.

*Bina acies cō-
grediuntur.*

signiter vibrabant, eoq; in tumultu deijcitur etiã ad terram Carolus, & rumor iam spargebatur, interfectũ eum esse. Sed ille tamen celeriter subleuatus, atque equo impositus, suos ad fortiter pugnandum hortatur, & prodicens ipse cum suis, & Flandriæ etiam comes, atque Aegidius, Iordano occurrũt: pugnatur acerrimè, & præsertim qua parte Piccardi constituti erant. Ii enim & maximam stragem edebant, & singulos enecatos spoliabant: nec minori furore ex altera parte aduersus comitem Iordanum dimicabant, Iacobus Cantelanus, Iordanus Lilleus, & bini Federici proditores, qui in exilium pulsi fuerant, Pandolphus Fasanelus & Rogerius Sanseuerinas, vsq; adeo, vt Germani iam cedere conarentur. Qua re cognita Manfredus, ipse cum suo agmine ijs auxilio prodire voluit, sed ecce iam maior pars nobilitatis Apulæ, cæteri que regni plerique incolæ illum dereliquerant, inter quos primarij fuere Cerræ, Casertæ, & Caluani comites: homines, vti dictum est, perfidi, & nouorum dominorũ semper cupidi, qui partim Beneuentum, partim in Aprutium cum suis fuga se receperunt. Manfredus tamen, qua erat animi fortitudine, moriendum citius sibi esse putauit, quã turpiter fugiens suos derelinquere, & cum paucis quos adhuc habebat succurrere decreuit: iamq; sibi galeam eius rei causa imponebat: quod dum agit, fortè cadit illi in anteriorem ephippij partem Aquila quædam argentea, qua proprijs manibus apprimè fabrefacta, pro insignibus in summa galea utebatur: ex qua re malè ominatus est, statim que dixit: Hoc est signum Dei. Nihilominus tamen perrexit, in eam que partem se coniecit, qua à Piccardis maxima strages edebatur: quo loco cum acerrimè pugnans insignia suę virtutis specimina ederet, ac hostes plurimos interimeret, tandem à Piccardo quodam, equo cui insidebat alter oculus lancea effossus est, & equus ob doloris magnitudinem, priorib. pedibus vsque adeo sese

*Proditores
Manfredi.*

Augurium.

Manfredi mors.

sustulit, vt in posteriorem partem supra Manfredum caderet: ac Piccardi itidem in eum subito irruentes, illum multis vulneribus casum interemerunt, & spoliatum planè nudarunt. Iamque coepit victoria in Caroli partes manifestè inclinare: cruentissima pugna fuit, & omnes ferè primarij qui circa Manfredum esse solebant, capti sunt: inter quos fuere præcipui bonus ille comes Iordanus cum Manfredo fratre suo, Comes Bartholomæus, Simplicius itidem cum fratre. Comes Bonifacius Marletta, Petrus de Asinis Florentinus vir fortissimus, Gulielmus Grossus prouincialis, Albertacius, Stephanus Tartarus, Martinus & Iacobus Capeccij Neapolitani cum multis alijs, qui postea in Narbonensem prouinciam missi, vitam in vinculis finierunt. Decem quoque fuerant Manfredi equites maxime strenui, plerique Neapolitani, qui in Caroli necem iurauerant, & ita vrserant illum, vt vix sese summa virtute maximoque labore, ab eorū impetu defendere potuerit: sed eorum nouem occubuerunt, solus Conradus Capeccius tandem gladio viam sibi sternens, in Siciliam fuga se contulit.

Conradus Capeccius.

Deleto igitur iam planè Manfredi exercitu, Carolus sub vesperam Beneuentum ingressus est: & quamuis ipsemet episcopus Beneuentanus cum reliquis sacerdotibus, cruce, Diuorumque reliquijs obuiam illi processisset, & vnà etiam seniores quique viri atque matronæ veniam postulantes: ramen direpta fuit vrbs,

Beneuenti noua clades.

& episcopus ipse ante alios casus ac spoliatus vnà cum reliquis sacerdotibus: omnia denique fuerunt igni rapinisque deuastata, virgines publicè violatæ, mœnia diruta, totaque ciuitas miserrimè tractata. Sed de Manfredi obitu nihil adhuc certi constabat, quamuis de illo diligenter quæsitum esset: tertio verò die tandem, vt

Corpus Manfredi vt fuerit inuentum.

ti quidam asserunt, inuentum illius corpus fuit à rustico, qui id asino transuersum impositum, vehabat clamans:

mans: Ecce ecce Manfredum regem: cuiusque rei causa à Gallo quodam viro nobili insigniter casus est. Verùm magis verisimile mihi videtur, quod alij scriptores asserunt, Piccardum quendam, cum equum Manfredi generosum ac pulchrum, quamuis altero oculo carentem, manu duceret, isque à multis cognitus esset: interrogatum à Carolo ubi illum acquisiuisset. Et cum ille respondisset locumque demonstrasset: misisse illum eò quosdam captiuos, qui inter reliqua cadauera, eò loco Manfredum inuenerint, quem Piccardus designasset: & quoniam sanguine ac luto foedatus erat, vino ablui & in nobilium captiuorum, qui maiorem eius notitiam habere possent, conspectum, afferri curasse, & interrogasse, nunquid illud esset Manfredi corpus? cumque ceteri timidi vix respondere auderent, Iordanum comitem (quidam Bartholomeo Simplicio id tribuunt) statim eum agnouisse, ac cum magno eiulatu se in illum coniecisse, & cum arctissimè complexum exosculatumque hæc verba inter cætera, magno cum gemitu effudisse: Væ mihi domine mi, domine bone, domine sapiens, æquis tibi vitam tam crudeliter eripuit? tu summus eras Philosophus, tu militiæ ornamentum, tu cæterorum regum gloria: quamobrem mihi nunc cultellus denegatur, quo vitam finire & te concomitari ad mortem possum? Multa præterea huius generis effudisse cum tunc, non sine lacrymis multorum, scribit Venusinus quidam historicus, vixque potuisse ab huiusmodi cadaueris complexu gemituque abstrahi, & vehementer hanc suam erga dominum fidem, à Gallis fuisse laudatam. Cæterùm quoniam Manfredus antea anathemate iectus à pontifice, nondum fuerat reconciliatus, non videbatur Carolo, regio apparatu pompaque sepeliendus: quamobrem eum in fossam iuxta Beneuenti pontem condidit, quem in locum singuli ferè milites saxum coniecebant.

Iordani comitis planctus.

Manfredi sepulchrum.

Sed episcopus Cosentinus à pontifice iussus, illinc auferri eum curauit, & iuxta fluuium Viridem in Campania, regni que ipsius finibus condendum curauit, vt ne mortuus quidem Beneuenti, quæ Ecclesiæ vrbs est, locum haberet: ac monumento tale fuit Epitaphium insculptum.

Hic iaceo Caroli Manfredus Marte subactus:

Cæsaris heredi non fuit vrbe locus.

Sum patris ex odijs ausus configere Petro.

Mars dedit hic mortem: mors mihi cuncta tulit.

*Vxor & liberi
Manfredi.*

*Manfredus
qualis fuerit.*

Manfredonia

1262

Atque hic quidem Manfredi finis fuit, postquam decem annos iam regnasset: cõiunx autem atq; liberi quos reliquit, Lucerię conseruati sunt, donec illa quoque vrbs postrema omnium à Carolo capta fuisset: tunc enim ei traditi & in vinculis interfecti sunt. Fu erat autẽ Manfredus corporis habitu pulcherrimus, in bonis literis, ipsaq; Philosophia eruditissimus, Aristoteli addictissimus, humanus, magnanimus, fortis atque prudens: liberalitate tanta, vt omnibus regibus superior videri posset: nam, vt Riccobaldus scribit, ingenio, liberalitate, atque beneficentia talis erat, vt Tito Imperatori Vespasiani filio, qui singulare quiddã in humano genere extitit, meritò posset conferri. Construxit etiam in Sipontino sinu urbem, quam ab sese Manfredoniam appellauit: ac dignus sanè prosperiori fortuna fuisset, nisi fatũ, ac diuina prouidentia ita de illo cõstituisset. Sed Carolus Andiuinus dux, Narbonensis prouinciæ comes, & iam Neapolitanus rex eius nominis primus, cum hac ratione victor euasisset, paucis diebus vniuersum regnum, atque etiam insulam Siciliam occupauit, anno à seruatoris natali MCCLXV. Solaque Luceria, quam Sarraceni tenebant, adhuc non in eius venerat potestatem: quam obrem illam expugnare conatus est: sed cum id effici non posset, construxit circa illam multos aggeres, atque munitiones, & grauitè obsessam reliquit: nec eam prius habere potuit, quã bel-

lum

lum cum Conradino, de quo postea dicemus, confecisset: tunc enim demum ea conditione illam obtinuit, ut Sarracenis illic liberè habitare concederetur, ceteri verò qui præterea illic forent, omnes captiui sibi traderentur, & vnà cum illis vxor etiam atque filius Manfredi, qui postea in arce Ovi detentus & obæcatus, tandem vitā miserè finiuit. Ingressus est autem postea Neapolim Carolus, & regio apparatus in Capuanam arcem exceptus, deprehendit ibi Manfredi aurum: idque cum afferri & in tabulis exponi sibi, Regina, & Beltramo Balzio, qui tunc soli apud eum erant, curauisset, statera proposita mandauit Beltramo, ut diuideret: sed ille non stateris hinc opus est, inquit: & accedens, pedibus aurum in tres partes distribuit, atque vnā regni, alteram reginæ, ac strenuis nobilibus tertiam pertinere dixit: quæ proinde diuisio rata fuit, & Beltramus ob id ipsum à Carolo Auellini comes pronuntiatus est. Hisce confectis, curauit etiam omnes per Apuliam captiuos atque nobiles dimitti, & in suas possessiones, quas in Italia aut Sicilia haberent, restitui. Nec iam amplius in Capuana arce, quoniam à Germanis condita esset, agere volebat: quare mandauit Nouam arcem construere: & duos ferè annos in componendis Tusciæ, Romanæ, cæterorumque amicorum rebus consumpsit. Cumque iam antea Romanæ vrbis senator esset, electus est etiam à pontifice Imperatoris in Italia vicarius. Qua de causa sæpius extra regnum quoque profectus est, Florentiæ scilicet, Viterbium, & Romam. Sed quoniam ea quæ in ipsi profectioibus gessit, ad institutū nostrum non faciunt, illa omitemus. Neque verò admodum diu tranquillum regnum fuit, postquam id Carolus occupasset: nam vix ibi binos annos pacificè regnauerat, cū Conradinus Sueuus valde Iuuenis adhuc, ex Henrico Federici II. imperatoris maximo filio natus, ipse quoque in Italiam peruenit, occupandi Neapolitani atque Sicilia regni causa, quæ

Manfredi filij mors.

Carolus Neapolim ingreditur.

Noni motus in regno à Conradino.

sibi aui atque patruorum successione deberi assererat. Et quoniam tunc Carolus amittendi regni periculo non caruit, eam expeditionem, sicuti ex literarum monumentis accepimus, iam manifestè enarrare incipiemus. Ferdinandus III leius nominis Castellæ rex plures liberos habuit, & inter cæteros hosce tres: Federicum, Henricum, atque Constantiam. Hæc autem, defuncto Fernando patre, ab Alfonso X. Castellæ rege fratre suo, Federico II. Imperatori clocata fuit, ex qua ille Henricum, qui in carceribus obiit, primogenitum filium suscepit. Atque hic Henricus binos filios post se reliquit, Federicum scilicet, cui avus Austriæ ducatum legauerat, & cui Melphi, ut prius docuimus, mors Veneno fuerat procurata, atque Conradinum hunc, de quo deinceps nobis sermo erit. Sed Henricus atque Federicus Castellani Constantiæ fratres, cum parenti minus grati essent, iuvenes admodum, ex Hispania migrarunt, & Federicus quidem in Galliam, Henricus verò in Africam transiit, & longo tempore Tuneti regis stipendia sequutus, ditissimus euasit. Hic igitur, quoniam frater erat Alfonsi X. regis Castellæ, qui Alfonso octauo (ex quo genita erat Blanca Caroli Andiouini huius mater) cognatione iunctus fuit, etiam Carolo cognatus erat: nec minus arcto cognationis vinculo iungebatur Conrado, quod Constantiæ auiæ ipsius frater fuisset. Cum ergo certior factus esset, quemadmodum Carolus cognatus suus victricis manu utriusque Siciliæ regnum occupasset, discessit ex Africa benè comitatus atque opulentus, & visitandi eius causa in Italiam peruenit. Ac gratissimus quidem ei aliquandiu fuit. Et quoniam propter bellum Carolus fuerat exhaustus pecunia, dedit ei mutuo etiam quadraginta millia duplicum nummum aureorum: sed cum eam pecuniam suo tempore non potuisset habere, iurauit se hanc iniuriam vlcisci velle: quam ob rem primum quidem, indignationem hanc atque odium dissimulans,

Henricus atque
Federicus Castellani.

Henricus Castellanus Carolo infidatur.

mulans, cum Caroli ipsius favore, tum Clementis pontificis amicitia tantum effecit, ut regis loco Romæ senator crearetur: deinde postquam Romanorum gratiâ atque benivolentiam paulatim sibi comparasset, per oculos internuncios non desinebat Conradum hortari, ut implorato Germaniæ principum auxilio, in Italiam expeditionem susciperet, ac Neapolitanum regnum quodani, patruorumque nomine sibi deberetur, occuparet. Quibus Henrici verbis excitatus Conradus, consilium de ea re cum suis cepit, assumptoque sibi Austriæ duce, eiusdem secum atatis iuvene cognato, in Italiam ingressus est: & Veronam primum perueniens, ibi expectavit omnes bellicos apparatus, quos terra marique præparasset. Deinde verò discedens hinc, Veronensium ac Papiensium favore, se ad Genuensium littus in Carertorum nobilitatem recepit: atque hinc Pisanis nauibus Pisas uentus, & aliquandiu ibi commoratus, multis Gibelinorum, Longobardorum, Aemilianorumque copijs aduersus est: inter quas fuit etiam Guido ipse Monseltrius comes, qui ob eam causam Urbino discesserat. Interea uero navalibus prælijs decertari cœptum est. Federicus enim Hispanus Henrici senatoris Romani frater, cum magnis Sarracenorum copijs in Siciliam profectus, eam uenerunt, Messana, Panormo atque Syracusis exceptis, in Conradini potestatem reduxit: & Pisanorum classis ex altera parte quadraginta ferè magnis triremibus constans, Conrado Trincio, Marino Capeccio, & Mattheo Vallone ducibus, maritima regni loca perlustravit, & Ischiam, quæ olim Aenaria erat, in suam potestatem redegit, Surrenti, Passeranique arces occupauit, omnemque maritimam oram deuastans, Caroli quoque naues adorta est, easque Messanam usque persequuta, illic syluas quasdam exussit, & Melazzium diripuit. Carolus uero sub Conradini aduentu Bonitij in Tuscia erat: unde Neapolim re-

Conradus suscepit expeditionem in Italiam.

Federicus Castellanus Conradinum adiuuat.

Caroli contra Conradinum apparatus.

uersus, quas potuit copias subito coniunxit, & iterum ver-
sus regni fines, ut Conradinum transitu prohiberet pro-
fectus est. Sed ille Pisis soluens, in Cardinalem quendam
equitatus prefectum, qui se ei ad Aretium, cum Gueforū
copijs ex Tuscia collectis opponere conabatur, incidit, &
congregiens eum superauit, & interfecit: deinde cum Se-
nas peruenisset, mandatum à pontifice accepit, ne contra
Carolū quicquam tentaret, aut de regno Neapolita-
no, quod ad Ecclesiam spectet, vilo modo amplius decer-
taret: si secus fecerit, sacram censuram incursum. Verū
Conradinus isthac eius monita, minasque parui faciēs,
à Senatore hortatus, nihilominus progreditur, & quarto
die in Viterbī planiciem peruenit. Iamque Apulia quo-
que, sua natura inconstans, & rerum nouarum cupida, co-
gnito Conradini aduentu, deficere ad illum coepit, tum
quod à Gulielmo quodam Lando Parisiensi, qui ei Caro-
li nomine præerat, acerbius tractaretur, tum quod præ-
sidijs minimè esset munita: ac Luceria quidem prima su-
it, eamque sequutę sunt Adria, Potentia, Venosa, Matera,
tota Iapigia, cæteræque; ferè omnes vrbes, quæ arcibus at-
que Gallorum præsidijs non custoditæ essent. Fuereque; e-
ius rebellionis autores præcipui, Robertus de Sancta So-
phía, qui primus omnium explicauit signum militare cū
Aquila, Ramundusque illius frater, Petrus atque Guliel-
mus Potentiæ comites itidem fratres, Henricus Riuel-
li comes senior, & alius quidam Henricus Petrapalum-
bus Germanus: ac multæ præterea nobiles regni familie,
ut Castanea, Scornauaccia, Philangeria & Lottheria: quæ
omnes coniunctis viribus per totam Apuliam Lucaniã-
que excurrentes, ad defectionem vniuersas eas impule-
runt: & si que loca resisterent, ea diruebant, atque diripie-
bant, quod proinde Spinaciolæ accidit, Auellino, Mintur-
nio, Montemilonio, Guaragnonio, alijsque pluribus lo-
cis. Solæque; istæ vrbes, quod Gallorum præsidijs arcibusque;
munitæ

*Apulia deficit
ad Conradinū.*

*Rebellionis in
Apulia autores*

*Vrbes in Apu-
lia dirutæ.*

munitæ essent, in Caroli fide permanferunt: Monspilus, Melphis, Troia, Barletta, Tranium, Melfetta, Barium atq; Bittonta. Foggia verò iam iam rebellatura, a Gulielmo Parisiensi diruta direptaq; fuit: id quod & alijs quibusdam locis per Apuliam planã euenit. Sed Cōradinus iam castra ex Viterbij planicie soluens, cum magno atq; optimè instructo exercitu Romam versus proficisceretur. Pontifex autem qui Viterbji tunc erat, cum eum iuxta moenia transeuntem è sua domo videret, Prophetico quodam instinctu, ad illos qui sibi tunc aderant conuersus, Videtisne, inquit, hunc exercitum tam splendidum? & Adolescentem tanta suarum virium fiducia ingrediẽrem? Miseret me illius sanè, quòd videam illi pœnas dandas esse, pro maiorum suorum peccatis, & duci non aliter atque ouis ad macellum: mirabantur autem quidam ex astantibus, quod ita pontifex, de tantis apparatibus tantoque exercitu præfagiret: ille verò eadem repetens, asseruit omnes eas vires, non aliter atque solet vento fumus quidam, dissipatas iri. Progrediebatur tamen Conradinus, & Romam perueniens cum ab ipso senatore, tum cæteris Romanis in Capitolium eo honore pompaque exceptus est, quæ imperatori suffecisset: deinde reliquit in eodem Capitolio ad vrbs Custodiam senatoris loco, Guidonem Montefeltrium comitem, ipse verò vnã cum Henrico, qui mediocres quoque copias ex Hispanis secum habebat, versus regnum contendit. Intelligebat autem ipsummet Carolum Montiscassini viam custodire: quam obrem Romanis indicibus vsus, & Tyburtinam viam sequutus, in Taliaquotij comitatũ peruenit: iamq; in Marforum planiciem ad Fucinum Cellanum uel lacũ descenderat, cum certior factus est, Carolum sibi obuiã progredi, nec ita procul illinc abesse: itaq; instructa acie, & militari ordine obseruato iam progredi cœpit, relictis que ad dextram Aquæductibus murisque, quibus ex eo

*Vrbes quæ in
Caroli fide per
manserunt.*

*Pontificis pro
gnosticum de
Conradino.*

*Conradinus re
gnum ingredi
tur.*

Palentina planities.

lacu aqua Romam deriuabatur, in Palentinam planicie supra lacum, eo animo vt illic cum illo dimicaret, peruenit. Hac à dextra lacum habet, à sinistra Marforum montes altissimos, & à fronte itidem colle clauditur: cuius initium ab vrbe Alba est, à qua mille trecentos circiter passus exporrigitur. Intra collem eum vallis est quædam, mille circiter passus exporrecta, & Palentinæ planicie respectu ita sita, vt ex illa eorum quæ in valle sunt nihil cõspici possit. Sed Carolus rex, qui suarum copiarum partem vnã Messanæ contra Federicum habebat, & vnã ad locorum maritimorum defensionem Apuliamq; recuperandam reliquerat, & Aretinam itidem partem quandam amiserat: se Conradino viribus nequaquam parem esse cognoscebat, & magnopere de eo quod fieri oporteret, dubitabat. Ecce autẽ dum ita animi dubius est, fortè certior fit, Alardum seniore Gallum, hominem in re militari longè peritissimum, qui à Sacri sepulchri visitatione veniebat, Neapolim appulisse, & illinc Romam, ex eo quod vouisset, & deinde in Galliam contendere. Quamobrem accersitum cum ad se, rogauit, vt salubre aliquod consilium sibi in præsens institutum daret: ille verò primùm negat se quicquam consulere posse in rem præsentẽ, propter suum votum: postea tamen exoratus, & Gallie regis amore adductus assensit, ea conditione, vt Carolus quicquid esset daturus consilij, sequeretur. Itaque quinto Calend. Septembris, qui dies Diuo Augustino sacer est, anno seruatoris MCCLXVIII. vniuersum Caroli exercitum in tria agmina diuisit: ac prima quidem duo præmisit, mille circiter passus, in planiciem Palentinam Philippo de Mõteforti duce, quem in secundo agmine consistere iussit, ornariq; vestibus atq; insignibus regijs, vt per omnia Carolo similis videretur: tertium verò ex optimis quibusq; atq; fidissimis militibus constitutum, vnã cum rege Carolo in valle ea, de qua diximus, latere voluit clam hostibus:

Alardus senior

1268.

Asies ab Alardo cautè instituta.

tior fit, Alardum seniore Gallum, hominem in re militari longè peritissimum, qui à Sacri sepulchri visitatione veniebat, Neapolim appulisse, & illinc Romam, ex eo quod vouisset, & deinde in Galliam contendere. Quamobrem accersitum cum ad se, rogauit, vt salubre aliquod consilium sibi in præsens institutum daret: ille verò primùm negat se quicquam consulere posse in rem præsentẽ, propter suum votum: postea tamen exoratus, & Gallie regis amore adductus assensit, ea conditione, vt Carolus quicquid esset daturus consilij, sequeretur. Itaque quinto Calend. Septembris, qui dies Diuo Augustino sacer est, anno seruatoris MCCLXVIII. vniuersum Caroli exercitum in tria agmina diuisit: ac prima quidem duo præmisit, mille circiter passus, in planiciem Palentinam Philippo de Mõteforti duce, quem in secundo agmine consistere iussit, ornariq; vestibus atq; insignibus regijs, vt per omnia Carolo similis videretur: tertium verò ex optimis quibusq; atq; fidissimis militibus constitutum, vnã cum rege Carolo in valle ea, de qua diximus, latere voluit clam hostibus:

bus: & ipse deniq; Alardus in summo colle, intervallem atque planiem, constitit, vt cernens vtriusq; in omnem euentum paratus esset. Conradinus autem copias suas itidem in bina agmina distribuit, & primò quidem Romanos, Italos omnes atq; Hispanos collocavit: in secundo autem ipsemet & Austriæ dux Iuuenis coetaneus cū signis militaribus ac tribus millibus grauis armaturæ virorum, quibus corporis sui custodia demandata erat, constituerunt: Henricus senator neutri agmini addici voluit, sed liber esse, & quid in vtroq; facto opus foret providere.

Conradini acies

Itaq; cum in Caroli acie, Philippus cerneret iam tempus esse congregiendi, dato signo primū agmen ad impetum faciendum hortatur: nec minorū virtute hostes resistunt, qui Gallos excipientes, vehementer eos affligunt, vt iam inferiores facti segnius pugnarent. Qua re cognita, Philippus accedit cum suo agmine ipsemet propius, & non minus à suis quàm hostibus iam Carolus esse putatur. Cumq; non minori virtute quàm fide excelleret, acerrimè pugnat, & magna strage edita, ad tertiam vsq; horam hostem sustinet, vt nondum certò cognosci posset, quàm in partem Victoria inclinaret. Tandem verò ab Italis quibusdam atq; Hispanis, qui agglomerati impetū in eum magna cum violentia fecerant, ictus, in terramq; deiectus, & enacatus fuit: qua ex re perturbati illius milites, in fugam se coniecerunt, quòd putaretur Carolus ipse interiisse. Qui autem ex altera parte Conradino militabant, certa victoria se potitos existimantes, prædæ sese dediderunt, & nō sine magna læticia victoriæ fructu fruebantur: tantaq; erat iam eorum securitas, vt ipsi quoque aulici, & nō quibus Conradini atque Austriæ ducis custodia demandata esset, in diuersas illius planicie partes prædandi causa excurrerent, relictis apud binos principes tantum vilissimis quibusque seruis: Alardus verò, qui hæc omnia in summo colle diligenter animaduertebat, tēpus

Congressus prælium.

Philippus de Monte fortis occiditur.

Principium in fortunij Conradini.

Alardus arripit occasionē.

quæsitamq; rei feliciter gerendę occasionem iam adesse cognouit, & Carolum ex ea valle, qua latebat, mouere iussit. Vt instructa acie de colle cautissimę descendens, in hostes hinc inde dispersos, præda onustos & plerosq; incermes, quam fieri posset maxima violentia imperum faceret. Quod consilium sequutus ille, magno animo, hostes absque vlla difficultate fregit, & vniuersos interemit, cepit, aut in fugam coniecit, Victoriãq; potitus, in planicie illa permansit: & extat etiamnum eo loco, in monumento illius rei, templum tunc temporis conditum, quod

*Maria Victo-
ria.*

Sancta Maria Victorię nuncupatur. Hac re confecta, Carolus nihil æquę cordi habebat, quam vt Conradinũ inuestigare: quærebatq; iam vbique illum, præcipuosq; socios, inter viuos atque mortuos: & quos captiuos haberet, magna crudelitate partim cruci affigebat, partim æ-

*Henricus Ca-
stellanus.*

ternis carceribus mancipabat. Ac Henricus Castellanus quidem senator, Reate se ex fuga in monasterium receperat: verum ab abbate comprehensus, Pontifici traditus est: & ab eo postea vnã cum Girardo comite Pisano, qui Romam confugerat, Carolo traditus, & in Narbonę provinciam ad æternos carceres missus fuit. Conradinus au-

*de regibus
ind. v. m. c.
v. l. i. i. i.*

tem & Austriæ dux miselli Iuuenes Caluano Lancea, Galeotto eius filio, & alio insuper stabulario seruo comitati, agasonum habitu induti, tres dies iam per saltus hinc inde oberrauerant. Cumq; nescirent in quam partem cõ-

Astura.

syluam supra Asturam urbem peruenientes, inuenire ibi nauiculam cum piscatore quodam, eumq; rogarunt multa quidem promittentes, vt ipsos ad Senensium vsq; aut Pisanorum littora deueheret. Piscator conditionem suscepit: cumq; panem indigerent, & illorum nemo pecuniã haberet, anulum piscatori tradiderunt, vt eo oppignurato emere posset panem qui in naui necessarius foret. Ille igitur in Urbem Asturam ingressus, de anuli precio

pecu-

pecuniam, pro eo accepturus, sciscitatur, & inter cætera (vt fieri solet) narrat etiam quemadmodum bini adolescentibus egregio aspectu, sed turpi admodum vestitu ad sese venerint, & nauim conduxerint: deinde accepto pane ad nauiculam reuertitur, assumptisq; ijs institutum iter ingreditur. Sed fama de binis adolescentibus à piscatore sparsa per urbem, ad Ioannis Frangipanij nobilis Romani, qui Asturæ imperabat, aures peruenit: qui statim conijciens vnum ex illis esse Conradinum, à Carolo tanto studio quæsitum, magnam triremem instruxit, eamq; piscatoris nauiculam persequi iussit, ac sine vilo labore miseros principes statim cepit, Asturamq; pertraxit. Carolus verò de Conradini captiuitate subito certior factus, Asturam magna cum celeritate terra mariq; obsedit. Siue autem id in eum finem fecerit, vt Ioannes Frangipanius veluti coactus excusari posset, vt quidam afferunt: siue quòd re vera tanto desiderio capiendi Conradini teneretur, simulq; metueret, ne ille aliqua ratione euaderet: tantum certè effecit, vt mox illum in sua potestate, vnà cum omnibus comitibus, habuerit: eosq; captiuos deinde secum ducens, Romam profectus est, ad componendas illius vrbis res, vbi suo loco reliquit Iacobum Cantelanum senatorem. Ac reuersus postea Ginatianum Caluano, atque Galeotto capita amputauit, vt eo modo Philippi Montefortis comitis mortem vindicaret: Conradinum autem atque Austriæ ducem Neapolim vsque deduxit, & integrum annum in vinculis custodiri curauit, dum deliberaret quid cum illis agere vellet. Tandem verò, conuocatis Neapolim præcipuis quibusque totius regni Iuris interpretibus, quæsiuit ex singulis quid de Conradino faciendum esse videretur: qui omnes & præsertim Neapolitani, Capuani, atq; Salernitani, morte esse multandum responderunt: quamuis non desint hac in parte etiam, qui scribant, talem ab ijs latam sententiam fuisse etiam,

*Frangipanij
impictas.*

*Conradinus co
ptus.*

*Iacobus Cante
lanus senator
Rom.*

Henricus Gul-
delfingensis.

Clemētis pont.
responsum.

Supplicium de
Conradino su-
mitur.

Multi crudeli-
tatis spectato-
res.

se, qualem ipsis Carolus præscripserit. Henricus Guldefingius Constantiensis quoq; in sua Austriaca Historia, narrat, Carolum de hac re consuluisse ipsum pontificē, etiam Clementem, cumq; his verbis respondisse: **VITA CONRADINI MORS CAROLI, MORS CONRADINI VITA CAROLI.** Sed qui aderant illic viri strenui è Gallica nobilitate, huic sententiæ nequaquā assentiri voluerunt: eiq; repugnabat etiam præ cæteris plurimum Flandriæ comes Caroli gener, assereratq; lucenem è tanta, tamq; illustri familia natum minimè esse morte mulctandum, sed liberandum potius, & cognatione aut affinitate quapiam deuinciendum. Cui etiā si multi generosi viri, quorum animi à prauis affectibus vacui erant, consentirent, tamē ex altera parte obtinuit ea sententia, quæ illum mortis supplicio addicebat. Itaq; VII. Calend. Nouemb. posteaquam annum iam in vinculis egressisset, instratus est locus Neapoli sericeis tapetijs rubeis, in eò foro, vbi colūna deinde, ante Carmelitarū templū, erecta fuit à matre Conradini, in illius rei memoriam: atque in eum adducti Conradinus, Austriæ dux, Girardus comes Pisanus, qui in prælio Tuscorum dux fuerat, Hurneus Germanus, itidem in prælio captus, & Henricus Castellanus: quibus alij præterea quatuor adiuncti fuerūt: Richardus Reburfa, Ioannes Grutta, Marinus Capeccius & Rogerius Buffus: ac cōfluxerat eò maxima hominum multitudo, non modò ex Gallis atq; Neapolitanis, verū etiam ex omnibus vicinis vrbibus, vt crudele illud spectaculum cernerent: aderatq; etiam Carolus ipse, & ex vicina turri omnia quæ gerebantur spectabat. Hoc facto, conscendit Cathedram, obeā causam fabrefactā, Robertus Barius Caroli protonotarius, & sententiam aduersus hosce nouem captiuos latam, ex scripto pronunciauit, quæ omnes eos morti addixit, præter vnum Henricū Castellanum, quem perpetuis emancipauit carceribus, vt

vt abbati satisficeret, cui fidem dederat, non fore, vt de illo & altero quodam, quos ceperat, mortis supplicium sumeretur. Capita sententiæ præcipua fuere hæc: Conradium, quoniam Ecclesiæ pacem perturbasset, regium nomen falso sibi assumpsisset, & regi ipsi mortem intentasset, morte damnari. Pronunciata iam sententia, Conradinus, yti Neapolitanus quidam Iurisconsultus testatur, ad prothonotarium conuersus: Serue nequissime, inquit, serue nequissime: ita ne regis filium damnasti? an nescis neminem in eum qui sibi par est, imperium habere? Deinde negauit scyllam Ecclesiæ iniuriam vnquam inferre voluisse: sed regnum id tantum occupare, quod sibi deberetur, & iniquissime fuisset denegatum: ac sperare mortem suam à matris familia, suis Germanis, Bauariæ ducibus, cæterisq; cognatis minimè latam iri inultam: quibus dictis, chirothecam ex altera manu tractam, veluti signum legationis, versus populum proiecit, & asseruit hæredem se instituere Federicum Castellani Amitæ suæ filium: atq; hæc Chirotheca, yti testatur Pius pontifex, excepta, ac Petro Arragonico postea allata fuit. Quibus peractis amputatum caput est, primum quidem Austriæ duci: Conradinus verò id, quod etiam amputatum, bis Mariæ nomen inclamasse dicitur, complectens exosculatus est, & pectori suo admouens infortunium deplorabat, ac seipsum accusabat, quòd illum ex materno complexu quodammodo abstractum in tantas angustias secum adduxisset, & illius interitus causa extitisset. Tum flexis genibus, dum delictorum remissionem à Deo peteret, ei collum percutitur: ac post illum etiam Girardo Nurmaisi comiti, sed ministro, qui Conrado caput amputarat, aliter statim præparatus fuit, qui ei cervicem itidem feriret, ne vnquam posset gloriari, se illius sanguinem fudisse, qui è tanta familia natus fuisset. Cæteri quatuor magnates regni indigenæ, furcis suspensi fuerunt: horum autè

Capita sententiæ.

Conradini ad latam sententiæ responsio.

Testamentum Conradini.

Carnifex supplicio affectus.

trium corpora truncata, & eo loco in terram prostrata nemo attingere ausus fuit, donec Carolus ipse mandasset, vt sepelirentur. vbi autem condita fuissent, tale impositum est Conradino epitaphium.

*Asturis ungue Leo pullum rapiens Aquilinum,
Hic deplumavit acophalumq; dedit.*

*Suenice do-
mus finis.*

*Caroli iudicium
damnatum.*

*Carolus crude-
lor Sarracenis*

Ac talis quidem exitus Conradini adolescentis fuit, miserandus sanè, & non sine omnium astantium lacrymis conspectus: cum quo simul etiam finem habuit nobilissima Suenorum familia, quæ paterno maternoq; genere, iam inde à Clodoveis Carolisq; Gallie regibus, & imperatoribus Bauaris, cum in Gallia, tum in Germania multos imperatores, reges, duces, aliosque innumeros principes pduxerat, & proinde alias Germaniæ familias quascunq; nobilitate facile superabat. Quamobrem damnata fuit etiam tunc, à multis scriptoribus, hæc Caroli crudelitas, quod regem Christianum minimè deceret, in eius ætatis atq; nobilitatis principem vsque ad eò seuerè atque crudeliter animaduertere: & quoniam literarum monumentis non minus illi celebrentur qui principes conseruarunt, quàm qui eos superarunt, & Victoria com parata gladium deponere, nec amplius eum Victorum, ac maximè Christianorum sanguine comaculare oporteat. Atq; eo maius crudeliusq; videbatur hoc Caroli facinus, quod præter alia exempla principum, non longo tempore ante captorum & à Victoribus conseruatorum, quæ imitari debuit, ipsemet sibi documento etiam esse poterat, vnà cum fratre Gallie rege, qui maiorem clementiam, non à Christianis, sed infidelibus, ipsum tantum naturæ ius sequentibus experti fuissent. Etenim Ludouicus Gallie rex, qui postea Damiatæ in Aegypto in Diuorum numerum exceptus fuit, cum in expeditione aduersus Sarracenos hunc ipsum carolum regem secum habuisset, & ambo ab ijs in prælio capti fuissent, regiè tractati,

atq;

atq; etiam dimissi fuerunt. Quare non immeritò Petrus Arragonicus rex, cum in quadam Epistola Carolo hanc iniquitatem, & quod ipse Conradino ea non præstitisset, quæ sibi à Sarracenis præstita fuissent, exprobraret, inter cætera hisce quoq; verbis in eum inuehitur. TV NE-

RONE NERONIOR, ET SARRACENIS CRV-

DELIO R. Ac magnopere etiam errarunt eius ætatis Iuriconsultorum eorum et Doctoris sententia, qui in Decretis inquit, Victorem er-

ga victum misericordia moueri debere, & maximè si nul-

la suspicio sit, pacem ex ea re turbatam iri. Hugolinus e-

nim interpret, sic illam sententiam exposuit, vt assereret

illis solis esse parcendum, à quibus nullam pacis perturba-

tionum suspicari possimus: cæteris verò nequaquã. Pro-

pter quam interpretationem inhumanam, & contra La-

tinæ linguæ communem significationem, detortam, Ca-

rolus (vti testatur Ioannes Lignanum in iure Canonico

excellenter peritus) Conradino caput amputare curauit:

eaq; res vsque adeò displicuit etiam ipsis Caroli amicis,

vt acceperimus, Robertum Flandriæ comitem eius gene-

rum, quadam indignatione motum, cõfodisse illum qui

sententiam pronunciauerat: quòd is illi vita indignus vi-

deretur, qui tenuissimæ cõditionis homo, aduersus prin-

cipem ex tanta familia natum, sententiam talem legere

ausus fuisset, qua is mortis supplicio damnaretur. Atque

hæc quidem illa sunt, quæ de Germanorum ac Sueuicæ

domus in Neapolitano regno imperio inuenimus:

quibus huic quarto libro finem imponemus.

LIBRI QVARTI FINIS.

PANDULPHI COLLENTII
PISAVRENSIS IVRISCONSULTI HISTORIAE NEAPOLITANAE AD HERCVLEM I.
Ferrariæ ducem, Liber V.

Ioan.Nicol.Stupano Rhetor interprete.

ARGVMENTVM.

Quinto hoc libro, ea qua porrò à Carolo gesta fuerunt, commemorantur: narratur qua ÿs temporibus fuerit Apulia calamitas, utq; Carolus Tuneti regem subegerit. Deinde subsequitur Sicilia à rege defectio: bellum Caroli cum Petro Aragonia rege: Caroli filij captivitas: Philippi Gallia regis in Aragoniam expeditio: Aragonica domus cum Neapolitanis regibus bellum: Ruberti Neapolitani regis res gesta: Henrici imperatoris expeditio: res gesta Ioanna regina l. Ludouici Hungaria regis, & Andioini ducis in regnum expeditiones: Ladulai Neapolitani regis gesta: ut Ludouicus II. Andioinus dux bellum regno intulerit, eiq; Ioanna II. restiterit: quem admodum contra illum Alfonso Aragonicus in regnũ aduocatus fuerit, et Sfortia deniq; res explicantur.



Arolus ea victoria totius regni imperiũ iam occupauerat, nec quicquam esse videbatur amplius, vnde periculum immineret. Quamobrem vindictę cupidus cũ Conradino Neapolim reuertitur, eoque in itinere Pandulphum Fasanelũ ad Capuam gubernandam relinquit, & Auersam urbem, ex fundamentis euertit, propter Reburfæ familiæ rebellionem, quam totam extirpauit. Eo autem vbi peruenisset, Alardum Malphi, Surrentoq; donauit, consilij illius remunerandi gratia, simulq; vehementer instabat, vt secum porrò manere vellet. Ille verò nec permanere, nec oblatum donum acceptare voluit, & gratias agens, dicebat se Carolo, in dando consilio, non ob alicuius præmij spem, verum

Auersa euerfa.

Alardus.

rūm ob solam Gallię regis beneuolentiam, morem gessif-
 se: quare assumptis tantummodo armis suis cum suppel-
 lectili atq; comitibus in Galliam contendit. Sed ipsa no-
 bilitas cæteraq; Apulię ciuitates, quę ad famam aduen-
 tus Conradini rebellauerant, cum intellexissent eius su-
 bitam ruinam, nesciebant quo pacto Carolo reconcilia-
 ri possent: ac semetipsos uenia indignos arbitrati, tumul-
 tuari, & alijs alijs locis sese munire cœperunt. Verūm qui
 à Carolo illic præfecti fuerant gubernatores, armis eos
 perfequuti, & in vitam fortunasq; eorum sæuientes, mi-
 feram Apuliam cædibus & rapinis repluerunt: tantaq;
 fuit illa calamitas, ut per totam eam regionem atq; Luca-
 niam, nulla ferè vrbs aut castrum esset, quod à suis præfe-
 ctis cæde aut rapina vexatum non esset: nec illæ quidem
 pauca ciuitates, quas suprà in fide Caroli permansisse di-
 ximus, hanc cladem omnes euaserūt: quoniã viros quos-
 dam nobiles ex alijs locis fugientes receperant. Et quo-
 niam nimis laboriosum foret, singulas omnium miseri-
 as commemorare, cæteris omiſſis, binas tantum scelere
 vel imprimis memorabiles recēsebo. Potētia prima fuit
 Lucanię ciuitas, quę perfidiam suam nouo scelere expia-
 re se posse existimans, arma aduersus suos primates nobi-
 lesq; sumpsit, eos interfecit, binas Grasinellorum Turac-
 chorūq; familias præcipuas extirpauit, & plurimos, q
 illis suppetias tulerant, captos regi Carolo tradidit, quod
 gratiam eo modo se consequi posse speraret: nec tamen
 hoc illi quicquā profuit: nam perinde ut cæteræ direpta,
 & mœnium ruina deuastata fuit. Cornetū verò & ipsum
 paruum Apulię oppidum est, abbatis cuiusdam ac mo-
 nachorum nigrorū imperio parens: cuius incolæ, equos
 Gallorum, quos ibi habebant Conradino tradiderant:
 cumq; iam ille succubuisset, ut errorem suum tegerēt ei-
 que ueniã mererent, nouum facinus excogitarunt. Erāt
 n. tunc Ascoli in Apulia Petrus Bellimontis, & Rogerius

Apulia calamitas

146.

*Potentia.**Cornetum.*

*Cornetani pro
ditores.*

*Crudelitas sup-
plicij.*

*Caroli expedi-
tio in Africam.*

Sancti Seuerini comites, eò missi à Carolo, vt rebelles pu-
nirent: cernebantq; iam Cornetani sibi quoq; ab ijs peri-
culum imminere: quamobrem implorarunt auxiliũ eor-
um nobilium qui rebellionis principes fuissent: simulq;
etiam oppidum ijs comiteatu instructissimum, & suam
operam fidemq; ad defensionem obtulerunt. Illi igitur
oppidum ad suam defensionem opportunum esse rati,
conditionem susceperunt, & optimi ac strenuissimi qui-
que, inter quos erant etiam Robertus de Sancta Sophia,
& Petrus Palumba Germanus, cõiuncti Cornetum ingre-
diuntur, vt ijs quæ ad defensionem facerent præparadis,
operam darent: sed ecce sub vesperam, cum iam cœnatu
ri mensis assiderent, Cornetani, yti inter eos conuenerat,
sumptis armis illos inuadunt &, præter paucos quosdam
qui aufugerunt, omnes captos vinctosq; ad Caroli præse-
ctos adduxerunt: Ac fuere eorum centum atq; sex, ex qui-
bus centum & tres furcis suspensi, reliqui tres Melphim
tracti & illic ex altissimo loco præcipites dati sunt. Atq;
huiusmodi quidem crudelitatis sæuitiæque exempla per
Apuliam atq; Lucaniam, eo anno, quo Conradinus post
amissam victoriam in vinculis tenebatur, multa præterea
edita fuerunt: ita quidem vt per paucas familias fuisse ac-
ceperimus, quæ fortunas, aut cædem suorum non deplo-
rauerint. Nec minor fuit in Sicilia calamitas ob incēdia,
rapinas atq; cædes, iisdem causis ortas: donec tandem v-
traque regio datis poenis arma deposuit, & imperium pa-
cificum reliquit. Hisce rebus confectis, Carolus sæpe ex-
tra regni fines in Tusciam, Viterbium atque Romã pro-
fectus est; cum vt Ecclesiæ, tum vt cæterorum amicorũ
res cõponeret: & cum Ludouicus frater Gallia rex Tune-
tum obsideret, in Africam quoque ei suppetias laturus,
expeditionem suscepit: ac quo die eò appulit, migraue-
rat ex hac vita Ludouicus. Itaq; cum mortuum eum de-
prehendisset, quem se ægrotum adhuc inuenturum pu-
tabat,

tabat, primum quidem prostratus in terram, Deo paucis supplicauit: deinde surgens, omnemq; mœstitiam dissimulans, exercitum vt bono animo esset confirmauit, & fratris bellum continuare cœpit. Bis autem cum Sarracenis prælium commisit, quorum primò tria eorum milia occidit, secundo eos omnino superauit, castraq; eorum militibus prædæ concessit. Et cum denique pestis in vrbe Tuneto ac foris in castris etiam grassaretur, inducias per decem annos cum ijs pactus est, sed honestis conditionibus, inter quas fuere etiam hæ: Vt Sarraceni sumptus eo bello factos soluerent, & tributum quod Sicilia regibus pendere soliti fuerant, ipsi deinceps quotannis numerarent. Deinde verò in regnum suum reuersus, anno salutis MCCLXXVII. à Maria virgine Antiochiæ principis filia, omnibus Hierosolymitani regni iuribus donatus, & Hierosolymorum rex pronuntiatus est: quare misit tunc in Syriam ad regni administrationem Rogerium Sanseuerinatem: qui eò perueniens, eeu Prorex, Caroli nomine nobilitatem prouinciæ iureiurando sibi deuinxit, idq; opera Albertini Moresini, qui Venetorum nomine Acrensibus imperabat. Atq; hæc ipsa causa putanda est, propter quam reliqui etiam omnes Neapolitani reges, qui deinceps sequuti sunt, vsque ad tempora Ioannæ II. Hierosolymorum quoque reges nuncupari voluerint. Sed nondum tamen deprehendi, quisnam Mariæ huic pater fuerit, cuius nomine iura Hierosolymitani regni, ipsa ad se pertinere prætenderet: quare humanitatis officium nobis certè præstabit ille, qui id cognoscens, nostræ huic historiae adiunxerit. Jam verò Carolus in hac regni pace atque quiete, Neapoli agens, non contentus erat suis regnis, quæ haberet: sed de Constantinopolitano quoq; imperio occupando, & Michaele Palæologo, qui eo tempore ibi imperabat, expellendo cogitabat: idq; facilius se cõsequi posse putabat, vrbium quarundam opera atq; fide,

Sarraceni vi-
si.Carolus rex
Hierusalem.

1277.

Neapol. reges
etiam Hieroso-
lymitani.

*Novi motus in
Sicilia.*

*Ioan. Procula
iudex.*

Nicolaus III.

*Siculi deficiunt
à Gallis.*

vesper; binus

1191.

quas in Achaia, quæ nunc Morea dicitur, tenebant. Sed fortuna, domestica negotia illi obijciens, institutum impediuit: cum enim præfecti, & qui alia munera per Siciliam illius nomine obibant Galli, subditos iniquius tractarēt, & cum in mulierum pudicitiam, tum in fortunas vitamque hominum sæuirent: Ioannes Procula Salernitanus, qui Manfredi medicus fuerat, inito cum Siculis consilio, in suam eam ex Gallorum seruitute in libertatem vindicare decreuit. Quamobrem Constantinopolim primum profectus, Imperatori Caroli consilia patefecit, & Græcorum fauorem, quoad fieri potuit, sibi conciliauit. Deinde in Cæthaloniam contendens, regnum insulæ Petro Arragonico, qui Constantiam Manfredi filiam in matrimonio habebat, obtulit: binisque profectioibus Romam susceptis, tantum apud Nicolaum III. pontificem egit, ut in Petri, Constantiæ nomine, insulæ iura contulerit, isque conditionem susceperit. Tantaque fuit huius medici sagacitas, ut octodecim mensibus institutum perfecit: usque ad cæclanculum, ut ante indictum diem, quo sub vesperam ad primum Campanæ sonum, arma aduersus Gallos sumere, & omnes trucidare debebant, nihil planè suspicionis fuerit. Cum igitur constitutus dies atque hora adesset, perfecerunt omnes quod fuerat decretum, & Gallos ex improviso adorti, magnum numerum occiderunt: atque tantum erat iam Insulanorum in Gallos odium, ut illorum nullus euadere posset: quin etiam sicubi grauidas Gallorum mulieres esse scirent, illas ferro transixas unà cum foetu subito enecabant. Atque hoc quidem modo Sicilia Gallis adempta, & deinde à Petro Aragonico occupata, ex quo, Siculus vesper, proverbio tritum habemus, Caroli institutam in Græciam expeditionem impediuit, anno salutis MCCLXXXI. postquam undecim annos in regno pacem habuisset. Quæ res ita confecta, causam dedit multis discordiis inter binos illos reges: ex quibus eas breuite

breuiter commemorabimus, quæ regni Neapolitani propriè fuerunt, nec prætermittimus etiam quasdam externas si admodum memorabiles sint. Carolus igitur suscepta primùm aduersus Siculos expeditione, Messanā obfedit, sed illinc in Calabriam pulsus fuit: vnde Romā profectus, questus est apud pontificem, quòd in insulæ iura in Petrum contulisset. Petrus verò interim Panhormi Coronam regni accepit. Iam verò dum suspensa eorum causa in iudicio esset, nec decideri posse videretur: decreuerunt duello bini reges inter se decertare, consentiente in id ipsa quoque Curia Romana, quamuis absurdum videretur. Itaque constituto certaminis Iudice Angliæ rege, & loco Burdegala in Aquitania: Carolus quidem indicto die statim comparuit in locum ei rei deputatum: sed Petrus latebat, & ignorabatur planè vbi esset: quamuis superioribus diebus ijs locis fuisset conspectus, ex quibus nequaquam ad eum diem communibus & regibus consuetis itineribus Burdegalam peruenire posset. Cum igitur Carolus in Palæstra Petrum per maiorem dici partem expectasset, nec ipse compareret, discessit. Sed Petrus per equos celeres diuersis locis dispositos, eò clanculum incognitusq; peruenerat latueratq;: sub vesperam verò prædiens in arenam, Carolum apud certaminis præsidē Angliæ regis Vicarium, ceu contumacem accusat: & vbi illic tam diu constitisset, donec sub noctis principio stellæ in caelo manifestè conspicerentur, conscendit equū, eademq; celeritate se iterum in tutum locum, deluso Carolo, recepit: & dicitur tanta vsus esse ea nocte velocitate, vt nonaginta millia passuum emensus sit. Eam autem ob causam à Martino IIII pontifice anathemate feritur, & Cathalonix regno deponitur: quod proinde ille in Carolum Philippi Gallix regis secundum filium, qui Valesius comes dicebatur, contulit: eiq; in vxorem dari etiam curauit Clementiam Caroli Salernitani principis vnicam

Duellum inter
Petrum et Ca-
rolum.

Petri Aragoni
ci astutia.

Petrus Arag.
anath. feritur.

filiam, condonans videlicet, si quid in arctiori cognationis vinculo prohibitoq; gradu esset peccatum: eaque re confecta, crucis symbolo omnibus qui aduersus Petrum arma sumerent, plenam delictorum veniam cōdonauit:

Carolus Salernitanus.

Fuit autē Carolus hic Salerni princeps, is qui paulò post rex Neapolitan^o factus, Carolus I lvti docebim^o, appellabatur. Interea verò, dum Carolus in Aquitania certaminis causa erat: prodijt aduersus Picentinos cum quadraginta quinque triremibus, alijsq; pluribus ratibus Rogerius Loria Calaber, rerum maritimarū Petri regis nomine præfectus, vir prudens, fortis, & tanta rei naualis experientia, vt omnes reliquos eius temporis duces superaret: ac perlustratis, deuastatisq; eorum locis maritimis, versus Neapolim contendebat: iamq; tela quoq; in

Carolus filius capitur.

urbem immittens, ignauiam ijs exprobrabat, eosq; vt p^odirent laceſſebat. Quamobrē Carolus Salerni princeps, vnicus regis filius, contra Legati Apostolici paternamq; admonitionem (qui discedens præceperat, ne vnquā extra urbem prodiret manusq; cum hostibus confereret, sed solis rebus Neapolitanis esset intentus) indignatione ambitioneq; permotus, ex portu cum triginta sex triremibus, alijsq; pluribus ratibus prodiens, supra Neapolim illum adoritur: pugnat acriter: sed ab eo superatus, capitur cum nouem triremibus, ac maximo nobilium virorum numero: ijque omnes à Rogerio, præter solos nouem quos cum Carolo sibi reseruauit, in Siciliam mittuntur captiui, ducentisq; eorum nobilissimis capita statim Messanæ amputantur, vt eo modo Conradini mors, inulta non esse videretur. Ea re confecta, Carolus rex ex

Vltio Cōradini

Aquitania rediens, sequenti die Caietam cum sexaginta triremibus appulit, ex quibus tres maiores milite armato, pedestribus copijs atque equitatu onustæ erant. Hic verò cum de filij captiuitate certior factus esset, simulq;

Neapol. leuitas intelligeret Neapolitanos tumultuari, ac Rogerio vitam

atq;

atq; foelicitatē, sibi verò mortē infaustaq; omnia impre-
 cari, indignatus est vehementer ob tantam eorum leuita-
 tem atq; perfidiam: & eò contendens non ad portum ap-
 pellere, sed supra Carmelitarū templū ingredi in vrbē vo-
 luit; quod illam exurere planè decreuisset. Qua in senten-
 tia cum benè diu fuisset, tamen cum ipsius Apostolici le-
 gati, tum amicorum quorundam precibus motus, tandē
 pepercit: sed ex nocentissimis quibusque ciuibus, centū
 & quinquaginta suspendio addixit. Ijs ita expeditis Nea-
 polim ipsam atque Brundusium munire, nouamq; in Si-
 ciliam expeditionem parare cœpit: iam quē in Autumno
 Crotonē cum centū ac decem triremibus, alijsq; mino-
 ribus nauigijs multis peruenerat, sed cum imminentē si-
 bi hyemem iam cerneret, & pecunia atq; com meatu se-
 minus instructum esse cognosceret, Brundusij subsistere
 decreuit, vt comparato per eam hyemem com meatu, pe-
 cunia ceterisque rebus ad bellum necessarijs, sequenti ve-
 re cum potentissima manu prodiret. Itaque eò sese con-
 uertens, comparandis rebus necessarijs operam dabat:
 cumque postea Foggiam peruenisset, curis atq; melan-
 cholia quadam vexatus in morbum incidit, sacrisq; sym-
 bolis munitus, ex hac vita migravit, septimo Februarij
 die, anno seruatoris MCCLXXXIII ætatis verò suæ quin-
 quagesimo sexto, cum tam annos nouendecim impera-
 ser: corpus verò Neapolim deportatum, ibiq; regia pom-
 pa sepultum fuit. Interea verò dum hæc ita gerunt, missi
 erant à Martino pontifice bini in Siciliam Cardinales, vt
 Petrum ad pacem & concordiam traherent: sed cum il-
 lum adducere non possent, vt vllas, quas ipsi voluissent,
 conditiones suscipere, Sacram pontificis in eum censu-
 ram auxerunt, & ipsis quoque Siculis interdixere sacris. Siculis interdi-
 Quam rem illi iniquissimo animo ferētes, ira omnes ac-
 censi sunt: cognitaque interim Caroli morte, in Carce-
 res, quibus Galli à Rogerio capti detinebantur, impetum
 exusti.

Caroli in suos
indignatio.

Caroli mors.

1284.

Siculis interdi-
ctum sacris.

Galli captiui
exusti.

fecerunt, vt omnes enecarent: sed cum illi fortiter resistē-
 rent, igne in carceres coniecto omnes sine labore atque
 periculo vlllo exusserunt. Dein conuocarunt ex omnibus
 Siciliae vrbibus, præcipuos quosque iuris interpretes, vt
 de Carolo captiuo sententiam ferrent: eodem videlicet
 modo, quo Carolus huius pater cum Cōradino egisset:
 atque illi vno consensu iudicarunt, Carolo principi ca-
 ptiuo eodem modo amputandum esse caput, quo pater
 illius Conradino fecisset. Itaq; Cōstantia regina die quo-
 dam Veneris benè manè, principi moriendum esse denū-
 ciat, vt animæ scilicet prouideret, quod corpus, vti Con-
 radino contigisset, morti esset tradendum. Respōdet prin-
 ceptum, contentum esse se mortem oppetere, eo die præfer-
 tim, quo seruator noster Iesus Christus itidem pro nobis
 obiisset. Quo responso cognito, regina religiosa atq; pru-
 dens: si princeps, inquit, propter hunc diem æquo animo
 mortem obire paratus est: ego quoq; propter illum qui
 eo die est passus, illius misereri volo: quæ vbi dixisset, im-
 perauit vt conseruaretur, nec illi quicquam mali fieret.
 Populo verò, qui instabat vt morti traderetur, ostendit
 eam rem tanti esse momenti, & ex qua tot mala oriri pos-
 sent, vt Petro rege inscio nequaquam esset perficienda:
 quare velle se illum in Cathaloniam mittere, vt ibi regis
 mariti sui iudicium expectaret. Atq; hæc res tantam lau-
 dem prudentissimæ mulieri peperit, quantam infamiã
 Carolo pepererat id, quod iræ atq; cupiditatib. indulgēs,
 maluisset in regium puerilemque sanguinem sequere, quã
 clementer agendo, æternam gloriam cōparare. Fuit au-
 tem Carolus longo crectoq; corpore, facie rubicunda,
 naso magno, aspectu feroci, animosus, seuerus atque as-
 per in puniendis delictis: remilitari multò magis quàm
 ciuilibus pacisq; negotijs excellebat: cibo, potu Vene-
 reisq; rebus modeste vtebatur, non aliter ac si religio-
 sam vitam ageret: breui somno contentus erat, parumq;
 etiam

Conradini alia
 vltio.

Constantie re-
 gine pietas.

Caroli condi-
 tiones.

etiam loquebatur, sed multò plura agebat. Erga milites liberalis, & constans in seruanda fide erat, sed ambitiosus interim atque imperij auriq̃ue cupidissimus; parumpensi habens vnde illud fumeretur, dummodo suppeteret, & expedire posset quod institueret. Morionibus atque adulatoribus aulicis minimè delectabatur, sed fortibus maximè militibus. Pro Insignibus utebatur lilijs Gallicis in plano caruleo, & supra illa arcem rubeam habebat, qua à Gallicis distinguerentur. Victoriarum eius gloriæ, multum semper detraxit nimia militum licentia, quam eis pacis tempore etiam, non sine magno subditorum detrimento, concedebat. Cæterùm *Aedificia.* templa, monasteria multaq̃ue alia eius generis magnifica ædificia condidit, & inter cætera Neapoli Arcem nouam, eo loco quo etiam nunc est: erat autem prius ibi collegium fratrum minorum, quod cum arcis construendæ causâ destruxisset, alio monasterio compensauit, quod Maria naualis appellatur. Vnicum filium reliquit Carolum Salerni principem, tunc temporis captiuum, cuiq̃ue iam longo tempore ante in vxorem dederat Mariam Stephani Hungariæ regis filiam, ex qua cum prius *Vicarij Caroli in regno Neapolit.* tum etiam postea multos suscepit liberos. Sed pontifex cognita Caroli morte, statim Neapolim misit Gerardum Parmensem Cardinalem: Philippus verò Gallix rex Robertum filium comitem Atrebatensem cum magno strenuorum virorum comitatu: eodẽmque venit etiam Maria Salernitani principis captiui vxor, vnà cum Carolo Martello tredecim annos nato filio, vt simul cum alijs Mariti regnum administraret. Quæ dum ita geruntur, Philippus Gallix rex cum magnis copijs terrestri itinere: eius verò filius Carolus Valesius mari cum centum & viginti triremibus eodem anno Cathaloniam inuadunt, vt Petri Aragonici regnum, cuius iura in Valesium collata à pontifice fuerant, occuparent:

Petrus Aragonicus moritur.

Bina Rogerij victoria.

1285.

Odoardus de pace agit.

Arasseus comes et legatus Apost. nouos motus cient.

Ranaldus Balzius.

moxque Gironam expugnarunt: vbi Petrus propter idem quem accēpisset, vitam finiuit, & Aragoniæ quidem regnum Anfusio primogenito, Sicilia autē imperium Iacobo alteri filio in testamento legauit. Interea autem soluerat è Sicilia Rogerius Loria, & Petro regi suo suppetias laturus, versus Cathaloniam vela dabat: cumque intelligeret Gallicæ classis partē vnā in Rhodæ Hispaniæ portu relictam, alteram verò Narbonam commēatus comparandi causa rediisse, inuasit statim eam quæ Rhodæ erat, & partim combussit, partim vnā cum Entio Admiralio Galliæ cōepit: deinde ad eam, quæ in Narbonensi portu ociosa erat, cōuersus, eandem scēlicitatē expertus est. Cuius rei certior factus Philippus Galliæ rex, qui iam Perpignani ægrotabat, ex hac vita migravit, morbo scilicet aucto ex tristiori nuncio. Iisdemque ferè diebus obiit etiam Romæ Martinus III. Pontifex: vt hinc appareat anni vnus spacio, qui fuit ex M C C L X X I I I I. & M C C L X X X V. constitutus, Pontificem, ac tres reges, Carolum Neapolitanum scilicet, Petrum Aragonicum, & Philippum Gallicum occubuisse. Dum autem propter tot principum virorum interitum, res aliquantò pacatiores essent, venit in Aquitaniam Odoardus Angliæ comes, vt pacem inter binos reges iuuenes conciliaret, Iacobum videlicet & Carolum II. qui in Cathalonia captiuus detinebatur: vtque hunc liberatum, ad regni Neapolitani gubernationem mitteret. Iamque id propè effecerat, pacemque Carolo honestis conditionibus impetrauerat: sed Atrebatensis comes, & legatus Cardinalis, qui regnum Neapolitanum gubernabant, Sicilia recuperationem tentantes, institutum impediuerunt: cōductis enim quibusdam Venetorum triremibus, & alijs quibusdā ad quinquaginta ferè comparatis, ac cum ex Tuscia, tum ex indigenis regni magno exercitu conscripto, eoque, Ranaldo Balzio comite Auellino ductore, in Siciliam transf-

misso,

misso, Cataniam paucis diebus occuparunt, præsidijque munierunt. Dumque reliquam exercitus partem, Neapoli in Siciliam devehendam iisdem ferè diebus curarent, ad iunxere se illis etiam cum magnis copijs, Guido comes de Monteforti, qui Tusciam gubernabat, & reliqui Atrebatensis comitis socij, Bononiensis scilicet & Flãdriæ comitis filius Philippus: qui itidem ex Aurelia via propè Senas discedentes in Siciliam contendebant, & Genuensem quendam Atarginum rebus suis naualibus præferant.

Sed Rogerius Loria superata Gallorum classe ad Narbonam, & cognitis ijs quæ Auellinus comes aduersus Cataniam in Sicilia tentasset, contendebat ipse quoque eò, in sulæ rebus suppetias laturus: quo in itinere dum properaret, conspexit è longinquo eam Auellini classem, quæ Neapolim transportandi reliqui exercitus causa, redibat: quamobrem eam insequitus atque aggressus, nemine quasi repugnante superauit cepitque. Deinde in eã quæque irruens, quæ Guidone Monteforte duce, ex Tuscia recenter in Siciliam vela dabat, acre prælium comisit, fregit ac tres illius primarios duces cepit: quorum Bononiensis quidem comes atque Flander pecunia se redemerunt, sed Guido Montfortius retentus, in vinculis deinde vitã finijt. Qua re factum est, vt qui Cataniæ erant in præsidij, ab Aragonicis obsessi de auxilijs desperantes, sese ea conditione dederunt, vt ipsis & Auellino cum socijs discessus sine periculo concederetur eoque impetrato Neapolim in Italiam sese receperunt. Atque hæc quidem causa fuit, cur pax ab Odoardo primum tractata perfici non potuerit: sed cum iam essent in feliciori statu res Aragonum, defuncto que pontifici substitutus fuisset Nicolaus III. nec cessaret Odoardus eadem pacis consilia tractare, impetrauit ille quidem eam, sed longè iniquioribus conditionibus, quam prius fuisset habiturus. Carolus II. enim obligabatur, apud Valesium comitem efficere, vt is

*Loria classem Gallorum de-
nuò superat.*

Pax inter Iacobum Siciliæ & Carolum Neapol. reges.

iura sua, quæ à Martino III. in Aragoniæ regnum accepisset, renunciaret, & suis sumptibus à Põtifice impetraret, vt ille in Iacobum Siciliæ regni iura conferret: quibus rebus expediendis tres anni illi concedebantur: quibus nisi effecisset, iureiurando promittebat se in eisdem carceres reuersurum. In cuius rei testimonium, Iacobo regi obfides dedit tres filios: Ludouicum nempe, qui postea episcopus Tolosanus factus, in Diuotum numerũ receptus fuit, Robertum, qui Neapoli postea regnavit, & Ioannem Moreę in Achaia principem, qui admodum iuuenis mortuus est. Ac præter hosce obsides reliquit etiam pignori quinquaginta ex nobilissimis, maximeque strenuis, ac generosis militibus suis: & triginta millia argenti marcharum persoluit. Quibus conditionibus tandem liberatus Carolus, anno salutis MCCLXXXVIII. postquam captiuus quartum iam annum in vinculis egisset: in Galliam peruenit, vt comiti Valesio, sui in regnum Aragonicum iuris renunciationem persuaderet: sed id obtinere non potuit. Quamobrem è Gallia decedens, binis Gallorum agminibus & Amerigo Narbonensi comitatus, in Italiã contendit, & per mediam Longobardiam, Florentiam, atque hinc, vt Aretium Gibellinæ factionis causa deuiaret, per Clusentinos Poppium profectus est: atq; per Appennini iuga Tiphernum & Perusiam denique, vbi tunc erat Nicolaus III. pontifex, peruenit: eoque loco postquam cum illo egisset de regni sui confirmatione, renunciatus est iterum vtriusque Siciliæ, citra & vltra fretum, rex: anno à partu Virginis MCCLXXXIX. siue id ipsius pontificis errore, siue malitia contigerit: nam vtriusque sententiæ scriptores inueniuntur. Itaque rebus ita cõfectis, iam Neapolim reuertitur, eoque anno regnum suum administrare incipit: sed gliscere iterum inter illum & Iacobũ odia atque inimicitia cœperũt: propterea quod se vtriusque Siciliæ regem pronunciari à pontifice passus fuisset.

Iamq;

Carolus liberatus.

1299.

Amerigus Narbonensis.

Iamque tumultibus incipientibus, defecit quoque ab il-
 lo Cathenzanum in Calabria, & Iacobo regi se dedit: *Cathenzanum*
 quam obrem misit eò comitem Atrebatensem, vt id re-
 cuperaret. Dumque in illius obsidione essent, profectus
 quoque est eò, vrbi suppetias laturus, rex Iacobus vnà cū
 Rogerio Loria admirallio suo, quinquaginta triremes
 quingentosque grauis armaturæ viros ducēs: sed vbi ex-
 positus in terrā copijs pugnasset, pulsus est, & in triremes
 se recipere, easque in altum agere coactus: eaque prima
 pugna fuit, qua Rogerius Loria superatus vnquam fue- *Rogerus Lo-*
 rit. Quam obrem pulsus Cathenzano Iacobus rex, vt Ca- *ria inuictissi-*
 rolym tamen ab instituto auerteret, Caietam contēdit, *mus.*
 & exposito in continentem milite, & montem supra vr-
 bem occupato, eam obsedit ac strenuè oppugnauit. Sed
 oppidani se fortiter defendentes, restiterunt, donec Atre-
 batensis comes, relictis ad Cathenzani obsidionem ido-
 neis copijs, ijs auxilio venisset, itemque etiam Carolus i-
 pse cum recentibus ex Latio subsidijs: quo factum est vt
 Iacobus eò redactus, inducias postularit: atque eas proin-
 de in biennium impetrauit à Carolo, sed repugnante ei
 rei magnopere comite Atrebatensi, qui regem victoriam
 certam hoc modo amittere assererat, & indignatus ob
 id ipsum, ex Italia cum omnibus suis copijs in Galliam re- *Caietani rem-*
 uersus est. Atque hac quidem ratione, vbi Iacobus in Sici- *nerati.*
 liam rediisset, remunerauit Carolus fidem Caietanorū,
 quam sibi aduersus hostem seruassent, eosque per decen-
 nium ab omnibus oneribus, atque vectigalibus liberos
 esse voluit. Deinde Neapolim reuersus magna pompa at *Carol. Martel-*
 que solemnitate, Carolum Martellum filium natū maxi *lus rex Hung.*
 mum equestri dignitate donauit, & per Legatum Apo-
 stolicum Hungariæ regem pronounciari curauit: quoniā
 eo anno illius rex Stephanus, ex hac vita commigrans,
 nullos alios reliquerat liberos, quàm vxorem suam Ma-
 riam huius Caroli Martelli matrem: cuius ratione cum

Andreasus.

in regnum surrogare volebat, quãuis iam tum alius quidam Andreasus, è stirpe regia, non nisi transfersa linea ratione natus, id ingressus esset, eiusque partem aliquam occupasset. Interea temporis autẽ obicrat Nicolaus III. & Apostolica sedes propter Cardinalium discordias binos annos cum tribus mensibus præside vacabat: donec

1294.

anno salutis MCCVIC. heremita quidam Carolo vrgente, Perusiã ad Pontificatum eueheretur. Hic patriam habebat Aferniã in Samnitibus, iamque in solitudine, duobus propè passuum millibus à Sulmone, sanctissimè

*Coelestinus pō-
tif. heremita.*

viuebat, & Petrus Murroneus dicebatur: susceptoque Caroli præcibus Pontificatu, Coelestinus V. nuncupatus fuit. Cæterùm Perusiã, à Cardinalibus vocatus, venire noluit, sed Aquilæ subsistens collegium ad se venire, & ibi Pontificatus corona exornari voluit: quæ res tanta celebritate peracta est, vt acceperimus eò ducenta hominũ millia confluisse: quod pinde ob eam causam haud dubiè accidit, quòd Apostolica sedes vsque ad eò diu vacasset, tantaque esset viri illius sanctitatis fama, & quòd nouum planè esset, hominem solitarium & cum collegio Cardinalium nihil commertij habentem, ad summam Pontificatus dignitatem euehi. Creauit autem Coelestinus in ea celebritate Aquilæ, duodecim Cardinales: nec multò post renunciare pontificatui cogitabat, siue quòd se ineptum ad illius administrationem æstimaret, siue quòd re vera de animæ suæ salute metueret, in tam graui atque periculis pleno munere obeundo, aut fortassis etiam, quòd à malignis quibusdam hominibus, vt id faceret sollicitaretur. Cuius rei certior factus Carolus, voluit vt sedẽ Neapolim transferret: & cum eò commigrasset, omni studio conabatur hoc renunciandi cõsiliu ei dissuadere, & cū

*Coelestinus sua
stulticia pœnas
dat.*

ipsemet cum eo collocutus, tum etiã per Neapolitanum Archiepiscopum, nihil non faciebat vt eas cogitationes illi eriperet. Ille tamẽ nihilominus Benedicti Caietani Ananienſis

nanienſis Cardinalis malitia ſolicitatus, ſexto mēſe poſtquam fuiſſet electus, vbi ſolennitate quadam populo bene precatus eſſet, pontificatum reſignat, & collegio liberam poteſtatem eligendi nouum Pontificem facit. Quā obrem ſubſtituitur illi Neapoli idem Benediſtus, qui ſe Bonifacium octauum poſtea voluit appellari: & vbi per annum Neapoli degiſſet, Romam conceſſit, & ibi magna crudelitate, Petrum Cœleſtinum in vincula conſiſci necariſque curauit, metuens, ne ob ſingularem pietatē ad Pontificatum denuò reuocaretur. Anno deinde ſequenti deſunctus eſt Anſus Aragoniæ rex, Iacobo & Federico fratribus reliſtis: quamobrem Iacobus, cum ſe iam Aragoniæ regnum habere cerneret, conſtituit pacem cum Carolo facere, & in Eccleſiæ gratiam redire: idque Bonifacii Pontificis opera obtinuit: ea conditione vt Inſulam Carolo relinqueret, filiosque eius qui in Cathalonia obſides vinſti tenerentur, dimitteret, & Caroli filiam duceret. Carolus quoque atque Pontifex e contra promiſerunt, ſe effecturos apud Vaſeſium comitem, vt iura quæ in Aragoniæ regnum à Martino IIII. pont. habuiſſet, illi renunciaret. Quibus ita cōſtitutis, profeſtus eſt ipſemet Carolus in Galliam, confirmandæ huius pacis cauſa: ibique etiam inſtinctu Pontificis pacē inter Angliæ Gallięque reges conſtituit: quo facto rediit iterum in Italiam, cum filijs & per Florentiam iter faciens, deprehendit ibi Carolum Martellum filium, qui ei, honoris gratia, cum ducentis nobiliſſimis viris obuiam prodierat: quare ſimul illinc Romam Neapolimque magna cum pompa cōtenderunt. Atque huc quidem vbi Carolus perueniſſet, contra quam ſperaret, cognouit Federicum Iacobi Aragonici fratrem, Siciliam denuò occupaſſe: quamobrem prouocauit ad Pontificem, vt illic de cauſa cognoscere-

Bonifacius
VIII. nequam.

1295.

Pax inter Iacobum et Carolum

Sicilia iterum
ab Aragonicis
capta.

*Jacobus rex
Sardinia.*

1298.

*Federicus Ara-
gonicus praelio
superatur.*

1299.

ria Admirallio, magnoque honore exceptus: sese coram Carolo excusauit, iureiurando confirmans, Federicum fratrem id totum se inscio patrasse: vt que verbis suis amplior fides adhiberetur, Carolo operam suam ad recuperandam insulam offerebat. Qua re cum esset Carolo satisfactum, condonauit etiam Rogerio, à quo captus fuisset, eumque suis stipendijs conduxit. Sed Pontifex Iacobum Ecclesie signiferum declarauit, in quacunque tandem expeditione, qua aduersus Sarracenos, aut in terram sanctam susciperetur: & Sardiniae regni iura etiam in eum contulit, potestatem faciens illud Pisani, aut alijs quibuscunque eripiendi: eoque factum est, vt paulo post, Alfonso Jacobi maximus natus filius, cum septuaginta triremibus alijsque pluribus ratibus eò contendens, Vniuersam Insulam occuparet. Federicus autem vbi intellexisset Rogerium ad Caroli stipendia transiisse, illum proscripsit, eiusque nepoti, quem in Sicilia habebat, proditionis infamulato caput amputari curauit. Sequenti anno deinde, qui à nato seruatore erat MCCIIC. Carolus instructis quadraginta triremibus Rogerio duce, Iacobum monuit, vt quemadmodum Romae promississet, sibi aduersus Siciliam & Federicum auxilio esset: atque ille sine cunctatione cum triginta triremibus Neapolim aduolauit: cunctisque viribus in Siciliam contenderunt. Quibus obsequium progressus Federicus Aragonicus, vnà cum suo admirallio Federico Auria, & sexaginta triremibus, acre prelium comittit, sed superatur amittitque; inter ceteros, sex millia hominum, qui cum viginti & duabus triremibus capti fuerunt: & ipse quoque facile comprehendi potuisset, ni Cathalani cedentes, liberam fugam illi concessissent: eoque factum est, vt Carolus ob editam hanc stragem, tandem Siciliam tunc non occupare potuerit. Sed proximo anno Robertus tertius Caroli filius, dux Calabriae, ex patris mandato, in Siciliam traiecit, Cataniamque occupauit.

pavit. Quem Philippus frater Tarenti princeps cum in-
 sequeretur, sexaginta triremium classem ducens, eiq; Ro- *Galli à Siculis*
 berti classis, quæ Cathaniæ ociosa erat, obuiam honoris *fusi.*
 causa progredereetur. Siculi occasione illinc arrepta, eam
 inuaserunt, ceperunt atque planè fuderunt spectâte Phi-
 lippo, vt perpauci admodû Cathaniam inde incolumes
 fuga se recipere potuerint: deinde in Philippum quoque
 impetum fecerunt, & acerrimè pugnantes, eum supera-
 runt, captumq; Panhormum in vincula miserunt. Qua
 re cognita Robertus, existimauit se non amplius in Sici-
 lia tutum fore: præsertim quod Federicus à Siculis voca-
 tus è Cathalonia, cum magnis copijs aduentare diceretur:
 quare relicta Cathania, cum reliquis nauibus quæ ad
 huc supererant, in Italiã reuersus est. Federicus verò cum
 in itinere certior factus esset, Siculos suos binas Gallorû
 classes vicisse, rectâ versus Messanam iter tenet, atque vbi
 peruenisset cò, coniunxit omnes totius insulæ vires, & *Calabria à Fe-*
 Calabriam terra mariq; adortus, illam vniuersam pau- *derico occupa-*
 cis diebus in suam potestatem redegit. Non desunt au- *ta.*
 tem, qui secundo huic prælio Sicularum, cum Gallis cõ-
 misso interfuisse Federicum scribunt, & in Insula obfes-
 sum ab sese Philippum cepisse: sed vt res habeat, hoc sa-
 nè constat, binas classes fusas fuisse, Philippum captum
 & Robertum ob eam causam in Italiam rediisse. Dùm
 hæc in Sicilia ita geruntur, decreuit Carolus Sarracenos *Sarraceni pub-*
 Luceria pellere, quos tamen & ipse prius & pater Caro- *si Luceria.*
 lus I. quinquaginta circiter annos tulerant, certum ve-
 stigal soluentes. Quamobrem legem tulit, qua licebat
 omnes Sarracenos vbiunque inuenirentur sine pericu-
 lo necare, nisi qui Christianam religionem amplecte-
 rentur: hisce enim & opes & habitatio tuta concede-
 batur. Qua re cognita, illi omnes ferè ex Italia di-
 scesserunt, & non nisi pauci quidam tantùm, sacra lo-
 tione religioni Christianæ initiati, remanserunt: qui

Marrani.

1302.

Pax inter Ca-
rolum & Fede-
ricum.

tamen animo totaque vita atque moribus Sarracenicam quandam perfidiam declarant, vsque in hodiernum diem, quando per varia Apuliae loca dispersi Marrani appellantur. Sed anno deinde, post natum seruatorem, MCCCII. Carolus Valesius qui tunc, Pontificis & regis Galliae mandato, Florētinis in Tusciam auxilio venerat: in regnum Neapolitanum transijt, vt Cognato suo Carolo II. suppetias ferret: coniunctisque regis copijs cum suis, & Calabriam inuadens, magnam praedam inde comparauit, quod nemo se illi opponere auderet. Federicus enim non modò praelium detrectabat, sed pacem etiam statim postulauit: eaq; hac conditione tunc constituta fuit, vt Federicus omnes quas in Italia haberet vrbes relinqueret: & Carolus è contrà cum filijs atq; Valesio commite iuramento obligaretur, se ei Siciliae possessionem per suam vitam concessurum, nec vnquam molestum futurum.

Ischia mons ignem vomit.

Hoc eodem anno copiosissimos ignes euomuit. Sulphurarius Ischiae insulae Neapoli proxime mons, tanto cum impetu, vt flammæ in extremas vsque oras insulae conijcerentur: quo factum est, vt multi homines aliaque animalia, ea clade interierint, & plurimi cognita periculi magnitudine, nauibus conscensis in vicina loca aufugere relicta insula, cogerentur, in Procidam nempe, Caprariam, Baias, Putolos atque Neapolim: durauitq; illud incendium binos dies continuos.

Hac pace cum Federico constituta, vixit deinde Carolus pacificè, magnaque cum autoritate in Italia: Robertum filium Calabriae principem, à Florentinis rogatus, in Tusciam misit, qui eam prouinciam ceu propriam, magna cum laude fideque gubernauit. Deinde ablegauit eundem Auinionem ad Clementem V. nouum pontificem adorandum. Beatricem quoque filiam, anno seruatoris MCCC V. dedit in Vxorem Azzio Estensi marchioni, qui Ferrariam

Ferrariam possidebat. Et anno denique MCCCIX. cum iam sexagesimum ætatis annum superasset, Maio mense Neapoli diem fatalem obiuit: iamque quatuor & viginti annos regnauerat. Conditus fuit ibi primum in Diuini Dominici templo: sed postmodum in Narbonensem provinciam delatus, & Arelati in Sanctæ Mariæ Nazaretæ templo sepultus. Cæterum fuit hic Carolus II. homo benignus, iocundus, iustus, & admodum liberalis: ita quidem, ut ea re, secundus Alexander videri potuerit, uti quidam restantur. Ciuilibus pacisque negocijs celebris princeps fuit: sed rebus bellicis neque fortunatus, neque peritus. Corpore minus recto, & aliquantulum claudo erat: duxitque uxorem, viuente adhuc patre, Mariam Stephani Hungariæ regis filiam: ex qua nouem masculos & quinque foeminas suscepit. Mares fuere hi, Carolus Martellus natu maximus, qui matris ratione in Hungariæ regnum successit. Ludouicus in ordine alter, episcopus Tolosanus & à Ioanne XXI. pont. in Diuorum numerum relictus. Robertus qui postea Neapolit. regnum possedit. Philippus Tarenti princeps, qui Panhormi in vinculis fuit. Ioannes Achaia princeps Tristanus natus eo tempore, quo pater in Cathalonia detinebatur captiuus Ramundus Vicariæ gubernator. Ludouicus II. Dyrhachij dux & Petrus Grauinæ comes. Filia autem fuerunt Clementia, quæ Carolo Philippi Pulchri Gallia regis filio nato maximo nupsit: Blanca Iacobi Aragonici coniunx, Helionora vxor Federici in Sicilia. Maria coniunx regis Maiorica, & Beatrix denique Azzio Estensi marchioni Ferrariaeque domino elocata: quo mortuo Beltramo Balzio, & deinde, hoc etiam breui tēpote sublato Roberto Delphino Viennensi nupsit. Condidit quoque Carolus multa magnifica ædificia cum in Prouincia Narbonēsi, tum in Italia: monasteria videlicet atque templa, eaque amplis opibus donauit. Neapoli quoque portus munitione

Caroli obitus.

Caroli vita & studia.

Filij Caroli II.

Filia.

Ædificia Caroli.

construxit, & ciuibus tributum remisit. Viros strenuos magni fecit, adeoq; optimus & pacis amantissimus princeps habitus fuit: hoc solum à quibusdam illi obiicitur, quòd in senectute lasciuior esset, quàm oporteret.

Robertus rex Neapolitanus.

Robertus igitur tertius in ordine Caroli II. filius, patre mortuo Auinione erat, ibique pronūciatur illius successor, & antequam ex Prouincia discederet, à Clemente V.

Carolus Numbertus.

confirmatur. Sed non sine contentione cum nepote Carolo Roberto Hungariæ regis enim è Carolo Martello Roberti fratre maximo, & Clementia Rodolphi imperatoris filia natus, regnum Neapolitanum patris successione, qui tamen ante auum obierat, ad se pertinere asserbat. Itaque disputata tunc à iuriconsultis fuit cū suis

Questio iuridica.

appendicibus illa sententia, qua quæritur: Vtrum in feudis & regna simpliciter concessa, frater an filius regis succedere debeat. Verùm Pontifex tandem pro Roberto pronūciavit, idque, sicuti Baldus Perusinus celebris iuriconsultus testatur, propter regni ipsius vtilitatem: erat enim vsque adeo sapiēs Robertus, vt alter Salomon videri posset: deinde quod poterat etiam Hungariæ regnum nepoti sufficere. Non fuerit autem hoc loco prætereundum,

euitandæ confusionis causa, hunc Roberti nepotem in sacra lotione Carobertum fuisse appellatum, nomine scilicet ex Carolo Robertoque composito: sed ab Hungaris quidem dum Carolus tantum, & ab Italis Caronubertus diceretur, postea Caroli Numberti nomē obtinuisse. Robertus igitur rex ex prouincia Neapolim reuersus, regnū post leuem controuersiam armis occupauit. Dum verò è Gallia rediens Bononia iter faceret, reperit ibi Aegidium Pelaguram Apostolicum legatum per Italiam: à quo cū sibi Ferrariensis vrbs custodia Ecclesiæ nomine deman data esset, misit eò Dicgum Hispanum, qui in Beneuenti imperio comitatum habebat, cum aliquot Catalanorū copijs, & vrbs eius præsidem illum constituit. Confirmauit

Ferraria sub Roberti gubernatione.

nauit quoque Florentinos eo itinere, qui propter Henrici VII. imperatoris in Italiam aduentum, sibi vehementer metuebant, eisque auxilia contra illum promisit: cuius rei causa, coniunxit omnes Guelforum copias ex Tuscia atque Longobardia, cognitoque quod Henricus iam Brixiā oppugnaret, tanquam eorum dux, illos per Tusciā Aemiliam, Flaminiamque distribuit, ut qui partes suas sequerentur protegerent, & Bononię, Ferrarię, Florentięque, si opus esset, suppetias ferrent. Cuius rei certior factus Henricus, Genuę, promisit Federici Siciliae regis legato foedus aduersus Robertum inire: quod etiamsi Robertus cognouisset, dissimulauit tamen, & Ioannem Morcæ in Achaia principem fratrem suum, dum Romę imperij corona ornaretur, honoris causa interesse voluit. Verū Henricus nihilominus vbi Tybur peruenisset, foedus cum Federici legatis inijt, & regi eorum, contrahendę amicitię arctioris causa, vxorem obtulit, simulque mandauit ut armata manu Calabria inuaderet, se enim adiuncturum illi Genuensium Pisanorumque classem. Atque hæc quidem ita fuere perfecta: eoque accidit, ut cum postea Florentini ab Henrico obsessi, Roberti auxilia implorarent, ei que vrbis integrum imperium traderēt, illis suppetias nullas tulerit: asserebat enim se nimium in Calabria defendenda occupatum esse, quæ à Federico cum maximis copijs infestaretur. Verum discessit postea Henricus Florentia, quod illius vrbis expugnatio ardua nimis illi videretur: & Pisas perueniens, vocauit eò Robertum, ut causam diceret: cumque non compareret, regno Neapolitano illum deposuit: sed ea sententia tamen deinde à Clemente V. Auenione reuocata est, sicuti etiamnum ex Clementinarum volumine apparet. Nec longo temporis intervallo post, in morbum incidit Henricus Bonconuenti in Senensi agro, ibique venenum cum pane Euchariſtia, à monacho quodam ex Sancti Dominici familia, su-

Henricus VII.

Robertus Guelforum protector

Henricus VII. contra Robertum foedus cum Federico inijt.

Calabria infestatur. Florentia Roberto oblata.

Henricus VII. moritur.

mens, ex hisce corporis vinculis solutus est: testantur autem plerique scriptores, venenum id Apostolici legati in stinctu fuisse procuratum, quamuis Musatus Patavinus, diligens alioquin rerum Henrici scriptor, de tali illius vita sine eiusque per venenum procuratione, nihil sanè scribat. Sed Federicus cognito Henrici obitu exercitum ex Calabria in Siciliam reduxit. Robertus verò eo periculo, quod sibi ab hoste imminabat, liberatus, misit in Tusciam Petrum Tempestatum Grauinæ comitem fratrem suum minimum cum aliquot copijs, ut aduersus Huguecionem Fasolam celebrem eo tempore militiæ ducem, Luccensibus cæterisque Guelfis auxilio esset. Nec multò post alterum fratrem etiam, Philippum Tarenti principem quartum inter Caroli II. liberos, unà cum Carolo filio novisque copijs eodem ablegauit: qui tamen minus prosperos successus habuerunt: nam in acerrimo eo prælio, & deinde in monte Catino pridie Calend. Septembris, anno MCCCXV. commissum est, superior euasit Huguecio cum Castrucio quodam Castracane, qui sua stipendia merebat: & Grauinæ quidè comes fugiens, hæsit in quibusdã paludibus, ipsique suffocatus est: Carolus verò Philippi filius in prælio succubuit, & Philippus ipse Tarenti princeps captus, & in vincula coniectus fuit. Deinde sequutus est annus à nato seruatore MCCCXIX. quo Genuenses ab suis Gibellinis oppressi, urbem Roberto donarunt, ea conditione, ut ipsis subsidio adesset: quamobrem misit eò statim militem omnem, quem per Tusciam hinc inde habebat, & ipse cum Philippo & Ioanne fratribus, ac mille ducentisque strenuissimis militibus, naualiter sequutus, magno honore exceptus est, & urbis Genuensis imperium tuo atque Pontificis nomine obtinuit. Gibellini autem primùm quidem sese cum familijs suis Saonam receperant, deinde in toto fœdere cum Federico Siciliae rege, & Marco Vicecomite Mediolani, Genuam reuersi

Prælium in Catino monte.

1315.

1318.
Genua Roberto tradita.

reuerſi ſunt, eamque tam acriter oppugnarunt, vt Robertus in ea ſex meſes obſeſſus, ipſemet nocte dieque cum præſtantiffimis quos ſecum ex nobilitate haberet, mœnia armatus defendere, hoſtiumque impetum non ſine magno periculo repellere cogeretur, neceſſumque ei fuerit Bononiensium atque Florentinorum auxilia implorare. Cumque ab ijs magnas equitum peditumque copias accepiffet, inuitatus eſt à Marco Vicecomite, vt ſecum duello decertaret. Sed Robertus, quod minimè tanto corporis robore eſſet, id negauit. Egreſſus autem eſt poſtea Genuenſi portu cum quadraginta triremibus, & milite ad Sefuam in cõtinentem expoſito, hoſtes ibi ſuperauit: deinde Auinionem contendit ad Ioannem XXII. nouum pontificem adorandum: cumque pluribus diebus ibi cõmoraretur, patefactæ ſunt & punitæ ab eò inſidiæ, quæ Caſtruciõ opera aduerſus eius vitam, aut vbi id non ſuceſſiffet, ita ſtruebantur, vt in reditu nauis qua ipſe eſſet exureretur. Sui interim, quos Genuæ reliquerat, obſidionem magno labore biennium ſuſtinuere, & victores tandem anno Domini MCCCXX. euaserunt. Verum Gibellini eo quoque qui proximè ſequutus eſt anno, non deſierunt vniuerſam Longobardiam Genuamque infeſtare: quamobrem inducias paciſci in triennium cupiebant cum Federico Siculo Ioannes Pontifex atque Robertus, vt Genuenſibus rebus interea proſpicere poſſent. Sed Federicus eas potius in decennium paciſci maluiſſet, ſimulque etiam Regium & alia quædam Calabria loca, quæ Pontifex depoſiti loco tenebat, reſtitui ſibi petebat. Id vero cum non potuiſſet impetrare, bellum Roberto indixit. Pontifex verò indignatus ſacris illum interdixit. Ac ſequenti anno, qui fuit à partu virginis MCCCXXII. miſit Carolus Senzaterreus Roberti filius, aduerſus Federicum in Sicilia ſeptendecim triremes & Lipparim exuſt. Quibus obuiam progrediens Federicus, cum viginti

1320.

Federico Siculo ſacris interdicitur.

1322.

Carolus Senzaterreus.

sex triremibus & alijs multis nauibus minoribus, nō modo illam classem in fugam coniecit, verū etiam in Calabriam ingressus est, & inde maximam prædam, nullis tamen captis vrbibus, deportauit. Neque verò interim Castrucius Gibellinæ factionis primarius dux, Florentinos infestare cessabat: ex quo illi, cum tanta admodū essent Roberti auxilia, rogarunt illum, vt sibi Carolum Senzatterreum filium auxilio mitteret, se enim vrbis imperiū illi tradituros. Itaque peruenit eò Carolus is, & primū quidem aliquot arces Lucensium occupauit: sed certius factus deinde quod Castrucius Ludouico Bauaro, qui se in imperium intruserat, obuiam profectus esset, & venire eos per Lunigianam versus Pisas, vt contra Robertum patrem in regnum Neapolitanum contenderent, recepit intra vrbis mœnia omnes copias suas, & paulo post discessit, relicto ibi Philippo Ciare. Ac parum sanè Florentinis profuit: eoque factum est, vt cum Neapolim reuersus moreretur, ipsi magnopere gauderent, nec parum se licēs se esse putarent, quod ab illius seruitute liberati essent. Deinceps verò etiam nullo singulari fauore à Roberto adiuti sunt: quamobrem semper conquerebantur de vtriusque auaritia, quod magna auri vi accepta, perparum illis profuissent: nec satis mirari poterant, suā vrbem tot sumptibus sufficere potuisse, quos in Gallos à tempore Caroli primi, vsque ad eum qui iam mortuus erat, fecissent. Hoc autem etiam si ita esset, tamen à fœdere quod cum Roberto haberent, etiam mortuo Carolo filio, nequaquam discesserūt: cum enim & Pisanos & Lucenses atque Gibellinos infestos haberent, Roberti amicitiam minimè deserendam putabant, quamuis ille parū eis prodesset. Atque id quidem vt facerent illos cogebat etiam timor Ioannis Boemiæ regis filij Henrici VII. & Caroli III imperatoris patris is enim anno salutis MCCC. XXIX. in Italiam ingressus, Parmam, Regium, Mutinam multasq;

Carolus Senza terreus.

Ludouicus Bauarus.

Florentinorum in Androuinis sumptus.

Jan. rex Bohe

1310.

1319.

multasque alias vrbes occupauerat, & ipsis Florentinis
 nequaquam fauere videbatur. Deinde verò postquã Io-
 annes, nulla re admodum memorabili gesta, ex Italia di-
 scessisset, & Florentini varijs casibus acti Lucam occu- *Florentini à Pi-*
 passent, eaque iterum amissa, à Pisanis anno MCCCXL. *sanis victi.*
 praelio superati fuissent: Robertus illis nullo modo auxi-
 lio esse voluit, quamuis illum summopere obtestarētur:
 & paulò post Neapoli degēs, anno Domini MCCCXLII.
 obiit: nullis filijs, sed tantum tribus neptibus post se reli-
 ctis, quæ ex Carolo filio, de quo modò diximus, natæ erāt *Caroli Senza-*
 Ioanna natu maxima scilicet, Maria atq; Margareta: qua- *terrei filia.*
 rum primæ regnum testamento legauit, ea conditione *Roberti mors,*
 tamen, vt Andreas filio Caroli Numberti filio, Caroli verò
 Martelli fratris sui nepoti, nuberet, & paribus auspicijs
 cum eo regnum gubernaret. Putatur autem Robertus v-
 nus fuisse ex prudentissimis sapientissimisque principi-
 bus: quòd esset eruditus, religiosus, liberalis, doctorum vi-
 rorum ipsiusque virtutis amantissimus: nec quisquã est
 inter bonos scriptores, qui non illius honestam mentio- *Sancia maioris*
 nem faciat. Habuit autem vxorem Sanciam Maioricæ re- *gæ regina.*
 ginam, Aragonici regis filiam, mulierem sanctissimã, ex
 qua Carolũ, de quo diximus, suscepit, & cuius gratia mul-
 ta monasteria templaque condidit: vtpote Neapoli tem-
 plum sanctæ Mariæ crucis, quo regina condita iacet, & *Aedificia Ro-*
 Sanctæ Claræ Monasterium. Construxit quoque templa *berti.*
 quædam in prouincia Narbonensi, & Hierosolymis id quod
 in monte Sione S. Mariæ dicatum est, atque aliud quod-
 dam sacellum præciosissimũ in defuncti Caroli filij bea-
 tam memoriam. Auxit nouæ arcis ædificia, sanctique He-
 rennij arcem extruxit, & multis præterea rebus præclare
 gestis, iocundissimam sui memoriam reliquit, vt etiam à
 Francisco Petrarcha ac Ioãne Boccatio Certaldesi, quos
 familiarissimos habuit, vehementer fuerit celebratus: &
 merito sanè: nam vnus ex illis erat q̄ inter optimos prin-

cipes commemorari debuit.

Ioanna I. regi-
na Neapolit. et
Andreassus.

Sed iam ad propositam historiam reuertamur: Ioanna Roberti neptis, quæ prima huius nominis regina fuit, Neapolitanum regnum eo quem diximus modo consequta, Andreasso ex patris sui patruelæ genito nupsit, quemadmodum ab auo in testamento constitutum fuerat. Atq; ille quidem eo matrimonio in Italiam accitus, vbi tres annos cum regina vixisset, & ambo iam fortè Auerisæ essent: nocte quadam ad reginam subitò vocatur, ceu propter quippiam quod ei ex improvisò acciderit: cumq; accurrens ille ad angiportum quendam peruenisset, comprehensus ibi & iniecto in collum laqueo reginæ iussu suspensus est. Cuius rei causa narratur fuisse, quòd Andreassus, etiamsi iuuenis admodum esset, tamè vsu Veneris infrænatæ reginæ libidini minimè sufficeret. Fertur autem etiamnum publicè Neapoli, Andreassum aliquando, cum reginam cerneret benè crassam chordam aureis filis texere & adornare, quæ fuisse ex illa, vt fieri solet familiariter à maritis, in quos vsus tam crassam chordam pararet: & respondisse illam subridendo, vt ipsum suspenderet. Vsque adè scilicet parui cum pendeat: atque ille homo simplex, non multum ista curauit: sequutus tamen est euentus; nam ea ipsa chorda strangulatus fuisse dicitur. Andreasso enecato statim alteri eadem sanguinis affinitate ferè cognato, Ludouico Tarentino iuueni formosissimo nupsit: erat enim ille ex Philippo Tarenti principe, & Roberti aui fratre natus. Atque hæc res tam turpis atque scelerata omnibus visa est, vt etiam Roberti aui nomini odium maximum pareret. Et Ludovicus Hungariæ rex Andreassi frater, ea ipsa re multisq; Italorum hortationibus ad vindictam permotus, cū potentissimo exercitu, anno salutis nostræ MCCCII. expeditionem in regnum Neapolitanum suscepit. Multa autem ei scribebat regina excusandi sui causa: sed ille facile

secunde nuptie
Ioanna I.

Ludovicus Hungaricus vindicat fratrem.

1348.

cile

cile demōstrauit, quanti omnes eius excusationes essent
 faciendæ, vnica breuiq̄ue epistola, cuius hæc verba fue-
 runt. Inordinata vita præcedens, retentio potestatis in re-
 gno, neglecta vindicta, vir alter susceptus, & excusatio sub-
 sequens, necis viri tui te probant esse participem & con-
 sortem. Itaque in regnum perueniens Sulmonem expu-
 gnauit, quæ vna vrbs ei resistere ausa fuit: sed vbi illam oc-
 cupasset, totum regnum sese ad eum conuertit. Qua re
 perterrita regina in Prouinciam Narbonensem aufugit.
 Nec multò post eam sequutus est Ludouicus nouus ma-
 ritus, relicto ibi, vt suas vices ageret, Carolo Dyrrhachi-
 no, qui ex Ludouico Dyrrhachino Roberti fratre natus
 erat. Tanto autem hominum odio iam grauati erant, re-
 gina atque Tarentinus maritus, vt cum Florentinos sum-
 mopere rogassent, tamen illi neque antiqua cum Galliæ
 regibus amicitia, neque eam quam cum Andiouina fa-
 milia habuissent, vllò modo permoueri potuerint, ad au-
 xilium aliquod ferendum: & Hungari metu, ne voluere
 quidem h̄s transitum per urbem suam concedere. Ludo-
 uicus autem Hungarus rex, cum Neapolim appulisset, de-
 prehendit ibi Carolum Dyrrhachinum cum reginæ co-
 pijs: isque in Andreassi mortem cōsenserat, & dicebatur
 etiam, rem Veneream cum regina habuisse: quam obrem
 cum eò congressus, quoniam resistere decreuerat, illum
 superauit, & propter causas iam commemoratas capite
 plectendum curauit: reliquit autem ille post se filium e-
 iusdem nominis admodum paruum. Atque hoc modo
 totius regni imperium obtinuerat iam Ludouicus: sed
 se quita est mox grauissimã illa pestilentia, quæ per totã
 Italiam grassata, abijt in proverbium, vt etiam nũ pestis il-
 lius nomine, quæ anno MCCCIII. fuit horrendas quas-
 dam res significemus: veluti eam etiam Boccacius in De-
 cameronis sui initio enarrauit: quam obrem in Hungariã
 reuersus est, cum vix tres menses regnum tenuisset. Nea-

Ludouici epi-
stola ad Ioannã

Ioanna I. fugit.
Carolus Dyr-
rhachinus.

Pestilentia ad-
no 1348.

poli tamen, haud mediocres suorum Hungarorū copias reliquit. Eam ob causam Clemens V. pontifex, qui tunc Auenione erat, & reginæ quoque præcibus fortè permotus, regni curam suscepit, & in Italiam misit Guidonem Lemouicensē, Cardinalem Portuensē familiare suū, qui res ita administravit, vt inter Ludouicum Hungarū atque Ioannam reginam pacem conciliarit: ea conditione, vt ipsa in regnum reuerfa, reginæ nomē vsurpare possēt, maritus autem non alio titulo, quā Tarenti princeps appellaretur: cætera verò regni iura, postquam ex hac vita regina migrasset, sibi reseruarentur. Itaque reuerfa est eò modo Ioanna iterum Neapolim cum Tarentino, & apud Clementem V. instans, breui effecit vt regni Corona, in maritum etiam conferretur, nempe anno MCCC. LIII. & inter ipsos atq; Ludouicum Hungarum noua pax constitueretur. Cuius rei causa donauit deinde Pontifici Auenionem, quam urbem ex patria hæreditate possidebat, venditionis tamen specie, ac si præcium vrbis cõpensaret tributum, quem ex regno non persoluerat ab eo tempore, quo regios fasces fuisset consequuta: atque illa ratio est, cur Auenionis vrbs, ab eo tempore vsque ad nostram memoriã, in Ecclesiæ potestate fuerit. Ludouicus autem Tarentinus, vbi tribus ferè annis regnasset, nimio Veneris vsu, quo solo reginæ placere poterat, cõsumptus interiit: nec longo tempore post, regina cum Iacobo Tharhaconensi tertias nuptias celebrauit: Is Maiorica infans erat, & ex formosissimis viris, qui tunc temporis essent, vnus: quem regina non regio, sed tantum Calabriae principis nomine obtinuit. Cæterum paucos annos post mortem illi etiam, vt quidam asserunt, morte naturali, sed quidam aiunt reginam illi caput amputasse, quoniam rem Venericam cum alia muliere habuisset. Vt res habeat, ille sanè obiit: & regina nupsit quarto marito, Ottoni Brunsvicensi ex nobilissima Saxonum familia nato, qui

*In Sicilia huius
rebus vt
que mariti
hoc occidit*

*Ioanna redit in
regnum.*

1352.

*Auenionis
vrbs pontif.
data.*

*Ludouicus Ta
rentinus mori-
tur.*

*Iacobus Thar-
raconensis.*

*Quarte nu-
ptie Ioannæ
cum Otthone.*

eo tempore in Italia Ecclesiæ stipendijs conductus, Ferraræ erat, anno salutis humanæ MCCCLXXVI. Dum autem cum hoc pacificè viueret, forrè migrat ex hac vita biennio post Gregorius XI. pontifex, qui Apostolicam sedem ex Gallia, vbi magno cum Italorum damno, à Clementis V. tempore, septuaginta quatuor ferè annos fuerat, Romam transferri denuò curauerat. Eaquæ causa fuit maximi illius schismatis inter Pontificios, quod quadraginta annos durauit, & tandem in concilio Constantien- *Schisma Eccle-*
siæ. se, vti suo loco dicemus, compositum fuit. Id autem hoc modo euenit. Patricij atque nobiles Romani, defuncto Gregorio apud Cardinalium collegium instabant clam- culum, vt Romanum aliquem aut saltem Italum pontifi- cem eligerent, ne Curia denuò fortè in Galliam transfer- retur: populus autè Romanus etiam publicè per plateas clamabat, velle se Romanum aut saltem Italum pontifi- cem. Quamobrem Cardinales, cum metuerent ne ea res tumultus aliquos pareret, decreuerunt in aliquot dies si- stum aliquem ex Italis pontificem eligere, donec sedatis tumultibus, verum aliquem possent creare: & ingressi in conclaue, cum non modò non cessarent tumultus, verù etiam perumpere portas tentarent, pontificem pronun- ciarunt Bartholomeum Neapolitanù Bariensem archie- piscopum decima die Aprilis, eodem anno quo Grego- riius obierat, eumque Urbanum VI appellarunt: sed, vti *Urbanus VI.*
pom. fictiuus. quidam scribunt, expressa conditione, eaquæ iureiuran- do illius confirmata, vt suo loco atque tempore Pontifi- catui renunciaret. Hoc facto dedèrunt Cardinales literas ad Principes Christianos de nouo pontifice, non secus ac si legitima electione fuisset creatus, & ipsi quoque illum per aliquot menses ceu verum Pontificem adorarunt. Deinde verò Iulio mense, ceu aerem mutaturi propter aestiuum calorem, veniam ex curia discedendi impetra- runt quatordecim corum, aut octo saltem, vti quidã sen-

14. *Cardinales
creant nouum
pontificem.*

tiunt, plerique transalpini: relictoque pontifice Tyburti, ipsi diuersis itineribus Anagniam atq; illinc Fundū omnes sese receperunt Ioanna regina minimè inscia: illa enim, quoniam sibi ab Hungariæ rege metuebat, Gallum aliquem pontificem creari cupiebat, & ijs Cardinalibus tutum hospitium in suo regno promiserat. Itaque h̄ postquam multa ibi cum Urbano frustra tractassent, illū solenni consuetudine, vt eò coram sese compareret, vocauerunt, atque eam causam totam secundum iuris formā tractarunt: vti potissimum in ea re opera atque Consilio Nicolai Neapolitani, inter eius temporis iurisconsultos clarissimi, Ioannæ consiliarij & Urbani inimicissimi. Verum Urbanus è contrà, vt ipsi ad se comparerent impera- ram curaret, Cardinales, qui vacare sedem Apostolicam asserebant, proximo Septembri illic solennibus caremonijs Genuensem Cardinalem, qui Clemens VI. fuit appellatus, pontificem pronunciarunt: deinde literis ad singulos Christianos principes datis, significarunt non Urbanum, sed Clementem verum pontificem esse. Atque Urbanus quidem Romæ permansit, ei que Italia Germania atque Hungaria adhæserunt: Clemens verò Auenionem concessit, Galliam que atque Hispaniam, quæ suas partes sequerentur, habuit: Hoc modo Schisma illud natum est, cui vnica regina Ioanna fauerat: quo loco mihi nequaquam silentio prætereunda videtur causa illius Odij, quod inter Nicolaum iurisconsultum atque Urbanū fuisse diximus, vt ea res posteris quoq; exēplo esse queat. Erat Nicolaus iuris Peritissimus, & in multis causis quas in Curia Romana egerat Urbanum, antequam illud factigium honoris ascendisset aduersariū, vt fieri solet in forensibus negotijs, habuerat. Sed eū ille iam pontifex creatus esset, mittebant ad illum adorandum Christiani principes suos legatos: & ob eandem Causam Romam ablegati

*Odiū inter
Urbanum pōt.
& Nicolaum
iurisconf.*

gati erant etiam ab Ioanna, Otho Brunsvicēsis maritus, atque Nicolaus iuriscōsultus. Ac cum magnā principū atque Legatorum copia ibi iam esset, pontifex publico atque magnifico conuiuiō eos omnes excepit: & Nicolaus quidem ceu vir doctissimus & reginæ orator honestissimo loco primū collocatus fuit: sed vbi omnes iā confedisent, dedit pontifex mandatum magistro conuiuij, vt illum surgere ex eo loco & alio inferiori accumbere iuberet. Atque id quidem ita, vt imperauerat pōtifex, factum est: Nicolaus verò etiam si vehementer offensus esset, rem tamen in conuiuiō dissimulauit: cum verò finito conuiuiō discederet, conquestus est de ea re cum quodam Cardinali, & expectādā occasionem esse dicebat, quod binas animas in vno corpore haberet, vnā quidē Deo dicatā, alterā verò cuicunque alio qui illam vellet. Atque deinceps reginā vt Vrbanum odio haberet perpetuò stimulauit, & primarius autor atque consiliarius fuit in Clemente nouo pontifice eligendo. Vrbanus autem Romæ subsistens, viginti & octo Cardinales ex diuersis nationibus creauit, ac pace cum Florentinis, Perusinis, cæterisque, qui viuente Gregorio XI. ab Ecclesia defecerant, omnibus constituta: animum ad vindicandā hanc iniuriā totum conuertit: idque in Ioanna primū tentauit quam regno deposuit, eiusque iura contulit in Carolum Dyrrhachinum, qui apud Hungariæ regem erat: & illū, vt ad se veniret, & regni corona insigniretur, per literas vocauit. Id verò cum alias ob causas atque scelera reginæ facere sese asserbat, tum vel ob id imprimis, q̄ ei schismati ipsa fauisset & Clementi VI paruisset. E contra verò Clemens Anagninæ agebat, & Monzoia nepote suo ex Gallia leuocato, atque in ducem primarium suarū conuictū electo, vrbes quæ ad Ecclesiam pertinerent, recuperare tentabat, eiq; mandatū dederat vt Romā quoque expugnaret, & Vrbanum sibi subijceret. Atq; ille ani-

*Vt se gerant
bi pontifices.*

*Ioanna regno
priuata.
Carolus Dyrrhachinus.*

*Monzoia pō
tif. dux.*

mo iniucto suscipiens expeditionem Romam versus contendit, & Marianū perueniens, quod duodecim ferè passuum millibus ab Vrbe distat, id expugnare conatus est. Sed Urbanum Romani confirmabant, & Alberici comitis Barbiani copiarum suarum ducis virtus: qui acceptā pontificis benedictione, cum his copijs quæ tunc essent ad manus, vicesima octaua Aprilis die, sub vesperam Roma egreditur, anno salutis MCCCLXXIX. & castra ea nocte non procul ab hostibus metatur. Summo manè dein de exercitu in bina agmina diuiso, quorū vni Galeatius Pepolus, alteri ipsemet præfesset, classicum canit, & aduersus hostem infestis signis progreditur. Nec defuit officio suo Mōzoia, sed copijs in tria agmina distributis, quarum vni ipsemet, secundo Berardus Saleus, & Petrus Sogrus tertio imperaret, Albericum fortiter excepit. Iraque comittitur hic prælium acre atq; anceps, & Galeatij Pepoli agmen primo congressu frangitur: sed Albericus ei suppetias ferens tanto cum impetu irruit, vt Berardi Salei agmen ruperit, ipsumque ceperit: deinde vnā cum Galeatio iam confirmato, per secundum agmen penetrās tertium, quo ipsemet Monzoia cum signis militaribus primarijs erat, adortus est, eoq; superato & Monzoia capto, paucis horis victoriam obtinuit: eodemque die Romam iterum triumphantis modo, cum toto exercitu, ipsisque etiam captiuis hostium ducibus ingressus magna lætia totius populi Romani exceptus est: & maximè Urbani ipsius: qui ob eam causam illum atque Galeatiū Pepolum, antequam aduersa sceret equestri dignitate donauit. Ea celebritate, quam propter tantam victoriā instituerant, finita, auxit exercitum suum Urbanus, & Albericum misit ad recuperanda illa loca, quæ ad Clementem defecissent: quo facto ille, postea Venerorum stipendia, qui cum rege Hungariæ & Genuensibus bellum gerentibus, sequutus est. Quare perterritus Clemēs, metuebat

Barbrianus comes.

1379.

Berardus Saleus.

Petrus Sogrus.

Prælium inter

hinc vicarios

Christi.

Clemens Neapolin confugi:

ne Vrbanū exercitu Anagninā obsideretur: itaque missis ad reginam nuncijs, petijt vt tantas sibi copias mitteret, quibus Neapolim tutō deduci posset: sed cum ea re impetrata, eō peruenisset, Neapolitani sumptis aduersus illum armis tumultum concitauerunt, aiebantque, non vel se binos habere pontifices, neque propter illum belli pericula subire. Quamobrem necessum illi atque regine fuit in arcem cedere, & illic sese munire. Paucos autem post dies, ne ibi quidem se tutos esse putarunt: quare instructis tribus trirēibus, duabus scilicet pontifici & reginæ vna, versus Auenionem vela dederunt, paucisque diebus secundo vento illuc appulerunt. Venerūt autem eō ad illum adorandum totius Galliæ legati: cumque in Parisiensi iudicio, quod Parlamentum vocant, vtriusque causa examinata esset, pronunciatum est, Clementem verum, & Vrbanum falsum atque schismaticum esse pontificem: quare ei sese subiecerunt Gallia atque Aragoniæ reges. Ipsa quoque Ioanna magno honore excepta fuit, cum ab alijs, tum verō maximē ab Ludouico Ioannis Andriouini secundo filio: cuius rei causa illa, cum se absque liberis esse cerneret, & sciret Vrbanum magis indies consilia de Carolo Dyrrhachino in regnum accersendo, tractare, adoptauit eum in filium, & Neapolitano Siciliaeque regno donauit: vt id nempe post suum obitum possideret. Atque huius donationis confecta tunc fuere diplomata, eaque Clementis pontificis autoritate, eodem anno confirmata: quæ proinde origo prima fuit iuris illius, quod secunda Andriouinæ domus linea asseruit deinde se in Neapolitanum regnum habere: veluti id copiosius postea ostendemus. Hisce rebus ita confectis, regina Neapolim reuersa est: sed Vrbanus executionem latæ aduersus illam sententiæ, non desinebat vrgeri, & Ludouicum Hungariæ regem per internuncios, de eadem re vehementer sollicitabat. Erat autem eo tempore Carolus

Clemens & Ioanna in Gallia cedunt.

Andriouinorū in regnū Neapolit. ius.

*Carolus Dyr-
rhachinus su-
scipit bellū con-
tra Ioannam.*

Dyrrhachinus, cum maximis Hungarorū copijs in agro Taruisino: quo vnā cum Patauino principe à Ludouico rege, qui fœdus cum Genuensibus inierat, aduersus Venetos missus erat. Quamobrē vbi ex regis sui literis rem omnem cognouisset, atque etiam ex legato pontificio, qui Patauium vsque ab Urbano missus fuerat: prouinciā eam absque multa deliberatione suscepit: nam & vlciscēdæ mortis patris sui Caroli, & Andrea si patruī percupidus erat, quod nō propter Ioannam miserē perijissent: nec parum etiam desiderabat regnum Neapolitanum familiaris suæ proprium occupare. Itaque communicato cum Venetis oratoribus, qui tunc apud eum erant, consilio, sub prætextu pacis à rege Ludouico impetrandæ, in Hungariam, vt necessarios ibi apparatus ad eam expeditionē faceret, contendit: tanta celeritate, vt ne posset quidem expectare, donec Plauis Taruisiorum fluuius, qui imbribus creuerat, aliquātum minueretur: sed eo ita traiecto, octuaginta circiter ex suis amiserit. Gianottum autē Sallernitanum, vnum ex primarijs ducibus suis, cum Hungaris quos habebat alijsque copijs, versus Tusciam misit. Et Veneti, quoniam hostis pace facta discesserat, nec externis præsidijs ad Taruisium amplius indigebant: Albericum Barbianum comitem, & Ferrembachium quēdam Germanum cum quadringentis grauis armaturæ viris exautorarūt: nōque in Flaminiam profecti, Caroli principis Dyrrhachini stipēdijs, conducti fuerūt à Giannotto. Qui vbi Ariminum peruenisset, Apēnini iuga superauit, & in Senensium fines ingressus est. ibique persistens, cum ab ijs tum à Lucensibus atque Pisanis pecuniam exigebat: qui euitandi maioris periculi causa, illius exercitum sustentare iunabant. Interea verò in Italiam reuertit̄ denudò Carolus Dyrrhachinus, anno M C C C L X X X. Ianio ferè mense: & adiutus à Ludouico Hungarię rege, secum octo millia Hungarorum Ioanne Bano Hungaro ducto-

*Carolus Dyr-
rhach. in Italiā
redit.*

1380.

re, & mille Italos ducebat. Namque cum esset Arimini, vocarunt cum Aretini in Tusciam propter ciuiles discordias, ei que urbis imperium concesserunt. Florentini vero, qui pecuniam antea Gianotto denegauerant, quamuis suis stipendijs Ioannem Aucutum Anglum cōduxissent, multa que eius generis tentassent, ne huic Caroli cum Ioanna bello sese immiscere cogerentur, tamen metuebant ne tantum regem contra se irritarent, ad quem iam omnes eorum exules confugissent, & Staggia castro negocium facessere inciperent: quare dederunt illi quadraginta aureorum nummum millia, quae omnia in Banū Hungarorum ductorem collata fuere: & intra trium mensium spacium, promissere se totidem Romanae Curiae persoluturos, propter iura regni Neapolitani, quae in eum pontifex contulisset. Quibus rebus ab eo utique impetrarunt, ne exules suos foueret, aut ipsismet aliquo modo esset molestus. Carolus igitur pace cum Florentinis constituta, & relicto ad Aretij gubernationem Varadino episcopo Gallo, Romam versus eodem anno contendit: quod cum peruenisset, ab Urbano magnifice exceptus est: & quonia nondum tempus aptum erat ad bellum gerendum, necdum omnia necessaria comparauerat, cooptauit illum pontifex in senatorum ordinem: ne videlicet sine insigni aliquo dignitatis gradu illic tempus tereret: Caeterum paucis illis mensibus, quibus commorabatur Romae, nihil eorum omittebat, quae ad rem facere viderentur: nam & amicos suos, a quibus expectabatur in regno, sollicitabat, & stipendijs suis conduxit Villanucium quendam cum ducentis grauis armatura viris, itemque Ioannem Dantrium comitem Hubaldinum cum multis alijs catapeltris, & Albericum comitem cum sua Dini Georgij familia acceperunt. Quibus ita confectis, cum ab amicis in regno sollicitaretur, Roma egreditur anno sequenti: acceptaque pontificis benedictione, restat cum suis atque Ecclesie si-

*Aretiam Caro
lo traditur.*

Io. Aucutus.

*Florentini sem
per multatur.*

*Villanucius.
D. Georgij fa-
milia.
Comes Hubal-
dinus.*

1381.

Otho Brunsvi-
censis.

gnis militaribus Neapolim vsq; contendit, nemine res-
sistente. Eò verò cum peruenisset, exiit Otho Brunsvicen-
sis Ioannæ maritus per vnã portam, vt cum eo dimica-
ret: sed Carolus à ciuibus vocatus, per alteram portã, star-
tim in urbem ingressus, maximo populi applausu excipit-
tur: & sine vlla mora Arcem nouã, in quam se regina re-
ceperat, obsidet, atq; vrget eam, oppugnatq; vsque ad eò
strenuè, vt neq; egredi quisquã, nec ingredi amplius pos-
set. Otho verò, cum se à ciuibus proditum esse cerneret,
urbem foris oppugnabat: cumq; die quodam instructo
milite vi irrumpere conaretur, Carolus ea re cognita
copias suas in duas partes diuisit, & duabus portis e-
gressus, Othonem duobus locis adorit impugnatur acri-
ter: sed Otho tamen, cum prælium virtute sua bene mul-
tas horas sustinisset, & equus generosus ex quo dimica-
bat læsus in eum cecidisset, superatus, captus, & Carolo
traditus est. Regina verò etiam, cum se auxiliij spe frustra-
tam esse vidisset, impetrat à Carolo vt sibi in colloquiũ
cum eo descendere liceret: quam obrem ingressus est Ca-
rolus in hortum arcis: & regina, vbi eum honorem, qui
regi debetur, illi exhibuisset, sic est alloquuta: Hactenus
te filij loco habui, nũc verò, quoniam ira visum est Deo,
vt te Dominum agnoscam, me tibi atque maritum meũ
commendo. Ille verò è contrã: Et ego, inquit, te vt matrẽ
semper hactenus amaui: & deinceps eodem amore te p-
sequar, & tui ipsius honoris, atque Othonis mariti ratio-
nem habebo. His dictis dedit se Carolo regina, & ab eo
honesto comitatu in alium locum deducta, & custodia
tradita est: multi præterea cum illa capti fuerunt, viri no-
biles & bini etiam Cardinales, ab Clemente altero pon-
tifici creati. Iam verò regina atque vrbe Neapolitana oc-
cupata, omnes quoque reliquæ regni prouinciæ vrbes
quæ se Carolo dederunt. Quo facto dimisit ille Otho-
nem, ea conditione, vt extra regni fines discederet, datif-
que

Ioanna Carolo
se dedit.

Carolus bene
dicit, at non ser-
uat.

quæ ad Ludouicum Hungariæ regem literis, de victoria quam feliciter obtinisset, consuluit illum, de eo, quod cum Ioanna regina faciendum esse videretur. Atque ille binos illustres viros in Italiam remisit, qui Carolo ob victoriam gratularentur, & responderent, reginam in eum locum ducendam esse, quo Andreassum suspendisset, & *Ioanna regina suspensa. ut* illic, eodem modo quo ipsa maritum, suspēdendā. *Quod suspensa. ut* cum ita factum esset, legati ad regem suum in Hungariā reuertuntur: corpus verò reginæ in templū S. Clare Neapolim deportatum, tertio die postquā ibi iacuisset, sepulcrum est. Capite etiā plexa fuit Maria illius soror, mulier impudica, quæque putabatur particeps fuisse mortis *Maria Ioannæ soror.* Andreassi. Cæterum hæc ipsa Maria illa est, quæ prius Roberto Atrebatum comiti nupsit, & deinde ab Ioanne Boccatio Cerraldo tantopere adamata: is enim florebat ijs temporibus, eiusque causa binos illos elegantēs libros lingua Italica cōposuit, qui Flammitta & Philocolus inscribuntur. Quo modo autem rex alios nobiles, & binos Cardinales captiuos tractauerit, id certè à nullo literarū monumentis traditum esse comperio. Hic Ioannæ finis *Ioannæ imperij finis.* cuius prudentia atque virtus à multis celebratur scriptoribus: & maximè à Baldo atque Angelo fratribus iuriconsultis clarissimis, in quibusdam scilicet libellis atque consilijs. Sed alius quidam Neapolitanus eius temporis *Lucas Parmensis.* iuriconsultus, illam Ruinam non Reginam appellandā fuisse asserit, & de fœminarum imperio binos hosce verus scribit.

Regna regunt vulue, gens tota clamat simul ob vae.

Interitus regni est à muliere regi.

Carolus igitur compositis pacatisque regni sui rebus, eodem adhuc anno nobilissimis quibusque suorum, & *Carolus pont. visitat.* duobus equitum millibus comitatus, Romā profectus est, ut Urbanum inuiseret, ei que gratias ageret: atque illic magnificè fuit exceptus, & solenni consuetudine vn-

*Noui motus in
regno Neapo-
litano ab An-
diouino.*

*Ludouici An-
diouino exer-
citus.*

1392.

*Bernabus Vice-
comes.*

*Caroli Dyrhachi
aduersus
Andiouinum
apparatus.*

ctus Apuliæque regni corona donatus: quibus perfectis iterum Neapolim redijt. Sed non defuerunt tamen noui in regno Neapolitano tumultus. Ioanna enim regina statim in principio, cum Urbani & Caroli Dyrhachini consilia tractarentur, muniendi sui causa adoptauerat Ludouicum I. ducem Andiouinum, Ioannis Gallia regis secundum filium, eumque regni heredem, Clementis VI. pontificis autoritate instituerat: atque ille à regina aduersus Carolum sollicitatus, iam in procinctu erat, & à Clemente Galliaque vniuersa adiutus, triginta millia hominum ducebat. Nec defunt qui asserant, habuisse eum quinquaginta quinq; millia: Quibus anno salutis MCCCXXCII. in Italiam ingressus, bellum continuabat, quamuis Ioanna sublata esset: nec regnum Neapolitanum modò occupare, verum etiam pellere Urbanum iam decreuerat, & Clementem generalem pontificem constituere. Vidi ego cathalogum, & etiamnum habeo apud me, quo Bernabus Vicecomes Ludouico Gonzagæ marchioni significauit, quantam multitudinem Ludouicus Andiouinus duceret: ex quo cernitur illum sexdecim Barones secum habuisse, quorum nomina illic cõmemorantur: octo militia virorum grauis armaturæ: sagittariorum, qui balista utebantur, duo millia: eorum verò qui arcibus utebantur equis insidentes, & aliorum item militum tantam copiam, vt facillè appareat illa plusquam quinquaginta hominum millia fuisse. Carolus autem Ferrembachio & Alberico comite ex Tuscia euocatis, quò illos postquã regnum occupasset miserat, ad defensionẽ se preparabant: ei que etiam Urbanus non deerat, qui à Florentinis quadraginta millium aureorum nummum loco, quos illi vti diximus debebant, Ioannem Aueutum cum suo comitatu Caroli defendẽdi causa sibi tradi maluit: vt ille iam magnis copijs auctus hostem parui faceret: quãuis summopere mœreret ob Ludouici Hungaria regis mortem

in quo permultum spei posueratis enim eodem hoc anno vitam cum morte commutauit. Ludouicus igitur Andiouinus dux, iter faciens per Longobardiam Aemiliam, Flaminiam atq; Picenum, Nursiam peruenit, hincq; per Marforum regionem Aquilam versus cōtendit. Quò cum peruenisset, illam sub finem Augusti expugnauit, quamuis non exiguam cladem ab Alberico comite accepisset: atque illic quidem dum commoraretur, defecere ad eum, pro more gentis illius, Ramundus Balzius, multiq; præterea magnates atque ciuitates. Hic autem cū Leborios magnis præsidijs munitos esse cognouisset, in Apuliam iter suscepit, multisq; oppidis per eam occupatis tandem Baroli substitit. Anno autem sequenti uenire iterum ex Gallia illi subsidio duodecim equitū milia, Enchirino comite ductore, homine Gallo, qui vulgò Cofseus Dominus dicebatur. Is uerò cum pecunia esset adiutus à Bernabo Vicecomite, non Ludouici iter sequutus est, sed per agrum Placētinum ingressus, Pisanorumq; & Florentinorum ditionem, Aretium in Tusciā peruenit, eaq; vrbe occupata, arcem obsidere cœpit, in qua Caroli regis nomine erat Iacobus quidam Caracciolus Neapolitanus, qui amoto episco Varadino successerat. Interea uerò dum Cofseus Aretinis negocijs occupatus, non multum Ludouico subsidio venire curabat, Albericus illum per Apuliam cum Caroli regis copijs insequeutus, uehementer vexabat: nam & vrbes quæ se illi deditissent plerasq; recuperabat, & insigni suorum Italarum virtute, in leuib; prælijs plerūq; superior euadebat, multos illius milites tollebat, & capiebat: adeoq; ipsum met Ludouicum tandē intra Barij mœnia pulsum, in eas adduxit angustias, ut illi necessum esset fortunam experiri, aut in illius potestati magno cum dedecore venire. Sed ille prælium committere decreuit, instructoq; iam exercitu, non ab re tamen esse putauit, si priusquam ad pugna

Ludouici Andiouini progressus.

Neapolit. per Baroliam.

1383.

Noua ex Gallia auxilia Ludouico.

Enchirinus comes.

Ludouicus in Angustias adductus.

*Colloquium in
ter binos hostes*

*Mine frustra
nec.*

*Ludouici An-
dionini in foe-
lix praelium.*

veniret, Albericum promissionibus in suas partes pertra-
here, aut saltem minis deterrere conaretur. Quamobrè
illum rogauit, vt in locum campestrem, solus vellet secū
ad colloquium descendere, nec quicquam metueret in si-
diarum, se enim etiam solum venturum. Albericus id nō
denegauit: quare conuenerunt ambo soli, toto corpore,
præter caput, armati: & Ludouicus quidem Alberico, vt
ad sese transfiret, montes aureos pollicebatur: ille tamen
recusauit, suadebatq; è cōtrà, vt ipse relicto eo instituto,
ex regno discederet. Quare cœpit ei Ludouicus Gallica
quadam superbia minari, quòd esset nimirum eum præ-
lio victurus, capturus, & neci traditurus: eaque re sciret
se toti regno, rem gratissimam facturum: & maximè no-
bilissimis quibusque, qui illum odio prosequerent: quo-
niam tanta apud Carolū gratia polleret. Albericus è
cōtrà, cum illius minas audiisset, vt erat homo fidelis,
respondit, se potius illum prælio superaturum atque ca-
pturum, idque eadem die declaraturū: nec plura loquit-
us, ad suos contendit, & classicum canere iussit. Ludoui-
cus quoque, etiamsi non putaret eo die commissum iri
prælium, quòd maior illius pars iam esset elapsa, tamen
suos etiam ad pugnam instruxit, progressusque hosti ob-
uiam, cum eo decertare cœpit: & concurrentibus, vtrin-
que hostibus magno cum impetu, ipse insignia suæ virtu-
tis specimina edebat: nam amissis binis equis, in tertium
insilierat, & cum ipso quoque Alberico nonnunquā con-
gressus, ab eoque pari virtute exceptus fuerat: sed cum
Itali tandem Gallos turmatim innuadentes, vehementer
vrgerent, terga dare cœperunt: qua re cognita Ludoui-
cus, qui iam quinque vulnera acceperat, ipse quoque sa-
lutem sibi fuga quærendam esse, cum nobilibus quibus-
dam putauit, & ijs comitatus intra Barium sese recepit.
Albericus igitur in Campestri loco postquam superior
fuiisset, vt edum sibi ea fortunæ prosperitate existimauit:

totaq;

totaque ea nocte Gallos cum suis persequutus, necauit plurimos, plurimosque coepit, atque miserrimè tractauit: sequenti verò diluculo ad Barium accedens, tam grauitè id obsedit, vt nemo ingredi aut egredi posset. Itaque Ludouicus Vigilias naui se deuchendum curauit: atque illic cum ob vulnera, ex quibus, etsi lethalia non essent, plurimum tamen sanguinis effluerat, tum ob mœrorè & cladem suorum medicorum opera frustratus, ex hac vita migravit, anno Christianæ salutis MCCCXXCIII, vndecimo Calend. Octobris. Huius victoriæ nuncijs magna vniverso regno, Urbano item atque populo Romano lætitiã attulit: & Carolus de Ludouici morte certior factus, nigro habitu per triginta dies continuos, ipse cum omnibus amicis vestiri voluit, & honestissimas exequias illi Neapoli celebrandas, corpusque pompa magnifica sepeliendum curauit. Quibus ita confectis remotoque habitu funebri, regnũ vniversum ipsemet perlustrauit, & oppida quæ prius defecerant, in suam potestatem humaniter, aut vi etiã sicubi opus esset, redegit. Comes Enchirinus autem, qui Aretinam arcem ad sexagesimum vsque diem iam oppugnauerat, certior factus de clade atque obitu Ludouici: non vltèrius versus Apuliam sibi progrediendum esse putauit, sed in Galliã potius redeundũ: & pecunia egens, sese statim ad Florentinos conuertit, quæ Aretium venale proposuit, quòd vicini essent & ad que Aretium venale proposuit, quòd vicini essent & ad pecuniam expendendam promptiores quàm cæteri. Illi igitur nacta illius vrbs acquirẽdæ occasione, quadraginta millia aureorum nummũm in exercitum, in comitẽ millia quinq; & quindecim circiter millia in alios quosdam magnates diuersi generis homines contulerũt: sicque vrbe à Gallis emere, qui mox accepta pecunia, ex Italia domum redierũt. Deerat adhuc arx, quam Iacobus Caracciolus Caroli nomine tenebat: sed cum illi octodecim millia aureorum nummũm donassent, eam quoque

Ludouici An-
diouini mors,

1384.

Enchirinus co-
mes in Gall. re-
dit.

Aretium à Flo-
rentinis emitur.

ipsis reliquit: atque eo modo Florentini Aretium occupa-
 runt, quod in hodiernum vsque diem possident. Cæte-
 ra verò Ludouici Andiouini copiæ dispersæ, omnes ex
 regno discessere, vsque adeò miserè, vt, sicuti omnes ferò
 scriptores vno ore asserunt, nunquam plures quàm bini
 terniue ex ijs militibus in reditu conspecti fuerint: ijque
 omnes victum ostiatim mendicantes per Italiae vrbes, do-
 nec ex ea essent egressi, quærebant. Hoc modo igitur Ca-
 rolus Dyrhachinus, totius regni Neapolitani imperium
 obtinuit: quod dum esset pacatum, placuit Urbano Nea-
 polim proficisci, vt ipse quoque tantæ victoriæ fructuū
 particeps esset. Quamobrem transfulit eò suam aulam,
 anno Christi MCC CXV C. & sicuti erat homo minus
 moratus, cum Carolo importunius agere cœpit, vt Bu-
 tillum quendam suum nepotem, hominem vilissimum,
 & ab omni virtute alienum, Capuæ principem, ac Dyr-
 rhachij dominum crearet: idque sibi iam olim ab illo Ro-
 ma, antequam in regnum ingrederetur, promissum esse
 asserbat. Quæ res Carolo minimè placebat: quare suspè-
 debat negotium prudenter: sed Urbanus minis etiam, id
 quod cupiebat, obtinere conabatur: ex quo paulatim ini-
 micitiarum inter illos suspiciones oriebantur. Iamq; ope-
 ram dederat Carolus, vt occultè Urbanus obseruaretur,
 nec ei liberum esset, quò vellet discedere. Quod cum ille
 ignoraret, rogat tamen veniam Luceriam vsque disce-
 dendi, ac si mutandi aeris causa id ageret: & cum eò per-
 uenisset, causam aduersus illum instituit, eoque vocat, vt
 regno videlicet deponat. Sed rex vice versa, cum amicis
 quibusdam Cardinalibus agit de illo à Pontificatu remo-
 uendo: itaque cum exercitu Luceriam profectus, ponti-
 ficem ibi obedit. idq; à se fieri dicebat ratione obedi-
 tiæ, qua vocatus in iudiciū comparere debuerit: sic enim
 non procul illinc abfuturū. Hic verò cum lenib. prælijs
 inter pontificios regiosq; sæpi⁹ certaret, superati fuerūt
 illi

illi & Butillus captus, Neapolinque in vincula missus, in
 Oui arce detinebatur. Ex altera parte autem Urbanus, cū
 viribus destitutus, in regem odium exercere non posset:
 contra Cardinales quosdam septem numero sœuiebat:
 eos enim dicebat contra sese cum Carolo occulta consi-
 lia tractare, & proinde victos tormentis cruciabat. Iam
 verò gliscentibus odijs inrer pontificem & Carolum, mi-
 sere Genuenses Neapolim suos legatos, vt pacem inter
 ipsos conciliarent: sed cum illi nihil effecissent, Thomas
 Sanseuerinas, & Ramundus Vrsinus Nolani comitis fili-
 us, qui postea Tarenti princeps fuit, quibus Urbanus ma-
 gnam auri vim promiserat, illum quibusdam alijs nobili-
 bus adiuti, è Lucerensi obsidione liberarunt, cum omni-
 bus suis aulicis, & Beneuentum primū, deinde Barium
 deduxerunt: vbi concensis Genuensium nauibus, quę in
 eum sinem paratę erant, Genuam versus vela dedit. Iam-
 quę Carolo sacris interdixerat, multis quę præterea alijs:
 & ex septem Cardinalibus, quos victos ducebat, eo iti-
 nere quinque in saccos immisos ligatos quę in mare p-
 iccit, reliquos tres Genuę conuictos in iudicio securi ne-
 cauit, eorum quę corpora in furno exsiccata in sarcinis in-
 de iussit afferuari, & mulis imposta, cum peregrę profi-
 ciscebatur, ante sese illa cum pileis purpureis vehebat, vt
 omnibus qui aliquid aduersum sese machinarentur, eo
 modò terrori esse possent. Interea verò dum hæc ita ge-
 runtur, sollicitabatur Carolus vehementer ab Hungarię
 magnatibus, vt eò proficisci, & regni illius corona insi-
 gniri vellet. Nam et si Ludovicus moriens Elizabetham si-
 liam reginam reliquisset, vnà cum Maria filiola, quã Hun-
 gari deinde, ac si mas esset, regem Mariam vocauerunt:
 tamen nolebant illi focminæ parere. Quamobrem decre-
 nit Carolus illis obsequi, quòd iam pontificis molestijs
 liber esset: vt quę pecuniam ad necessarios vsus conficere
 posset, diripuit omnes Florentinos mercatores, qui Nea-

*Butillus captus**Cardinales 7.
cruciati.**Pontifex obsi-
dione libera-
tur.**Carolo sacris
interdictum.
Cruelitas pō-
tificia.**Elizabetha eius
que filia Ma-
riaræ.**Nouus modus
togendę pecu-
niæ.*

poli aut in reliquis regni locis essent, & ex illis quadraginta quinque circiter aureorum nummum millia concessit: idque Florentinis, qui de ea re conquerebantur, necessitate impulsus se fecisse dicebat: neque enim aliter militibus stipendia soluere potuisset. Ceterum habebat Carolus in uxorem Margaretam minimam Ioannæ sororem, Roberti itidem neptim, quam ei Ludouicus Hungaria rex, rediens ex Apulia in patriam, matrimonio iunxit: cumque ex illa binos liberos Ladislaum maritum & feminam Ioannam suscepisset, reliquit eos cum matre & aliquot magnatibus ad Neapolitani regni gubernationem. Et in Hungariam quidem ubi peruenisset honorifice excipitur, regni que illius coronam Ioannis Bani cuiusdam magnatis opera, in Alba regali accipit: consentientibus in id Elizabetha regina, eiusque filia Maria rege, quæ ei omnia regni iura renunciarunt. Sed Budam à regina postea, humanitate quadam ficta, inuitatus: dum in conuiuio biberet, illius mandato securi in capite percussus, vitam cum morte commutauit, anno nostri seruatoris MCCCXIII. pridie Non. Iunij. Sed alij quidam sunt tamen non contemnenda autoritatis scriptores, qui paulò aliter de illius morte differunt: aiunt enim illi cum in conclaui tripudia spectaret, regina præsentem atque consentientem, gladio fuisse percussus à quodam Fregnamblaso, quod Hungarico idiomate, Blasium à Stella significat: deinde Viggiam deductum, ut ibi curaretur, & vulnere à medicis veneno infecto, obiisse, quarto anno postquam Neapolitanum regnum occupasset: qui si longiori vita usus fuisset, sapientia, & rerum gestarum magnitudine, quoslibet reges superaturus putabatur. Urbanus autem pontifex, cognita Caroli morte, magna læticia affectus est: cumque gladius, quo ille percussus fuerat, ei sanguinolentus adhuc esset allatus, magna cum voluptate illum accepit, atque contemplatus est. Et Neapolitani quoque

Ladislaus.

Ioanna.

Caroli Dyr-
rhachini mors

1306.

Misericordia
Vrbani.

Neapolit. per-
fidi.

de

de regis obitu certiores facti, primi omnium in regno tu-
 multum aduersus Margaritam reginam atq; liberos con-
 citarunt: & denegatis ijs quibusdam censibus atque tri-
 butis, sex viros elegerunt, penes quos esset summa in ré-
 publica potestas. Deinde Urbanum aduocarunt, eiq; Vr-
 bis imperium obtulerunt: sed ille haudquaquam condi-
 tionem suscipere voluit, quòd sibi ab illorum perfidia
 metueret, simulq; etiam sciret, plures in regno esse, qui
 reginæ quam suas partes essent sequuturi. Quibus rebus
 permota Margareta regina, sese cum liberis Caietam re-
 cepit, ceu in urbem fidissimam: ea enim sola in toto re-
 gno Caroli hæredibus fidem inuiolatam seruauit. Sed
 non inulta tamen fuit Caroli mors: cum enim Elizabetha
 eiusque filia Maria atque Fregnamblasus, Ioannem Banū
 è medio itidem tollere conarentur, & eius rei causa fici-
 rios quosdam subornassent: ille, etsi exiguo admodū co-
 mitatu tunc esset, cum illum inuaderent, tamen ita stre-
 nuè sese defendit, vt incolumis euaserit, multosq; eo-
 rum vulnerârît, atque interemerit: inter quos fuerunt et-
 iam ipse Fregnamblasus. Quo facto comparauit etiam
 ex amicis atque clientibus suis bonum exercitum, & per
 totam Hungariam excurrens, multa oppida occupabat,
 multosq; vlciscendæ Caroli mortis causa, necabat. Qua-
 re necessarium fuit Mariæ regi, conscribere militem aduer-
 sus illius impetum: cumq; iam triginta hominum mil-
 lia coegisset, profecta est in Agriam planitiem cum ma-
 tre Elizabetha atque Nicolao Zaræ comite, qui prima-
 rio apud ipsam loco erat: ibiq; acri prælio comisso in-
 gentiq; clade accepta succubuit. Ioannes Banus enim
 superior, maximam hostium stragem edidit: & Elizabetha
 atque Nicolaum captos in Mariæ regis conspectu
 capite multauit, in Caroli scilicet mortis vindictam: eo-
 rumq; capita Caietam reginæ Margaretæ atq; filijs mi-
 sit, vt viderent vltam à se esse mariti patrisq; sui necem.

Caroli mors
 punitur.

Ioannes Banus
 bellum facit re-
 ginæ.

Regina Hun-
 garica capta.

Mariam verò in Dalmatiam abduci curauit, atque Lauranæ A bati custodiendam tradidit: vbi diutissimè fuit, donec scilicet ab magnatibus quibusdam Hungaris, qui Abbatem obsederant, in alio quodam castro, vi esset libera, & elocata Sigismundo marchioni Brandenburgico, Caroli III. Boemi Imperatoris filio, qui & ipse postea imperator fuit, vxorisq; ratione Hungariæ regnum possedit. Caroli igitur morte, vti diximus, defecere à Margareta regina omnes ferè totius regni ciuitates, vna Caieta excepta: ac variæ reipub. forme alijs atque alijs locis instituebantur: varijsq; tumultus atq; prælia quoque comitebantur ab illis, qui aut reginæ aut Andiouinæ domus partes sequebantur. Ranaldus enim Vrlinus qui se Talia quotij comitem nuncupabat, Aquilam occupauerat, eaque ceu propriam tenebat. Et Thomas Sanseuerinas atque Otho Brunsvicensis, qui Ioannæ maritus fuerat, per vniuersum regnum excurrentes Neapolim ceperant: ac quamuis Urbanus in eos sacra censura animaduertisset, & crucis symbolum in eos conferret, qui se illis armis opponerent, cum tanta delictorum remissione, quanta his conceditur, qui recuperandæ terræ Sanctæ aut fidei causa militant: tamen neque illi Neapolim reliquerunt, neque quisquam eo tempore ipsis bellum mouit. Verùm Otho paucis diebus post obiit, & Foggie sepultus fuit, vbi illius corpus etiamnum seruatur, & in singulis pedibus senos digitos habet: veluti nos ab Hercule inclyto Ferrariensi duce, multisq; eius aulicis clarissimis viris, qui id oculis videre, pro re certis. accepimus. Hosce tumultus sequutus est Ludouicus Andiouinus II. prioris, qui Vigiljs obierat, filius: ipse enim atq; Gallix rex missis ad Italię principes legatis, significarunt, quoniam illi patris successionem regnum Neapolitanum iure deberetur, venturum ipsummet in Italiam ad ipsum occupandum: & rogare se, vt liberum transitu suis concederent, & ei expeditioni fauerent.

Ranaldus Vrlinus.

Otho Brunsvicensis moritur.

Bellum ab Ludouico Andiouino II.

uerent. Quamobrem Neapolitani primi omnium sese il
 li dederunt, atq; ab eo, muniendi sui causa, quinque trire- *Neapolitani
 primi rebellat.*
 mes acceperunt: quæ illuc appellentes, in tres alias regi-
 na, quas ad reprimendam Neapolitanorum perfidiam il-
 lic habebat, inciderunt, earumque binas ceperunt, tertia
 fuga euasit. Nec deerat Ludouico Clemens alter ponti- *Nouus modus
 pecunia cogen
 de.*
 fex, qui Auenione erat: is enim Neapolitanis concessit, vt
 comparandæ pecuniæ causa, qua Ludouici milites alerẽ-
 tur, omnia aurea aut argentea vasa sacris vsibus destina-
 ta distraherent. Quæ res, & vniuersum regnum simul tu-
 multibus agitarum, Margareta miseræ reginæ maximū
 dolorem curasq; perpetuas pariebant: donec anno Chri- *1390.
 Bonifacius IX*
 stianæ salutis MCCCXC. Bonifacius IX. Neapoli ex To-
 macella familia natus, qui anno superiori Urbano VI. in
 pontificatum successerat, sententiam contra Carolum
 à priori pontifice latam rescinderet, & in Ladislaum filiū
 iurâ regni Neapolitani tanquam in legitimū patris suc- *Ladislaus re-
 gni Neapol.
 ronam capit.*
 cessorem conferret. Misit enim Caietā Angelum Accia-
 iolum Florentinum Cardinalem, qui imposta Ladislao
 corona, eum Apuliæ, Siciliæ atque Hierosolymorum re-
 gem pronunciaret: eo animo, vt omnia loca post patris
 obitum amissa, ab illo recuperarentur. Qua re ita confe-
 cta, vxorem duxit Ladislaus Manfredi Claromontis Sici-
 li filiam: & in dotem accepit ab eo magnam auri atq; gē-
 marum vim: eaque res illum plurimum iuuit ijs bellis,
 quæ illi in principio gerenda fuerunt. Eodem hoc anno
 Ludouicus Andioninus II. à Clemente Apuliæ, Siciliæ &
 Hierosolymorum regnorum corona Auenione insigni-
 tus, vrgente Galliæ rege, nauali itinere institutam diu ex-
 peditionem suscepit: duxitq; secū octo naues onerarias
 magnas, quatuordecim triremes, & octo minores, mul-
 tis strenuis viris instructas. Cum quib. vbi Neapolim ap-
 pulisset, à populo cæterisq; nobilibus qui suæ factionis
 essent honorificè exceptus est, & breui tempore Oui tan-

Atq; Hermi arces ac cæteras munitiones omnes occupa-
uit. Quod etsi ita esset, tamen adhuc supererant in regno
multi, qui Ladislai partes sequebantur: eoq; fiebat vt i-
psum vniuersum varijs tumultibus agitaretur. Bonifaci⁹
enim pontifex Ioānem Barbianum, comitem Neapolim
miserat, vt Ladislai factionem foueret: sed ille à Neapoli-
tanis expulsus, consilio pontificis Perusiam reuersus est.
Et Ladislaus ea re cognita Albericum Barbianū magnū
regni Conestablium creauit, & Caietam accersitum ma-
gna pecuniæ vi, quam à pontifice acceperat, ceterisq; re-
bus ad oppugnationē necessarijs instruxit. Atq; ille Nea-
polim profectus eam tam strenuè oppugnauit, vt paucis
diebus in Ladislai potestatem reduxerit. Qua re ita felici-
ter gesta, totum regnum sese ad illum conuertit: atq; Vr-
bes singulæ certatim suos ad Ladislaum legatos mitte-
bant, vt in eius fidem, iureiurando præstito, reciperētur:
quod proinde eò magis audacter omnes faciebant, quo-
niam Ludouicus vbi Urbē in partes diuisam esse, & mul-
tos præterea motus Ladislai causa excitari cognouisset,
relictis in arcibus bonis præsidijs, discesserat, & in Narbo-
nensem Galliam fuerat reuersus.

*Inconstantia
gentis.*

1403.
*Ladislaus in
Hungariā vo-
catus.*

Sequitus est deinde annus Christianæ salutis MCC-
CCIII. quo Hungariæ nobilitas odio habere, cœpit Sigis-
mundum Brandenburgicum Boemiæ regem, qui & impe-
rator postea fuit, cumque inuito animo, ei pareret, per
suos legatos vocauere in regnum Hungariæ Ladislaum,
ad quem id patris ratione pertinere asserabant. Atq; ille,
vt erat Iuuenis alacris & promptus, sine alia deliberatio-
ne, magnis copijs instructus, in Schlauoniam traiecit: &
Zaræ honorificè susceptus, ab archiepiscopo Strigonien-
si Hungariæ regni coronam accepit. Deinde Tricum
comitem ex Sansuerina familia natum, virum prudētē,
tanquam proregem cum magnis Hungarorū copijs præ-
misit, eo animo, vt postea ipse sequeretur: sed ille deprehen-
dit,

dit, eos etiam qui suae factionis fuissent, sententiam mutasse, neq; Ladislaum suscipere amplius velle. Cuius rei certior factus rex, negligendum sibi esse deinceps existimavit illud institutum de Hungaria occupanda; idq; sane fecit: nam quinto deinde anno post, Zaram Venetis centum aureoortu millib. vendidit, quamuis illa Vrbs Venetis inimicissima esset, iamq; ab ijs octies defecisset. Ac de hisce quidē dum Zara deliberaret, certior fit, magnates quosdam in regno Neapolitano rebellasse, & Sanseuerinis primarijs duobus Neapolim vsq; excurrere. Itaque magna celeritate Neapolim reuersus, Sanseuerinos bello adortus est, proseripsit, & quotquot eorum habere potuit, mille supplicijs affectos perdidit: nam & canibus alit quot deuorandos oblectit, vt ex illis nulli euaserint, nisi q fortē tunc extra regni fines fuissent.

Anno sequenti, qui à nato Messia fuit MCCCIII. mortuus deinde est Bonifacius, eiq; in pontificatum surrogatus Innocentius VII. Quamobrem Ladislaus Romā profectus, cupiebat populo persuadere, vt sibi Urbis imperium concederet. Cuius rei habuit sanē quaedam principia: sed cum non succederet institutū, morbum simulamit, eaq; causa venisse se ad Pontificē adorandū dicebat: sicq; ab illo impetrauit, vt sibi triennio Latium, Via Aurelia, & Ascolū in Piceno concederent. Et anno proximo à Colūnijs Sabellisq; vocatus, eandem ob causam Romā venit: sed ne tunc quidem voti copos factus est, propter seditionem quandam à populo contra suos milites concitatam. Quamobrem in regnū reuersus, quod re militari magnopere delectaret, aduersus Tarentinos expeditionem suscepit, vt eam urbē Mariæ, Ramodelli Balzij quondam vxori eriperet, quæ illam vnā cum filijs Leceij commitibus tenebat. Ac post multam oppugnationem eam deditione accepit: Mariam verò, etiam si triginta & octo annos excederet, tamen quoniam formosissima erat,

ANGELUS

Zara Venetis
vendida.

7043

Sanseuerini ex
tirpati.

1404.

Ladislaus urbi
Rome inhiat.

1405.

Tarentū à La-
dislao capitur.

Maria regina.

1407.

1408.

*Ladislau Ro-
mam occupat.*

vxorem duxit, eamq; cum filijs Neapolim secum venire voluit. Hæc autem illa est, quæ post Ladislai mortem in patriam reuersa, multos adhuc annos vidua transegit; & Maria regina communiter dicebatur. Sed augebatur in Ladislao quotidie occupanda Romæ desiderium: quam obrem reuersus est eò tertia vice, nempe anno seruato- ris MCCCCVII. & gnauiter illam oppugnauit: sed popu- lus insurgens illum repulit. Quod etiam si ita esset, tamẽ id certè effecit, vt Pontifex timore percussus, ex Vrbe discesserit. Proximo autem, qui hunc sequutus est, anno, cū ei Columnij Sabelliq; fauerent, transigere cœpit cū Paulo Ursino, qui ad Urbis custodiam relictus fuerat: iamq; etiam in Piceno Cararę comitem cum nouo exercitu habebat, qui quotidie bonos progressus faciebat. Itaq; ea occasione oblata, ipse quoq; Romam mense Martio, cū duodecim millibus equitum, totidemq; peditibus profectus est, eaq; obsessa, dispositisq; quatuor trirēmib. ad ostia Tybridis, ciuibus comœtuum impediēbat. Deinde parte exercitus ad Ostiam missa, illam occupauit. Dumq; hoc fiebat, paciscitur cum Paulo Ursino, & aliquot copias in Urbē immittit. Quare cognita, populus statim ad eum suos legatos miserunt, & Urbis imperium illi traderunt: quare VII. Calend. Maij cum omnibus copijs, triumphantis modo ingressus, in S. Petri Palatium exceptus est: eodemq; die Capitolium atq; reliquas munitiōes vniuersamq; Urbem obrinuit, quam prius ter frustra oppugnauerat. Quibus ita confectis cum toto illo exercitu Senensium in Tuscia fines ingressus est, eosq; atq; Florentinos ad fœdus secum ineundum conabatur impelle- re: sed id sanè ab ijs obrinere non potuit, quoniam Bononiensi legato iam antea cōfœderati essent: quam obrem ipsis atque etiam Aretinis excursionibus multum detri- menti attulit. Cumq; id ipsum etiam aduersus Cortonã tentaret, eam à ciuib. certis conditionib. accepit: diuiso- que

que per Tusciam varijs ducibus exercitu, vt progredere-
 tur, & alia loca suo nomine occuparent, ipse Neapolim
 rediit. Interea verò Ludouicus Andioninus II. cognito q̄ *Ludouici II.*
 Florentini Ladislaeo infensi essent, misit eò legatos, vt se- *foedus contra*
 cum foedus aduersus communem hostem inirent: idque *Ladislaum.*
 ab ijs impetrauit: nam Pisis, vbi tunc erat concilium, ita
 conuentum est, vt ab vna parte Florentini, Pisani, & lega-
 tus Bononiensis mille grauis armaturæ viros sustinerent
 contra Ladislaum, Ludouicus autē ex altera parte quin-
 gentos, & triremes quinquaginta instrueret. Eo foedere
 inito, discessit statim ex Narbonensi prouincia Ludoui-
 cus cum quinque; triremibus, & Liburnum primum, dein-
 de Pisas perueniens, Alexand. V. pontificem nuper in cō- *Ludou. II. cum*
 cilio creatum adorauit, & ab eo impetrauit, vt Apuliz, Si- *pont. agit con-*
 cilia, atque Hierosolymorum regni iura, in se prius colla- *tra Ladislaum.*
 ra, confirmarentur: quòd Ladislaus, dum Romam occu-
 pauerat, pontificum gratia excidisset. Coronam tamen
 eorum regnorum noluit illi Alexander imponere, quòd
 eam iam antè à Clemente VI. Auenione accepisset: sed
 Ecclesiæ vexillum illi tradidit, & imperauit vt infestis si-
 gnis Ladislaum Ecclesiæ, concilijsq; hostem impereret:
 nam Gregorium quoque XII. pontificatu ab eo concilio
 remotum fouerat. Tunc autem ad Romam ceterasq; Ec-
 clesiæ vrbes recuperandas, delectus fuit Malatesta Mala *Malatesta Ma-*
 testinus, qui Florentinis militabat, vnà cum duobus mil- *latestinus.*
 libus grauis, & mille quingētis leuis armaturæ equitib⁹,
 quibus Bononiensis legatus cum suis, & qui cum Ludo-
 uico erant sese adiunxerunt. Iis rebus ita constitutis, Lu-
 douicus quidem in Narbonensem prouinciam reuer-
 titur, vt se in sequens ver, ad illa quæ cum Alexandro con-
 stituisset expedienda, pecunijs cæterisque rebus instrue-
 ret. Sed Ecclesiasticus exercitus Oruictum, Monteflasc-
 nem, atq; Viterbium recuperarunt. Romam verò tūc oc-
 cupare non potuit. Quarum rerum certior factus Perot-

Perottus I-
nus.

Paulus Vrsinus
Romam Ecce-
sia reperat.

1410.

Ludou. II no-
ua in Italiã ex-
peditio.

Sfortia Coti-
gnola.

tus Iyreus Pedemontanus Troiæ comes, qui regis nomi-
ne Romam gubernandam acceperat, & iam cum suis co-
pjis erat Perusiæ, collecto milite, qui hinc inde fuerat di-
sperfus, adiunctisq; duobus equitū millibus, statim Vrbi
subsidio venit, eamq; strenuè defendebat. Sed Pauli Vrsi
ni virtus tamen, qui ad Pontificios transferat, tanta fuit,
vt quodam die cum Troiæ comite trans Tyberim con-
gressus, illum superârit, & in Urbem ingrediens eam Ec-
clesiæ nomine recuperârit, pulso videlicet comite in Nea-
politianum regnum. Mortuus deinde est Bononiæ, proxi-
mo anno Alexander V. pontifex: cui successit Balthasar
Cossa Neapolitanus, qui Ioannes XXIII. appellari voluit:
& Ludouicus Andiouinus, sicuti cum priori pontifice cõ-
stituerat, in Italiam venit, atque in Latio copias suas, qui-
bus in regnum transiret, expectabat. Interea quoq; Ponti-
fex Romam ingressus est: quamuis ad Urbem veniens be-
nè diu metuerit, ne fortè si intraret, noui tumultus ab ijs
qui Ladislao fauerent, excitarentur: deinde Paulum Vrsi-
num & Sfortiam Cotignolam à Florentinis exautoratos,
& suis stipendijs conductos, Ludouico, vt cum suis cõiun-
gerentur, Ceperanum misit. Cæterum cognouerat iam
Ludouicus, Ladislaum ad Roccam siccam, Pontemcor-
uinum inter atq; Santangelum & Sangermanum castra
habere: quamobrem deliberabat in consilio suo, quidnã
esset faciendum: ac diuersæ quidem erant sententiæ mul-
torum, sed urgente tamen id maximè Sfortia, placuit La-
dislaum eo loco quo esset, inuadendum. Itaq; Ceperano
VIII. Calend. Iunij discesserunt, Sfortia, qui flumiũ ad Pon-
temcoruinum vado primus traiecit, præcedente: & alte-
ro die Ladislaum, qui illos sorti animo expectabat, inue-
nerunt. Habebat secum Ladislaus inter cæteros copiarũ
duces Bettum admirallium suum, Brazium Viterbien-
Polincastri, Campobassi atq; Oliueti comites, Zaninum
Treziũ, Malacarneum atq; Danielem Castellanum. Et
postquam

postquam aciem instruxisset, Ioannem Caracciolum Auellini comitem cum sex alijs generosis nobilibus, equestri dignitate donauit, & omnes eodem modo vestiuit, quo ipse erat indutus, vt eorum singuli regem referrent, atq; ita singulos singulis agminibus præfecerat, vt cum prodirent, regem habere secum viderentur. Quibus ita constitutis, concurritur ad prælium, primum quidem à militibus Ludouici: inter quos prior fuit Sfortia adhuc, & insidens generoso equo, qui Ceruus dicebatur, & à ne minc præter vnum stabularium seruum, domari poterat, certamen magna cum violentia incepit. Quem sequenti reliqui duces, vtrinq; pugnabant summa virtute: vt planè dubium esset, in quam partem victoria declinaret: nã & ipsi bini reges strenuè pugnantes, nihil eorum negligebant, quæ fortes imperatores decerent. Sed tandem Sfortia ab vno latere & ab altero Paulus Ursinus vehementissimè vrgentes, Ladislai aciem fregerunt, cumq; superarunt. Pauci fuerunt interfecti, sed capti plurimi: nam Sfortia ipse inter cæteros: Campobassi atq; Oliueti comites cum multis hostium vexillis ceperat, & in suam tentorium reduxerat. Vbi certamè finem habuisset, Ladislaus Sangermanum se recepit: Ludouicus autem cum Sfortia & Paulo Ursino in castra reuersus, sub vesperam omnes captos dimisit, nec Ladislaum vltèrius persequutus est. Qua re cognita ille cum ijs qui dimittebantur atque alijs, Sangermani sese munivit: deinde omnes vias atque aditus in regnum statim hosti præclusit. Non dubium est autem, quin Ludouicus, si fortunæ benignitate vsus, non tempus Ladislao ad sese reficiendum concessisset, regnū vniuersum fuisset occupaturus. Quæ res occasionem Ladislao dedit, vt cum illius prælii mentio fieret, dicere so- leret, hostes suos, si fortuna vsi fuissent, primo die & regnum & ipsummet regem capere potuisse, secundo regnum solū modo: sed tertio iam ita fuisse à se prospectū,

*Prælium ad
Roccam Siccā,*

*Ladislaus præ-
lio superatur,*

*Ludouicus for-
tunæ prosperi-
tatem negligit,*

vt neq; ipſemet capi, neq; regnum amplius occupari po-
tuerit. Ludouicus igitur ea re confecta, in Leborios cam-
pos tranſire cupiebat: & cum Sangermani viam præclu-
ſam ſibi eſſe videret, per Caſilinum iter facere volebat;
ſed eo quoq; ſe prohibutum eſſe cognouit, & vndequaq;
magnas imminere difficultates: quomobrem Romam i-
terum cum omnibus ſuis copijs redijt. Sfortia verò cate-
riq; illius duces, cum nullos præterea apparatus ab illo
fieri cernerent, in ſuas quique patrias reuertunt. Vbi aut
Romæ aliquandiu manſiſſet Ludouicus, vnà cum Ioan-
ne pontifice anno ſequenti, qui fuit à nato ſernatore M-
CCCCXL Bononiam verſus contendit, à Sfortia & Brac-
cio comitatus, qui ſinguli ducentos leuis armaturæ equi-
tes habebāt: & vbi Senas perueniſſent Ludouicus in Gal-
liam profectus eſt, Ioannes verò Bononiam: qua in vrbe
Sfortiæ Cotignolam dedit, pro quatuordecim aureorū
nummūm millibus, quos ei pro ſtipendijs militarib. ſol-
uere debebat, euniq; cum omnibus poſteris, comitem il-
lius pronunciauit. Atq; hic quidem finis fuit expeditio-
nis Ludouici Andiouini II. in regnum Neapolitanum: ne-
que enim deinceps vnquam in Italiam amplius redijt: in
qua ignorantia atq; ignauia ſua fructus neglexerat victo-
riæ, quam ſui milites ſumma virtute comparauerant. La-
diſlaus autem pulſo hoſte imperium ſuum cum pace gu-
bernabat: ex qua re occaſione ſumpta, vt erat homo in-
quietus, & qui re militari magnopere delectabatur, Ro-
mam iterū occupare deliberabat. Sed aduertebat ſimul,
non ſe poſſe id facile obtinere, priuſquam Paulum Viſi-
num rebellem in ſua poteſtate haberet: quamobrē Sfor-
tiam illius alioquin hoſtem inſtigauit, vt illum bello per-
ſequeretur, & ille in Piceno deprehenſum Paulū, in Con-
trada arce obſedit. Quare cognita Ladilaus, ſtatim cum
magnis copijs Romā cōtendit: atq; exulum cæterorūq;
quos in vrbe ſuæ factionis habebat ope, mœnia multis
locis

locis insigni quadam industria rupit, & anno salutis M-
 CCCC XIII. in Urbem ingressus, illam imperio suo, uti 1413-
 prius fuerat, subiecit. Florentinos autem mercatores om-
 nes qui ibi essent, bonis spoliauit: deinde, relicto in suū
 locum prorege Troiæ comite, Neapolim rediit: atq; hic
 Sfortia urgente, ad res, quas per Latium gerebat, elegit
 summum imperatorem Nicolaum marchionem Esten- *Nicolaus Esten-*
 sem Ferrariæ dominum, cui scipionem imperatorium, & *sis marchio.*
 triginta aureorum nummūm millia honorarij causa mi-
 sit. Hisce rebus confectis, quod esset Ladislaus homo im- *Ladislaus bellū*
 perij cupidissimus, exercitū in Tusciam conuertit, & *in Tuscos.*
 Fulginiū Tudertūq; obsidens, non occupauit illa quī-
 dem, sed Paulū Vrsinū, quem paulō antē sibi recon-
 ciliatum, conduxerat suis stipendijs, capiendum curauit.
 Deinde Perusij reuersus, Florētinis, quorum perpetuus
 fuerat hostis, vicinitate sua magnum incussit timorē: ex
 quo illi suos legatos ad eum miserunt, & pacem postula-
 runt quibuscunq; tandem conditionibus. Atq; eam im-
 petrarunt illi quidem, sed Ladislao id non tam benigno
 animo faciente, quā (sicuti putabatur) ut meliorem ha-
 beret occasionem illos deinceps fallendi: ipsa verō pa-
 cis conditionibus illis vendidit Cortonam ingenti pre- *Cortona Florē*
 cio, quam Florentini deinceps semper possederunt. Hic *tinis vendita.*
 verō dum ageret, in febriculam incidit: quam obrem unā
 cum Paulo captiuo Romam, & inde Neapolim se contu-
 lit: neque febris vllō modo mitigabatur, sed per dies ali- *Ladislaus mo-*
 quot crescebat, ac tandem sexta Augusti luce, eum ē me- *ritur.*
 dio sustulit, anno salutis Christianæ MCCCCXIII. post- *1414-*
 quam viginti & nonem annos regnasset. Liberos nullos
 reliquit, sed regnum Ioannæ sorori, cui à Dyrrhachio no-
 men erat, testamento legauit: de qua iam tuū propheti-
 cus quidam versus circumferebatur, hoc modo:

Vltima Dyrrhachi fiet destructio regni.

Ceterū fuit Ladislaus vir forma satis venusta, belli- *Qualis fuerit*
Ladislaus.

Venenum ei
propinatum.

cosus, imperandi cupidus, fortis, & in rebus gerendis magnanimus: terrori erat omnibus, & Florentinis maxime, quos veteri quodam odio prosequeretur, usque adeo, ut illi morte sua iam ab omnibus periculis liberati esse viderentur: quod minimè dubitarent, si Ladislaus diutius vixisset, fore, ut sub illius iugum aliquando reduceretur. Arma atque militarem rem omnem plurimè faciebat, semperque volebat ipsemet interesse expeditionibus ac praelijs, nisi magna quapiam re impediretur. Vigiliæ atque laboris patientissimus erat, & aliquantulum balbutiebat: sed eius rei causa putabatur fuisse ex Veneno quodam, quod inueni adhuc ei propinatum fuit: à quo cum magnam periculum ipsi impenderet, suadentibus ita medicis inuolutus fuit sæpius mulorum corporibus recenter diuisis, eoque calore à veneno liberatus est. Erga omnes liberalis erat, & maximè milites, in quos permultos sumptus faciebat: ipse verò vestitu minimè splendido utebatur, præsertim in castris: cumque sibi à veneno metueret, ex improviso quoslibet milites in castris visitabat, & una cum illis, absque vlla pompa regali, quibuslibet cibis vesceretur. Peregrinos qui illum conuenirent, omnes honorifice tractabat: Gregorium verò XII pontificem, Caietæ plures menses tam amicè tractauit, ut nullum in ea re officij genus prætermiserit: quamuis ille è contrà, vir aliquin integer, sed honoris qui Apostolicæ sedi deberetur cupidissimus, non per omnia Ladislao in his rebus satisfecerit, quas ab ipso postulare. Ac fuit sanè Ladislaus, ut rem paucis complectar, ex eorum principum vnus, qui inter bonos potius quàm malos recensentur. Illius autè mortem testantur quidam (& communis quoque fama est) veneno fuisse procuratam, Perusiæ videlicet à muliere, cum qua veneream consuetudinem habere solebat: quæ Florentinorum instinctu pudendum venenato medicamento inungens, illum quoque infecerit, eamque

rem

rem aiunt in hunc modum accidisse: Erat mulier illa Medici filia, iuuenula, pulcherrima, cuius cōsuetudine rex plurimum delectabatur: ex qua re sumpta occasione, qui negocium hoc tractabant, maximo prēmio proposito medicum sollicitarunt, vt filiaē opera Ladislaum è medio tollendum curaret. Atque ille, hanc ditescendi rationem non negligendam esse ratus, vnguentum venenatum filiaē tradidit, iussitque eo inungere pudendum ante coitum: sic enim fore, vt regis amor erga illam, magis magisque augetur, & nunquam deinceps ab illo derelinqui posse. Quamobrem simplex iuuenula, regis amore capta, parenti obtemperauit, & membrum inungens statim interiit: deinde rex eodem, vti diximus, veneno infectus, itidem mortuus est: sed non sine delirijs: In extremo enim vitæ spiritu ferè, vehementer inter cætera inclamabat, vt Florentini Paulum Vrsinum caperent: & alia eius generis item multa repetebat, de quibus valens prius diligenter cogitasset. Dicitur autem venenum id ex succo Napelli compositum fuisse, re alioquin maximè venenata: sed non desunt tamen, qui historiam hanc falsam omninò esse existimant.

Ioanna igitur huius nominis secūda, quæ prius Sterlichio duci nupserat, è Dyrhachinorum Gallica familia nata, anno Christianæ salutis M C C C C XIII. regnum à fratre Ladislao pacificum accepit, simulque etiam magnas strenuorum militum copias. Fuere enim in regno sub obitum regis, inter cætera, sedecim equitum millia, sub optimis ducibus merentia: inter quos primus erat Sfortia, deinde Laurentius, Michael qui & Michelettus postea nuncupatus fuit, Iacobus Caldora, quem etiam Iacopuccium alicubi appellatum deprehendimus, Monderisij item, Troiæ Cararæque comites, Cicholinus Perusinus, Julius Cæsar atque Fabricius fratres Capuanæ

IOANNA secūda
de Sfortia

Vixq; iam confirmata erat, cum omnem regni atq; aule suæ administrationem Pandulfello Alopo comiti Neapolitano comittebat, camerario suo videlicet, iuueni formosissimo, quẽm à sese educatum magnopere amabat: atque secum eum duxerat, cum Sterlichio duci nupsisset, ita mortuo duce Neapolim cum illo redierat, & cum publica veneræ consuetudinis infamia, semper apud se habebat. Sed cum animaduerteret tamen regina, Pandulfellum eo modo in omnium aulicorum odium incurriere, nubere decreuit, quod ea ratione extinctum iri incendium illud speraret: cumq; multi ei mariti proponerentur, vnum præ cæteris elegit Iacobum Narbonensem Piceni comitem, itidem ex regia Gallorum stirpe oriundũ, sed reginæ parum admodum cognatum: ea conditione tamen, ne regis, sed Tarenti principis tantũ, aut ducis nomen sibi vsurparet: & ille sanè comitis nomine cõsueto fuit contentus. Cæterũ duces militiæ cæteri que regni magnates, qui Pandulfellum atque Sfortiam, quod nimia essent apud reginam autoritate, oderant: Iacobo comiti significabant, vt bona regis nominis spe veniret: se enim ipsi regnum tradituros. Quamobrem venit ille, sicuti conuenerat, nauali itinere, & Manfredoniam primum in Apulia appulit: deinde Foggiam, Troiam, Casal-dabaram & Beneuentum perueniens, ab omnibus ducibus totaq; nobilitate, quæ obuiam prodierat, tanquã rex salutabatur atque excipiebatur: solus Sfortia eum vti comitem salutauit. Itaq; reliqui duces communi consensu statuerunt vt caperetur: & vbi Iulius Cæsar Capuanus cũ eo, coram Iacobo comite, acerrimis verbis benè diu contendisset, Sfortia, ceu dirimendæ litis causa, in conclauẽ adductus Iacobi nomine vincitur, & vniuersi illius comites, qui Beneuenti erant, spoliati sunt. Hisce peractis, Iacobus Neapolim ingreditur, & regia pompa exceptus, paucos post dies Qui arcem prodicione occupauit, & Pandulfellum

Ioanne II. Neap.
ptia.
Iacobus Piceni
comes.

Iacobus Ioan.
maritus Nea-
polim ingredi-
tur.

dulfellum capite plectendum, Sforriamq; tormētis cru-
 ciandum curauit: quo minus enim hunc quoq; è medio
 tollere auderet, obstabat Michelettus, qui cōiunctis Sfor-
 tianis copijs Tricarici sese communierat, & excursionib.
 eam regionem Neapolim vsq; depopulabat. Et Margare-
 ta Sfortiæ soror, Michelini Rauignani strenuissimi mili- *Margareta*
 tis coniunx, vnà cum aliquot mariti sui grauis armatura *Sfortia.*
 viris prodierat, & quatuor viros nobiles ceperat, qui à Ia-
 cobo Tricaricum, vt de pace cum Micheletto agerent, fi-
 de publica missi fuerant: seq; eos suspendio mulctari vel-
 le minabatur, nisi frater illi restitueretur. Erant autem ij
 Antonellus, Polderigus, Matthæus & Rossus Caietanus,
 viri præcipui: quamobrem necessum Iacobo fuit, eorum
 causa, cum Micheletto, Laurentio atq; Maria ita pacisci,
 vt Sfortiæ vitæ nulla vis inferretur: quod proinde sicuti
 iureiurando promisit, ita quoque fuit obseruatum. His re-
 bus ita confectis, Iacobus maximos quosque, iam hunc *Iacobus tyrannus est.*
 iam illum, loco mouere, dignissima quæque munera per
 homines Gallos administrare, reginam ab omni admini-
 stratione remotam & veluti relegatam in conclauis tene-
 re, & ne ad opus quidem venereum admittere cœpit. Ac
 cæteri quidem duces & aulica nobilitas ob eam causam
 murmurabant, sola regina foeminea quadam malitia, irâ
 dissimulabat, & hoc vitæ genere à laboribus atque curis
 alieno delectari se fingens: choreis tripudijsque, quibus
 Galli magnopere gaudent, hilarem vitam se ducere mō-
 strabat. Quod etiam si ita esset, tamen fieri non poterat,
 quin animi dolorem amicis suis quandoq; innueret, &
 ei morbo tacitè remedium postularet. Quamobrem Iu- *Iulij Caesaris*
 lius Cæsar Capuanus, qui concitato Iacobo comite ad *malum consi-*
 uersus Pandulfellum & Sfortiam, in summum reginæ o- *lium.*
 dium inciderat, offensæ suæ, quod plerunque iniuriã infe-
 rentibus euenit, oblitus, reginam tentare cœpit, & tandē
 eò vsque peruenit, vt operam suam ad Iacobum è medio

*Proditio Iulij
Cæsaris.*

*Iacobus malè
fidit uxori.*

*Otho Corac-
ciolus Anechi-
nus Morinell.*

*Iacobus capi-
tur.*

tollendum, ei obtulerit. Atq; illa, vt erat malitiosa, rata hanc esse commodam occasionem, qua & illatam sibi prius à Iulio iniuriam vlcisci, & gratiam maioremque libertatem apud Iacobū posset impetrare, placere sibi consilium simulauit, eumque hortata est, vt diligenter de ratione perficiendi cogitaret, & intra octiduum reuertetur, vt tunc certum aliquid de eo negotio constitueret. Eo dimisso, magnum dolorem præ se ferens, Iacobo marito rem omnem patefacit, tanquam illius salutis studio sa, quæq; Iulij machinis obsistere nequeat. Et vt rem clarius demonstraret, iubet maritum octaua die cū aliquot fidissimis viris armatis, post lectū stragula clanculum late re: deinde intromisso Iulio, rogauit quid de ea re cogitasset: ille verò vbi modum Iacobi enecandi ostendisset, simulque in ipsum atque Gallos omnes vehementer inuectus fuisset, comprehensus est ab illis qui latebant illic, & secundum iuris statuta capite mulctatus. Cum igitur Iacobo id magnum amoris atq; fidei erga sese argumentum in regina videretur: breui tempore post concessit illi, vt extra arcem liberè quò vellet prodire, & deambulare posset. Ex qua re, Otho Caracciolus, qui nobiliū, & Anechinus Morinellus qui gregariorū militum duxerat, occasione sumpta reginam semel ad conuiuium, cum aliorum item coniuratorum consensu, inuitarunt in urbem, atque illinc eam in Capuanam arcem introducentes, Sfortiam subitò liberarunt, & cæsis confestim spoliatisque Gallorum præsidij, urbem vniuersam in reginæ potestatem reduxerunt. Iacobo autem comiti id solū libertatis reliquerunt, vt si reginam, eius tamen consensu, accederet, gladiolo vnico esset accinctus: & quadraginta solummodo Gallos in Italia, ad corporis sui custodiam alere posset. Nec longo tempore post, Iacobū fraude comprehensum curauerunt in Oui arce detineri: ira iubente regina scilicet, quæ res Vrbanas suorumque red-
dituum

dituum administrationem Marino Boffæ iurifconsulto *Marinus Boffa* demandauerat, viro ad huiusmodi munera aptissimo, & *sa Iohan. Caracciol.* optimæ apud ciues existimationis: secum autem habebat Ioannem Caracciolum, cuius amore cum esset capta, magnū regni Siniscalchum eum creauerat. Sed hic Sfortiæ auxilio, quem ille grauius læserat, Marinum breui tempore à suo munere remouendum pellendumque ab aula curauit. Iamque auctus potentia, Sfortiæ quoque tantam esse apud reginam virtutis nomine autoritatē, grauius ferebat, ac de illo etiam remouendo tollendoque medio cogitabat, ac si aliquod periculum à Sanseuerinis immineret, iussit illum traiecto Sarno in Dianam vallem aduersus illos prodire: simulque etiam curauit, vt reditu deinde ad Scaffatum pontem prohiberetur, & obsesus illic malè tractaretur. Sfortia vti mandatum acceperat prodit, & cum copijs per Scaffatum pontem transiēs, de eo quod Siniscalchus contra sese machinaretur certior fit: quam obrem paciscitur statim cum Sanseuerinis, deinde solus rustici habitu vnicaque in capite galea, per eundem pontē incognitus redit, copias verò suas in plures partes diuisas, quibuscunque possent vijs sequi se iubet: ijsque iam ita collectis, quodam die summo mane, Othino & Francisco Morbillo fauentibus, Neapolim ingreditur, eamque vniversam percurrens, reginæ nomen inclamatur, seque obtestatur ob eam causam aduenisse, vt illam ex magni Siniscalchi seruitute, & Christophori Caietani Fundi comitis auaritia liberaret. Id populo minimè displicebat, quod existimarent à Sfortia regine vrbisque cōmoda procurari: sed regina è contrà, populo vt in seditionibus fieri solet ad arcem concurrente, clamabat, vt si qui sui & Dyrrhachinæ familiæ amici essent, impetum in Sfortiam facerent, & hostem illum atque proditorem perderent. *Sfortia contra Siniscalcū Neapolim ingreditur.* Qua re concitatus populus, lucrique etiam spermotus, Sfortiā ex improviso inuasit: & ille oppressus

ea ratione prælium commisit, amissisque sexcentis circiter equitibus, per Pedegrottae viam fugiens euasit, & Cetera sese recepit. Hic verò reparatis copijs, excurrebat quotidie Neapolim vsq; & regionem populabatur; obtestas interim paratum se esse reginae summa fide seruire, iteq; regno vniuerso, non secus atque antea fecerit: si modò remouerentur, qui malè rempubl. administrarent. Eam autem ob rem Neapolitani propè coacti, de communi consensu, quòd in ea vrbe rarù alioquin esse solet, quosdam elegerunt, qui ijs rebus prospicerent, & imminentiã vrbi pericula auerterent: ijsque cum minis, tum precibus eò reginam adduxerunt, vt pacem cum Sfortia fecerit, eoque pristinae dignitati restituto, & literis per Italiã missis, cõtra planè quàm prius scripserat, sese iam sentire de illo significarit. Vtq; firmior ea pax esset, primùm iureiurando sibi mutuo Sfortia & regina promiserunt, se neminem deinceps audituros, qui dissidium inter eos vellet, sed ipsosmet, si quid incideret, apertis verbis significaturos: deinde arcem nouam Francisco Ricardo Ortonensi pignori tradiderunt, viro integerrimo, & vtriusque summo amico, cum mandatis, vt absque discrimine in eam, reginam Sfortiamq; admitteret. Hac inter eos pace constituta, Siniscalchus Romam in exilium relegatur, & Martino pontifice precibus instante, Iacobus quoq; liberatur, ea conditione, vt sicuti prius pactum fuerat, regina fafces regio, ipse non nisi comitis nomen possideret. Atq; ille quidem ea ratione liberatus, nihil æquè cordi habebat, quàm vt Sfortiam tolleret: ei que regina in ea re consentiebat, quod illius causa se Siniscalchi commercio priuatam esse sciret. Iamque maiorem nobilitatis partem, vt in Sfortia mortem coniuraret adduxerant: sed ille cognita periculi magnitudine, Ioannis Herculani Fauentini fidis. sui centurionis consilio (qui aiebat tunc demum cessaturum reginae in illum odium, cum illius causa sub-

Pax inter reginam atq; Sfortiam.

Iacobus Liberatus.

sublata

Jata esset) prudentissimè se interposuit, causa que fuit vt Siniscalchus reuocaretur: neque enim reginæ animum vlllo alio officij genere magis sibi deuincire potuisset: vt tamen securior esset, binos illius filios obsides sibi tradi voluit. Iacobus verò cognito quòd Siniscalchus reuocatus esset, & Sfortia reginæ reconciliatus, metuebat sibi, ne fortè quæ de illo egisset aliquando patefierent: quare deambulationis prætextu, ad portum sæpius profectus, deambulationis prætextu, ad portum sæpius profectus, Genuensē nauim, quæ illic fortè erat, conduxit, eaq; tacitè conscensa, Tarentum nauigauit: cumque regina missis eò copijs illum obsedisset, vt se defendere non posset, vendidit ille urbem Ioanni Antonio Ursino, qui postea à regina princeps illius confirmatus fuit, & in Galliã profectus sese vitæ religiosæ addixit, & deinceps Heremite habitu vixit: is videlicet, qui antea Neapolitanus rex fuerat nuncupatus. Dam hæc ita geruntur, Braccius de Fortebrachijs dux militiæ, Assisium, Tudertū, atq; Perusiã occupauerat, & Ecclesiæ vrbes lustrans Martino pontifici bellum faciebat: quamobrem ille feudatarios suos implorandos esse ratus, anno salutis nostræ MCCCCXIX. ^{1419.} misit Neapolim Franciscū Montepolitiano oriundū episcopū Aretinum, & Angelum Romanum Anagninensem Antistitem, vt Ioannæ Apuliæ, Sicilia, Hierosolymorumque regni coronam conferrent: ea conditione, vt sibi aduersus Braccium tria equitum millia auxilio mitteret. Itaque deligitur ad eam expeditionem Sfortia, non sine magna reginæ atque Siniscalchi lætitia, qui illum procul à se esse cupiebant: & cum ad Viterbijs fines peruenisset, prælium cum Braccio cōmisit, ac Nicolai Ursini, qui Ecclesiæ stipendijs prælio intererat, proditione à Braccio superatus est, & maiorem exercitus partem amisit. Quamobrem regina atq; Siniscalchus, hanc esse occasionem existimantes, qua Sfortiam cōmodissimè remouere possent, ei renunciarunt, ademptisque stipendijs, quæ ex re-

ditibus quibusdam regni percipiebat, Braccium conduxerunt. Erat autem Martinus pont. per id tempus Florentia, & cognita ingratitude reginæ, Sfortiam ad sese vocauit, captoque consilio cum eo, regni iura in Ludouicū Andiouinum III. Secundi filium ex Violante Aragonica natum contulit, cuius oratores tunc ibi aderant, Ioannamque iuribus regni excidisse pronunciauit. Quibus ita confectis mense Ianuario, anno Domini MCCCCXX. Sfortia, hortante Martino, ad Ludouici stipendia oratorum illius opera transijt: & vbi constituissent vt ille proximo Iunio mense ex Gallia in regnum veniret, accepta pecunia à pontifice, sub finem Maij in regnum contendit, maiori celeritate, quàm quisquam existimasset, remissoque sceptro atque Vexillo reginæ, se deinceps vt hostem venturum significauit. Deinde prope Neapolim transiens, cum regina, quæ de arcis fenestra prospiciebat, colloquutus est: & multis vtrinque exprobratis, significauit se haud mediocre bellum ei esse facturum: non tam illius, quàm suorum consiliariorum perditissimorum hominum causa. Paulò post autem circa Maij initium, ad Casam nouam iuxta portam Capuanam castra posuit, vallisque fossis, atque aggeribus tutissimè munitus, Ludouici aduentum expectabat: dumque illic ageret, non desinebat occulta consilia tractare cum Francisco Gattolo Neapolitano, cui Auerfæ arcis custodia mandata erat, ijsque tantum efficit, vt urbem eam cum arce in Ludouici potestatem reducerit. Interea adest Ludouicus, qui die Augusti quintodecimo, quo virginis Mariæ assumptio celebratur, sese Neapolitanis ostentauit, cum quinque Genuensium nauibus maximis, & nouem alijs triremibus optimè instructis: ductoremque Baptistam Fregosum habebat. Sfortia verò ea classe conspecta, ad mare declinauit, & iuxta Resinæ turrim metatus est. Cæterùm per eos dies Barchinonæ, quæ Cathalonix vrbs est, soluerat Alfonso Aragonius

1430.

*Sfortia renun-
ciat reginæ.*

*Ludouici III.
Andiouini ad-
uentus in re-
gnum.*

nus rex, cum triginta triremibus & quatuordecim magnis onerarijs, ac mense Aprili in Corsicam appellens ad Bonifacium castellum, vnam ex Genuensium colonijs, quæ olim portus Syracusanus dicebatur, castra posuerat: habebatque iam etiam Florentiæ apud Pontificem legatum suum Garziam Hispanum. Et cum regina Ioanna, eodem tempore ibidem haberet etiam ipsa oratorem suum Antonium Caraffam, cui à Malitia cognomen fuit: sollicitavit is Garziam, vt regem suum hortaretur, ad Ioannam, quæ iam septem annos post Ladislai mortem, regnum tenuerat, aduersus Ludouicum defendendam, illiusque tutelam suscipiendam: sese enim apud eam è contra, operam daturum, vt Alfonso adoptaret & regni Neapolitani hæredem institueret. Iamque diu isthæc consilia inter sese bini legati tractauerant, & tandem, clam pontifice, Plumbinum inde in Corsicam ad Aragonicum exercitum ambo peruenerunt, & regi negocium proposuerunt. Quoniam vero Ludouicus & Alfonso consobrini erant, & iam antea quoque inter illos conuenerat, ne hic illum in Neapolitana expeditione impediret, diu fuit de ea re deliberatum. Sed tandem, quæcumque causa eum mouerit, propositam conditionem Alfonso certè suscepit: voluitque vt authenticis literis regina illa omnia confirmaret, & sibi, antequam in regnum veniret, Nouam atque Ovi arces traderet. Quibus ita constitutis, discesserunt bini legati: Alfonso autem ad Bonifacium obsidionem manens, promisit se pacta auxilia mox Neapolim missurum. Interea igitur dum Ludouicus contra Neapolim classem suam, vti diximus, haberet, & Sfortia ad Resinam turrim metaretur: appulerunt Neapolim sub Augusti finem, octodecim Alfonso triremes & quatuor biremes, quibus vehabantur tres eius clarissimi oratores: Ramudus Periglius videlicet, Ioannes Mōcadus & Bernardus Stantiglius, quæ capita illa de Alfonso adoptione, & successione in regnum preceperunt, eiusque nomine binas arces pactas accepit.

Amor inter eos sanguineos.

Alfonsi ad Ioannam legati.

Sfortia verò Ludouicum iam cum suis copijs Auerfam adduxerat, & ipse Casale Fragoleum obsidebat. Atque Alfonso ipse iam in Calabria Bonifacium vsque ad eò vserat, vt eius incolæ deditiōē, nisi intra dies aliquot suppetiē ferrentur, pacti iam essent: sed Genuenses Ioāne Frégosio Thomæ filio duce, cum septem triremibus secundo vento adiuti, eò peruenerunt XXVIII Decembris, paulò ante tempus deditiōni constitutū videlicet, quòd Calend. Ianuarij erat pactum: fractisq; vi catenis, pontibus, cæterisq; munitionibus, quibus Alfonso portū ambierat, in eum ipsamq; urbem ingressi sunt: Quamobrem Alfonso eo instituto relicto, cū vniuersa classe Neapolim peruenit, atq; hîc in Qui arcem honorificè exceptus est. Erat autem excipiendi illius causa, pons in mare prominens constructus, qui antiquis quibusdam nauib; nitebatur: in quem cum esset peruentum, forè frangitur tabulæ quædam, propter hominum scilicet multitudinem, aut quod minus benè compositæ fuissent, sub ipsius Alfonso pedibus, & ipse in scotinam incidens, aliquantulum madefactus est: eaq; res, vt fieri solet, risui multis fuit, nonnullis quoque præfagium quoddam visa est. Ingressus tamen est nihilominus in urbem: & præteritum quidem templum, deo de reginam magnifica pompa salutauit. Sed Sfortia cogito Alfonso aduentu, constituit Ludouicū regem suaq; signa militaria Neapolitanis mōstrare: quare discedēs ipse Casale Fragoleo, & Ludouicus Auerfa, omnē equitatū pedestresq; copias coniunxerunt, & per loca hortensia Neapolis atq; paludosa, pgressi sunt vsq; ad Magdalenæ pontē, q locus ab vrbis mœnibus mille passibus, à mari autem tantum abest, quantum emissum ex arcu telum vnâ vice potest permeare. Hic et go consistentes excursores suos præmiserunt. At Neapolitani & Cathalani, audito Campani aris sonitu, cum Iacobo Caldora, Vrsino Vrsinco, & Berardino Garda ducibus,

Ludouici prælium cum Alfonso.

bus, instructa acie prodierunt ijs obuiam, & praeliū commiserunt. Alfonso verò conscensa naui, & adiunctis adhuc sex alijs optimè instructis, à latere pugnantem spectabat, suaque tormenta nihilominus in Sfortianos vibrabat. Atque hic quidem cum pugnaretur cominus acerrimè, seque mutuo alternatim pellerent: Squartia ^{Squartia Mo-} Mo- ^{ropolitanus.} metropolitanus Sfortianorū cataphractorū robustissim⁹, cuius virtus & rei militaris peritia eo tempore per Italiam celebris erat, etiam si præ cæteris se strenuissimè gereret, adeoque omnibus propè admirationi esset, tamen à multitudine tantoperè vrgente, deiectus ab equo captusque fuit: eumque Alfonso ad sese allatum honorificè excepit, quæsiuitque, vt Sfortiam sibi monstraret: eumque ille locum ostendisset, quo Sfortia pugnaret, vetuit rex ne in eum tormenta amplius emitterentur. Quam rem eū Squartia Sfortiæ significasset, mandauit & ipse vicissim ^{Sfortiæ virtus.} Sfortiæ exercitui, ne Alfonsi nauim deinceps peterent. Pugnabatur igitur iam acriter vtrinque per tres horas citicer: sed tandem, die iam inclinante, tanta fuit Sfortiæ vehementia, vt hostes intra vrbs mœnia vsque cœgerit, & Ludouici vexillum ante portam erexerit, atque per quartam horæ partem defenderit: Alfonso scilicet spectante hæc omnia, qui propterea ad Squartiam conuersus, dixisse fertur, se nunquam militem tantæ virtutis conspexisse, itaque libentissimè velle se ei, hæc omnia condonare, quæ contra se pugnando eo die egisset. Facto pugnandi sine, Sfortia non sine magno Ludouici regis honore, exercitum ea nocte per Nolanas villas distribuit: neque deinceps quicquam eo anno memorabile, ab alterutra parte gestum est: sed Ludouicus quidem Aversa, Sfortia in eius suburbis hybernauit, & exercitus quoque partem Cerra habuerunt. Sequutus est annus salutis Christianæ MCCCCXXI. quo regina atque Alfonso Braccium suis stipendijs conduxerunt, & præter illa, quæ ei regina prius

sola obtulisset communi consensu, cum vtriusq; Aprutij (hoc enim nomine tunc ytebatur) Conestablium declararunt, & Capuana vrbe omnibusq; eius munitionibus donarunt. Quamobrem ille, accepta per suos legatos ea vrbe atq; arcibus, Iunio mense Neapolim venit: deinde angusto proximo Castrum marinum exussit, quæ prima illius fuit in regno res gesta: tentataq; Nucera, cum eam non posset expugnare, ad paludosa loca iuxta Neapolim redijt, & principio Octobris profectus Sangermanũ, Mignanum cum aliquot alijs arcibus cremauit: atque hinc Neapolim reuersus, vnà cum Alfonso ad Cerrã obsidendam contendit: quam vi certè occupare nequiuerunt, sed Sfortiani milites tamen imminente hyeme, cum honorem Alfonso exhibuerunt, vt veluti ex pacto coacti discesserint, & Alfonso atq; Braccius positis ibi signis militariibus, quæ sequenti die mox repetierunt, sese iterum receperunt Neapolim. Ludonicus interea Romæ erat, & pontificem de nouis auxilijs sollicitabat: quare misit pon-

*Tartaglia La-
uellus contra
Ioannam mis-
sus.*

1422.

*Tartaglia La-
uellus proditor.*

*Sfortia Ioan-
næ reconcilia-
tur.*

tifex in regnum, eius rei causa, Tartagliam Lauellũ cum octingentis equitibus, vt se cum Sfortianis copijs cõiungeret: iamq; imminente hyeme, Sfortia quidẽ Beneuenti, Tartaglia Auersæ, Braccius Capuæ, & Romæ Ludonicus ad hybernandum permansit. Sequutus est annus seruatoris MCCCXII. quo Sfortianæ res ob pecuniæ inopiam, & quòd neq; Pontifex neq; Ludonicus auxilia subministrarẽt, paulatim in peius ruere cõperunt: nam & Tartaglia Lauellus cum Braccio aduersus Põtificem occulta consilia tractabat: cuius rei causa, Sfortia, pontificis mandato, illum Auersæ captum tormentis examinavit: cumq; crimen confessus esset, capite secundum iuris formam plectendum curauit. Qua occasione sumpta Ioanna, Alfonso atque Braccius cum Sfortia de pace agere cõperunt, ac tandem annuente Pontifice eam perfecerunt. Braccius enim primus in Presenzana sylua, quæ in

in Sessei ducis ditione est, postquam multa cum Sfortia colloquutus fuisset, antiquam cum eo amicitiam restau-
 ravit: deinde ex regno decedens Tiferum obsedit, & in
 suam potestatem reduxit, itemq; Horsam etiam, quam
 deinde ciues sexdecim millibus aureorum nummum re-
 demerunt: tum nocte dieq; progrediens, in Lucensium fi-
 nes ingressus est, eosq; excursionibus lustrans, tantam ab-
 stulit inde prædam, vt sexaginta aureorū nummum mil-
 lia valeret, ijsq; peractis in suam ditionem cōtendit. Sfor-
 tia verò statim Caietam ad Ioannam atq; Alfonso pro-
 fectus est, qui eò, peste Neapoli vehementer grassante, cō-
 cesserant, ac vigintiduo diebus ibi conmoratus, non
 modo in gratiam à regina atq; Siniscalcho receptus est,
 verum etiam secretiora quædam cum Ioanna consilia a-
 gitauit: ex ijs enim quæ postea sequuta sunt, facile appa-
 ret, reginam iam tum aliquid de Alfonso sinistri suspi-
 tam fuisse. Condições autem inter eos, quibus reconci-
 liabatur, apertæ quidem tales fuerunt, vt communibus
 reginæ atque Alfonso stipendijs se conductum esse agno-
 sceret, & vtrique, si eius operam imploraret, ex æquo præ-
 sto esset. His ita perfectis, cum Manfredoniam sibi etiam
 confirmassent, Sfortia Sessam sese, ad coniugem suã con-
 tulit. Sed Braccius sequenti anno, Aquilam Maio mense
 obsedit, vt sibi eam subiceret. Neapoli verò itidem noui
 atq; periculosi motus eodem tempore extiterunt: nam
 regina ipsa atq; Siniscalchus, quacunq; tandem ex causa,
 Cathalanos odio habere cœperunt, & illinc natæ suspi-
 ciones paulatim vtrinque augebantur. Iamq; magnates
 illi Cathalani, qui Alfonso magno numero aderant, cum
 per urbem deambulantes, audirent solius Ioannæ Dyr-
 rhachijsq; nomen à populo inclamari, omnia illa lætitiæ
 signa vocesq; blandientes ad reginam dirigij, nullamque
 Alfonso regis sui fieri mentionem, existimabant eo mo-
 do regem minoris quàm par esset fieri. Itaque Alfonso

Discordia in-
 ter Alfonso
 & Ioannam.

ab illis instigatus, & sua sponte quoque permotus, decreuit prius id aduersus reginam tentare, quòd illam in sese machinari iam arbitraretur, eaque capta regnum vniversum occupare: Sed cum id sibi difficile esse cognosceret, nisi prius illā Siniscalchi præsidio spoliaret, quòd is prudens, & rerum Ioannæ esset studiosissimus, morbum simulauit, neque reginam in Capuana degentem per totum triduum visitauit. Atque illa Alfonso re ipsa agrotare rata, Siniscalchum, vt illum inuiseret dimisit: qui vbi in arcem nouam ad eum peruenisset, statim cum vniuerso comitatu est detentus, & Alfonso conscensis equis in Capuanam arcem contendit, vt reginam ex improviso iamq; Siniscalcho destitutam obrueret. Verùm vnus ex Siniscalchi famulis, quem non aduerterant cum alios caperent, iam aufugerat in Capuanam, & reginæ rem omnem patefecerat: quam obrere iusserat illa statim arcis portas occludi, Alfonsoq; si ingredi vellet, non intronitum curauerat: & Samnutus quidam Capuanus robustissimus fortissimusque vir, & custodum arcis præfectus, obserata ea porta quæ in urbem tendit, ad claudendam alteram pererat: nec tam celer tamen esse potuit, quin Alfonso, qui Formelli viam extra moenia sequutus fuerat, prior peruenerit, eius enim equus prioribus pedibus pontem iam attigerat: quam obrem accedens Samnutus, equum freno apprehensum ex ponte vi repulit, eumq; attollere curauit: & Rex cum se spe esse frustratum cognosceret, vim inferre decreuit, ibique persistens, & milite aduocato, appositisque tormētis bellicis, reginam obsidere, & Capuanam arcem strenuè cœpit oppugnare. Illa igitur in tantis difficultatibus constituta, Sfortiam accersit: atque is, qui tunc ad Mirabelli monasterium castra habebat, sine mora vlla Neapolim contendit: cumq; cum rex sollicitaret, vt suas partes sequeretur, respondit, se id facere non posse propter pacta quæ cum illis haberet: primū enim

*Siniscalchus
capitur.*

*Samnutus Ca-
puanus.*

*Sfortia à regi-
na vocatur au-
xilium.*

enim se fuisse à regina vocatum: itaque rogare se, vt illud institutum omitteret. Verùm Alfonso obsidionem nihilominus continuabat, & Sfortia itidem pergens, eò peruenit septimo Calend. Iunij, & cum Cathalanis acerrimū prælium commisit, quod sex ferè horas durauit: In quo cum illos iuxta Formellū, quod Noua domus appellatur, pellere nequiret, curauit inter pugnandum, quosdam ex suis muros retro illam domum perrumpere, & Cathalanos ea quoq; parte inuadere: quòd cum ab ijs strenuè factum fuisset, Cathalani sese in medio hostium esse videntes, relictis armis aufugerunt versus vrbis portam, & Sfortiani insequuti, plurimos sine difficultate ceperunt, vnà cum sexcentis equis cataphractis, & viginti sex ex prima nobilitate magnatibus, reliquos verò per vrbem omnes pulsos, vsque ad arcem nouam reiecerunt, vt rex vix in eam sese recipere potuerit, multasq; Cathalanorum domus diripientes, prædam abstulerunt, quæ multis aureorum millibus æstimabatur. Sequenti die, Sfortia Marcum nepotem suum cum captiuis Pontilianum, quòd in Nolana ditione est, dimisit, & ipse cum comitatu suo atque præda Auerfam concedens, tantum egit apud illius præfectum, virum Cathalanum, quiq; vrbem diripere cogitabat, propter inimicitias quæ inter eum & ciues intercedebant, vt arcem obtinuerit: quo modo cum vrbis eam calamitatem prohibuisset, ciues illos arctissimo amicitia vinculo sibi conciliauit. Sed Alfonso, qui paucos dies ante, copias suas ad Continuandā Bonifacij obsidionem ablegauerat, accepta illa clade statim eas reuocauit: eaq; ad octauū Iunij diem, qui decimus & quartus erat ab eo, quo infeliciter pugnauerat, ad Neapolitanum portum appulerunt. Cuius rei certior factus Sfortia à regina, misit eodem die Auerfa Foschinum nepotē, & Ciurlam Sancti Angeli comitem cum equitibus quingentis, vt Neapoli Cathalanos, quo minus in portum in-

*Prælium inter
Alfonsum &
Sfortiam.*

*Auerfa regina
dedita.*

*Alfonso se con-
tra Ioannam re-
ficit.*

*Alfonsi victo-
ris.*

trare possent, prohiberent: sed tantum abfuit quin id præ-
stare potuerint, ut ipsi potius pulsî, tertiam vrbis partem
amiserint: cum q; ipsemet Sfortia die sequenti Neapolim
peruenisset, & in pluribus vrbis locis prælium commisisset:
tamen ultimo pulsus fuit, & Alfonsus vniuersa vrbe
occupata, eam per binos dies atq; noctes rapinis acerbis-

*Rubertina pla-
tea.*

platea Rubertina, & illa vrbis parte, quæ ad mare accedit,
utpote quam flammis quoque desolauit. Sfortia verò ea
nocte ad Capuanam arcem meratus est, & vbi hîc frustra
quatuor dies constitisset, reginam ex arce cum omni præ-
ciosa supellectile Nolam deduxit, quinque ferè millibus
Neapolitanorum, ex maribus atque foeminis; qui illam
amabant, & cum lachrymis sequebatur, comitatam: nec
longo tempore post, illinc quoq; Auersam concesserunt.
Ad arcis verò ipsius Capuanæ custodiam, reliquerat iam
Sanctem Catignolensem cognatum, & Gratianum quæ-
dam Conestablium Fauentinum, Marcum verò atq; Fos-
schinum cum Cathalanis captiuis Beneuentum misera-
rat. Quæ vbi ita perfecisset Sfortia, relicta regina Auersæ,
Neapolim rediit ut Capuanæ arci suppetias ferret: Verùm
cognouit statim id frustra esse, propter proditores, qui in
arce essent: itaque id cum Sancte solum egit, ut dimissis
ijs liberè, quos secum haberet, arcem Alfonso traderet:

*Alfonsus Nea-
polim obtinet.
Siniscaicus re-
dimitur.*

Gratianum verò proditoris autorem de arbore pende-
re, & laqueo vitam finire voluit. Quamobrem Alfonsus
occupato totius vrbis imperio, de permutandis captiuis
iam egit: ei que Sfortia liberandi Siniscalchi causa, reddi-
dit duodecim Cathalanos nobilissimos, qui alioquin p
sua redemptione, octuaginta aureorum nummum mil-
lia soluissent: ut reginæ scilicet gratificaretur, quæ proin-
de illum è contra Barulo Tranioq; vrbibus donauit, adie-
ctis publicis literis ac diplomatibus: quas tamè ille mox
postea ex hac vita discedens, possidere non potuit. Sini-

scachus

fcalchus igitur redemptus, Auerfam mox sese ad reginā
 recepit: cæteri verò captiui Beneuenti detinebantur, ex
 quo loco post Sfortiæ obitum deinde, Butilli cuiusdam
 Oruietani opera aufugerunt. Dum hæc ita gerunt, Sfor-
 tiæ opera effectum est apud reginam, vt Ludouicus An-
 diouinus, qui adhuc Romæ erat, in regnum reuocaretur:
 cumq; is Auerfam rediisset, honorificè exceptus, & om-
 nibus iuribus regni, quæ prius in Alfonso collata fue-
 rant, donatus est: illum. n. ceu ingratum regina abdicauit,
 non sine iurifconsultorū suorū consilio, datisq; ad Chri-
 stianos principes literis, significauit, quamobrē Ludoui-
 cum adoptare, Alfonso aut priorib. adoptionis iuribus
 spoliare cogeret. Qua re cognita Alfonso, Bracciū ac-
 cersit: sed ille, qui Aquilam se paucis diebus expugnatu-
 rum sperabat, negat se eo tempore succurrere posse: Itaq;
 cum simul etiā intelligeret, Henricū fratrem suū amisso
 imperio, ab Ioanne Castellæ rege captum detineri: Nea-
 politanæ vrbs custodiā Petro alteri fratri mandauit, & i-
 pse cum Iacobo & Bernardino Caldoris Vrsinoq; Vrsineo
 versus Hispaniā vela dedit: quo in itinere cum Massiliam
 peruenisset, vt illatā sibi ab Ludouico iniuriā vindicaret,
 eam subito inuadens, expugnauit, reductisq; & conserua-
 tis solis mulierib. in templo, reliquū militib. prædæ con-
 cessit: ipse verò illinc aliud auferre noluit, quā reliquias
 Diui Ludouici Andiouini, q. ex Carolo II. Neapolitanorū
 rege natus, & Tolosanus episcop⁹ fuerat: dicebat. n. Alfon-
 sus, nō oportere tā sancti viri cineres in vrbe desolata re-
 linquere, abductosq; Valentiā, in amplissimo loco cōden-
 dos curauit. Illa quoq; quæ mulieres in tēpla secū ex præ-
 ciofa supellectile attulissent, violare noluit, quāuis à mul-
 tis incitaretur, sed imperauit sub grani pœna, vt vnā cū
 ipsis omnia conseruarentur. Postquam igitur Alfonso
 ex Italia discessisset, nihil sanè præterea, ea estate in regno
 memorabile gestum est. Braccius tantum sub Octobris
 finem, constructis aliquot circa Aquilam munitionibus,

*Ludouicus An-
 diouinus reuo-
 catur in regnū
 Ludouicus ado-
 ptatur à Ioan-
 na.*

*Alfonso in Hi-
 spaniā trajicit*

*Henricus Al-
 fonsi frater.*

*Massilia occu-
 pata.*

*S. Ludouici re-
 liquie.*

*Sfortia in A-
prutij.*

1414
*Sfortia mori-
tur.*

discessit & Ciuitatem Chietæ peruenit, vt vltcrius dein-
de progredereetur. Sed regina eius impediendi, & liberan-
dæ Aquilæ causa, misit illi obuiam Sfortiam, cum Sanse-
uerino, Sancti Angeli Ciurloque comitibus, & Filingero
sacerdote ac Taliano Furbano, Laurentijq; Cotignolani
bono agmine: qui proinde in Aprutium ingressus, Gua-
stum, quod à Iacobo Caldora Alfonsi nomine tenebat,
in reginæ potestatem reduxit, itemq; Monderisum etiã,
omnesque reliquas vrbes vsque ad Sarnum fluuium: sic-
que Braccium sequutus, omnia loca ex quibus ille disce-
deret recuperabat, donec tandem ad Aquilæ obsidionē
denuò reuerteretur: tunc enim Ortonā sese recepit Sfor-
tia, vt illic per aliquot dies in hybernis esset. Atq; hîc qui-
dem cum ageret, accepit duodecim aureorum nummū
millia à Philippo Mediolani duce, in expeditionem ad-
uersus Tuscos nimirum, quam ipse pontifex atque regi-
na Ioanna, in ito nouo foedere suscipere decreuerat, iam-
que Sfortiam communibus sumptibus, cum decē equi-
tum millibus conduxerant. Postquam autem natalis Do-
mini festum ibi celebrasset, pridie Nonas Ianuarij disce-
dit, vt Braccium sequeretur, iamq; Aternum flumē non
procul ab eius ostijs traiciebat: sed ecce cum fortē mini-
stro, qui in periculo versabatur, succurrere vellet, cedit in
profundum Scalzauacca illius equus alioquin genero-
sus subito, & vnā cum eo ipse quoque irruēs, nemine au-
xilium ferente suffocatus est, annos iam quinquaginta
quatuor natus: nec deinceps vnquam postea fuit conspe-
ctus. Itaque filius eius Franciscus viginti trium annorum
iuuenis, cum iam leui pugna decertaret cum iequitibus
quibusdam Braccianis, qui in Aterni arce erant, cognito
patris infortunio, comitatum omnem Ortonā reduxit
ex fluuio, ibiq; multi ab illo discesserunt, qui prius ex
fessò Sfortiani non fuerant: Nec longo tempore post A-
uersam se contulit, vt reginam inuiseret: eaque illum hîc

lari vultu excepit, confirmavit ei quæ in patrem contulisset omnia, & voluit vt in illius memoriam, omnib. deinde, qui illo genere nascerentur, Sfortiæ cognomen inderetur. Quo facto, imperavit, vt se Beneuenti præpararet, & deinde ad Neapolim obsidendam proficisceretur, quò Philippus quoque Mediolani dux, ratione fœderis, classem auxilio esset missurus. Interea verò peruenerat iam Caietam classis Genuensium Mediolani ducis nominis, cui Guido Taurellus Mantuanus præerat, cum duodecim magnis & viginti duabus triremibus, multisq; alijs nauigijs, ex quibus erant quatuor Ludouici sumptibus instructæ: eaque vrbe in Ioannæ potestatem redacta, versus Neapolim vela dabant. Iamq; eodẽ etiam Franciscus Sfortia, qui se Beneuenti parauerat, cum Micheletto & copijs alijs contendebat: vt Mediolani ducis classis atq; ipse Neapolim eodem ferè die appulerint, eamq; terram mariq; grauitèr obsessam, diu vrserunt. Quamobrè Bernardinus Garda qui cum Petro Alfonsi fratre urbem defendebat, ob pecuniæ penuriam, accepta à Francisco Sfortia fide publica, discessit ad Braccium patronum suum, & Iacobus Caldora se itidem discessurum promittebat, si ei stipendia, quæ Alfonsus deberet, soluerentur: eaque cum Philippi ducis nomine accepisset, in patriam suam relicta Neapoli redijt, quod vt minus turpiter à se factum esse videretur, causam prætexebat, quod sibi à Petro infidiæ structæ fuissent. Cumq; nemo iam amplius obstare posset, Taurellus quà mare erat, & Sfortia ex altera parte, urbem sine vllò suorũ detrimento ingressi sunt, illamq; in reginæ potestatem redegerunt, anno salutis nostræ MCCCXXV. mense Ianuario: & Petrus quidem Aragonicus in arce noua, Vrsinus verò in cuiusdam nobilis domo latebat. Ea re confecta Vniuersum regnũ perlustrarunt, vt si quid amplius superesset, ad sub reginæ imperium reduceret: At Maio sequenti Franciscus Sfortia,

*Philip. Medio.
dux auxilia
mittit Ioannæ.*

*Neapolis obsi-
detur.*

Iacobus Caldora.

1425.

*Braccij duces.
Prælium ad A-
quilam.*

Braccij mors.

*Aquila recupe-
rata.*

*Ioanna cū Lu-
douico Neapo-
lim reuertitur.*

Michelettus atq; Iacobus Caldora in Aprutium Regina iussu peruenerunt, coniunctisq; viribus cum Francisco Piccolpasso episcopo Mediolanensi & Apostolico legato, qui etiam Ludouicum Columnam & Ludouicum Sanseuerinum secum habebat, Aquilam simul ad expugnandum Braccium contenderunt. Erant autem cum illo Nicolaus Piccininus, Nicolaus Pisanus, Petrus Ioan. Paulus Ursinus, Gattamelata, Brandolinus Comes, & multi præterea alij clarissimi belli duces. Itaque inito certamine ad secundum Iunij diem, pugnatum est octo horis accerrime, sed Braccius tamen in fugam demum coniectus est, & vulnere in collum accepto, dum fugiebat, cecidit de equo, comprehensusque Sfortiæ allatus est, & nihil cibi admittens, nihilque omninò loquutus, propter vulneris eo loco accepti naturam scilicet, aut indignationem, sequenti die vitam finiuit, annos iam natus quinquaginta sex. Eius corpus Pontificis mandato Romã delatū est, & quoniam rebellis in sacram censuram incurrisset, extra Diui Laurentij portam, in loco minimè sacro absque p̄pa conditum fuit. Sed paucos post annos, Nicolaus Fortebraccius ex Stella Braccij sorore natus, Roma Eugenij IIII tempore occupata, effodiendum illum & Perusie in amplissimo templi loco, cum solennib. exequijs sepelendum curauit. Ioanna igitur vniuerso regno, præter pauca quædam loca, recuperato, per huiusmodi victoriam, sese cum Siniscalcho, Ludouico Andriouino filio adoptiuo, totaque aula Neapolim recepit: ac Ludouicum ibi quoque regni hæredem, cum magno omnium favore pronuncians, iam tum quoque Calabria Duce constituit. Et quamuis non deessent in regno molestiæ aliquæ, propter tela quæ in urbem ex arce Noua emittebantur, & loca quædam alia maritima, ab Alfonsi amicis infestata, tamen non infeliciter longo tempore agebat. Sed anno servatoris nostri MCCCCXXXII. Siniscalcho, fortè qui regnum

regnum propè solus eò vsque gubernauerat, rex quasi fuerat, celebratisque nuptiis filij sui cum Iacobi Caldoræ filia, summum iam fœlicitatis fastigium conscenderat, veniunt ante conclauis sui portam in Capuana arce, nocte intempesta ad XV. Calendas Septembris sicarij quidam à Regina alijsque magnatib. missi: & ostium pulsantes, iubent, vt subito surgat, & ad reginam, quæ cetera ex causa in vitæ periculo versetur, accurrat. Itaque ille statim assurgens, puero mandat vt ostium aperiat, atque illi armati irruentes, eum sicuti conuenerat, necarunt, nudumque & nondum altera caliga indutum, tanquam vilissimum hominem extra arcem exportarunt: quæ res magnum argumentum varietatis fortunæ omnibus esse potest, & ijs præsertim, qui spem suam in fœminis ponunt, apud quas gratia se pollere arbitrantur. Neq; enim quicquam de illius morte quæsitum fuit: sed cum autor & causa eius palam non essent, fuere omnia cum summo silentio obliuioni tradita. Interea verò defecerat à regina Ioannes Antonius Ursinus Tarenti princeps, & Alfonsi re- *Tarenti Prin-*
gis, qui ex Sicilia ei copias subministrabat auxilijs, Cala- *ceps.*
briam infestabat. Quamobrem misit aduersus illum ipsomet Ludouicum regem, & Iacobum Caldoræ qui *Ludouicus An-*
omnem eius ditionem occuparunt: Sed Ludouicus ex ijs *diouinus mori-*
continuis laboribus magnoque estu in febrim incidit, & *tur.*
Cosentiam delatus, anno Domini MCCCCXXXIII. ex *1434.*
hac vita migravit, nullis liberis nulloque hærede relicto: nec sine magno totius regni dolore, quod clemens admō-
dum benignusque Princeps fuisset, & de illo iam amplif-
sima spes ab omnibus esset concepta. Nec dum annus ab *Ioanna etiam*
illius obitu præterierat, cum regina quoque in morbū in- *moritur.*
cidit, propter molestias nimirum, quas in regno, ex quo Neapolim redierat, ab Aragoniorum amicis ipsoque Alfonso etiam sustinuerat: is enim in Sicilia cum classe agens, inconstantiam regni eiusque; incolarum tentare non

*Renatus Andio-
winus.
Ioanna qualis
fuerit.*

Caracciolus.

desinebat: quare ex hac vita ipsa quoque migravit, postquam annos viginti iam regnum administrasset: hæredemque, uti quidam scribunt, testamento reliquit Renatum Ludouici huius III. Andiouini fratrem, qui tunc Lornæ Barisijque dux appellabatur. Atque ita finem in Ioanna II. habuit, sicuti prædictum fuerat, Caroli Andiouini primi Dyrrhachinorum principum ex eadem stirpe natorum, in Neapolitano regno familia: non secus videlicet, atque in alijs quoque rebus humanis euenire cõsuevit. Fuit autem illa inconstans & impudica, ut non immeritò diceretur quòd in sola inconstantia constans esset, perpetuisque amoribus dedita foret: & libidinẽ quidẽ suam cum multis exercuit, sed maximè tamen cum Pandulfello Alope, Urbano, Auriglia & Ioãne Caracciolo magno Siniscalcho: quò omnes tres è nobili genere orti, virtute, moribus & forma maximè excellebãt. Caracciolus verò, etiã si nobilib. parètib. prognatus esset, tamen in principio opibus destitutus scriba fuerat, & patrem habuerat Caracciolum poetã. Cum aut duplex sit Neapoli Caracciolorum patritiorũ familia, Squicia atque Rossia, ille ex prioribus natus est, ex hac autem posteriori fuit Othinus, cuius supra quoque meminimus. Cæterũ prima occasio, qua ei regina suum amorẽ patefecit à mure habuit originẽ: cum enim id animalculum natura sua metueret, curauit regina, ei ante suum conclaue ludenti vnum obijci, atque ille metu illius fugiens & per ostium conclauis, in quo regina erat, irruens, in illam incidit: sicque ei amorẽ suum ipsa patefecit, nec longo tempore post magnũ Siniscalchum pronunciauit. Hæc sunt, quæ de Ioanna II. dicenda fuere, plura fortassis, quàm compendia scribentib. conueniat: sed non inutilia tamen ad intelligenda ea, quæ deinceps sumus scripturi.

LIERI QVINTI FINIS.

PAN-

169
PANDVLPHI COLLENTII

PISAVRENSIS IVRISCONSULTI HISTORIAE NEAPOLITANAE AD HERCVLEM I.

Ferrariae ducem, Liber VI.

Ioan. Nicol. Stupano Rhetor interprete.

ARGVMENTVM.

Sexto hoc libro enarratur, primùm quæ regni Neapolitani post Ioanna obitum conditio fuerit, vtrq; Alfonso Aragonia rex eò, occupandi illius causa peruenerit: Deinde cõmemoratur eiusdem Alfonsi cum Genensibus pralium nauale, captiuitas, & eiusdem Mediolani ducis opera liberatio: Isabella regina res gesta: Renati in regnum Neapolitanũ aduētus: Neapolis ab Alfonso recuperata: alia res ab eodem rege gesta: Mediolanum à Francisco Sfortia occupatum: Francisci Aragonici Alfonsi filij res in regno post obitum parentis gesta.



VO die Ioanna regina ex hac vita migravit, delegerunt Neapolitani XVI viros, quos Cõsiliarios appellabant, ex primis vrbis illius familijs, vt res in regno componerent. Ii fuerunt vnà cum decẽ alijs Buccianus, Nolanus & Casertę comites:

Ioannes Cincinellus, Marinus Boffa & Orhinus Caracciolus. Sed Eugenius III. tunc temporis pontifex, vbi reginam vita functam esse intellexisset, significat Neapolitanis, regnum id esse feudum Ecclesiæ Romanæ, nec vilius imperio esse permittendum, quàm illius quem ipse pro antiqua consuetudine deligeret, regemq; pronuncia ret: iamq; constitutum esse à se Ioannem Vitellescum ^{Ioannes Vitellescus.} Regem canatorum episcopum, & Alexandrinum patriarcham, qui mox ad componendas regni res venturus sit. Verùm consiliarij interim per scribam atq; testes subornatos, ^{Testamentum reginæ.} reginæ nomine testamentum fecerant, & vt id magis pro-

habile videretur, alijs atque alijs diuersas res legauerant: cuiusmodi fuerunt, inter cætera, septuaginta aureorum nummum millia Neapolitanæ reipub. ascripta, ex arario suo, in quo reperta erant centum quinquaginta millia aureorum, vt in vsus publicos insumerentur: & regnū ipsum Rainero, qui & Renatus dicebatur, Ludouici Andionini III. fratri, relictum. Quamobrē responderunt pontifici, se alium regem nolle quàm ipsummet Renatum, quem testamento regina hæredem reliquisset: nec opus esse, vt eum legatum, quem se optimè, quis esset, cognoscere dicebant, Neapolim mitteret. Ipsi autem reliqui indigenæ regni, vbi pontificis monitionem, & consiliariorum de Reginæ testamento, siue verum id seu falsum fuerit, respõsum cognouissent, suo more in varias factiones diuisi sunt. Consiliarij enim Renatum in regnum vocabant, multi Alfonsum expetebant, inter quos erant præcipui Ioânes Antonius Marcianus Sessè Dux: Christophorus Caietanus Fūdi Comes, & Rogerius illius frater, quorum vnus protonotarius, alter verò magnus regni Camerarius erat, Ioannes Antonius Vrsinus Tarenti princeps, qui à Iacobo Caldora pulsus, tunc Capuam cum Minucio Aquilano Alfonsi nomine defendebat, Franciscus Pádonius deniq; Loreti Comes, & Antoni^o Pisanus, cui ab Aderæ ponte nomen erat. Iacobus autem Caldora aduersus Tarentinum Principem vnà cum Michelettò & Antonio filio bellum continuabat, consiliariorumque mandato illū Capuæ obsidebat. Et Aprutijs incolæ vnanimes inter sese decreuerant, cum regem expectare, quem pontifex illis & magnates in regno deligerent. Cæterum consiliarij, etiam si dimissa Massiliam legatione, statim Renatum vocassent: non potuit tamen ille primus in regnum aduenire: quoniam anno salutis MCCCXXXI. grauiissimo illo bello, quod Carolus VII. Gallia, cum Hærico Angliæ rege gessit, iuxta Barum in Gallia Belgica, à Valde-

montio

Renatus Andionius.

Incolarum regni factiones.

Alfonsi fautores.

Renatus captus.

montio comite, & Burgundiæ Mariscalcho regis hostib.
 captus in prælio fuerat, & Philippo Burgundiæ Duci tra-
 ditus, adhuc in vinculis agebat. Sed Alfonso iam anno
 superiori ex Sicilia in Calabriam miserat Ioannem Vin-
 timilia Comitem, cum quadringentis equitibus, vt Ta-
 rentino Principi suppetias ferret: & ob eandē quoq; cau-
 sam conduxerat Minicutium Aquilanum à Neapolitanis
 dimissum cum septingētis, & Ardizonem Carrareū cum
 sexcentis equitibus. Quamobrem de obitu reginæ cer-
 tior factus, & à magnatibus qui suæ factionis essent, voca-
 tus, statim versus Neapolim vela dedit, anno scilicet post
 diem Christi natalem MCCCCXXXVI & paucis diebus
 ad Ischiam Procidamq; insulas Neapoli vicinas appulit;
 expositoq; ibi in terram milite, ad Sessæ littora, à Duce
 illo honorificè exceptus est, & ad copias nouas conscri-
 bendas se dedit. Fuere autem qui primi ad illius stipen-
 dia transfrent, Vrsinus Vrsineus, & Dolceus Anguillara
 Comes: quibus cum accessissent Antonius Columna Sa-
 lerni princeps, & Ludouicus eius frater Martini pontifi-
 cis nepotes, Comites Fundi, Franciscus Vrsinus Comes
 Conuersani, Comes Campobassi & Leonessæ Domini,
 voluit vt ij omnes, Cōuersani & Fundi Comite ducibus,
 cum quinque peditum equitumq; millibus Caietam
 terra obsiderent, & ipse cum reliqua classe mari illam vr-
 gebat. Erant autem in ea vrbe tunc pedites trecenti Ge-
 nuenses, eò missi à Philippo Mediolani duce, vt Franci-
 sco Spinula & Otholino Zoppo legato ducibus, Renari
 partes fouerent: præterea multi alij Genuenses mercato-
 res cū mercib. plurimis, q se illuc receperāt, donec cōmo-
 dā tempestatē nacti, Genuā nauigare possent, si mare tu-
 tū foret à classe, q̄ illic vagabatur. Eoq; sicbat, vt q in Alfonso
 castris essent, amplissimæ prædæ spe nihil ferre recusarēt,
 quo expugnare urbē possēt. Quamobrē Caietani & Ge-
 nuenses mercatores, in tātis piculis cōstituti, Genuensium

*Alfonso in re-
gnū reuertitur*

Caieta obsessa.

*Genuensium
classis contra
Alfonsum.*

*Blasius Assare-
tus.*

*Quilinus Fran-
chius.*

*Classis Alfonfi
contra Genuen-
ses.*

& Philippi operam implorarunt, atq; illi cum amore suo
rum ciuium, tum Cathalanorū odio permoti, mox clas-
sem instruxerunt duodecim magnarum, vnus maxima,
& trium triremium, quibus & leuior quædam adiecta e-
rat, qua exploratores vehebantur. Nomina earum hæc e-
rant: Spinula quæ ducem continebat, Mellina, Calua, Ita-
lica, Carlina, Doria, Iustiniana, Demara, Nigra, Rambalda,
Telamonica & Perdesina: h̄sque imperabat Blasius Assa-
retus rerum maritimarum peritissimus, & Palatij nota-
rius: qui paucos ante dies, cum vnus naus gubernatio-
ne sibi demandata, mox aliam triremem cum Petro Ver-
ro magni nominis Pirata cepisset, fortissimi viri existima-
tionem comparauerat. Cæterum viuēbat eo tēpore Ge-
nuæ Quilinus Franchius medicus & Astrologiæ peritissi-
mus, qui de illius expeditionis classisque fortuna inter-
rogatus, respondit scripto, fore vt vinceret, & classis ho-
stilis summum ducem caperet. Alfonso igitur, vbi hosti-
um classem ex Genuensium portu soluisse cognouisset,
occurrendum existimauit, & sibi met huic rei oportere
interesse, cum vt animus suis adderetur, tum vt discordiæ
tollerentur, quæ inter Ioannem regem & Henricum fra-
tres suos nascebantur, dum vterque summus totius clas-
sis imperator deligi cuperet. Habebat autem & ipse no-
nemdecim magnas naues, vndecim triremes & vnā le-
uiorem nauim: sed earum quinque in Caietæ portu reli-
quit ad cōtinuandam obsidionem, fabrefactis industriæ
pontibus ex illis in terram, vt quæ in continente erāt co-
piæ, naualibus, & hæ vicissim illis succurrere possent: reli-
quas hostibus opponendas duxit. Cæterum erat tunc in
Alfonfi castris magna hominum multitudo, Hispanorū
scilicet, Cathalanorū, Maioricinorum, Siculorum & I-
talorum: multi que inter eos nobiles, quorum alij stipen-
dijs conducti, alij necessitate coacti, nonnulli gratia regis
& præmiorum spe allecti militabant. Itaque delegit ex om-
nibus

omnibus sex millia, qui ad rem gerendam commodissimi
 videbantur, eosq; reliquis adiunxit, cum quibus dimica-
 re decreuerat: iussitq; itidem classico huic prælio interes-
 se Tarentinum principem, Minicucium Aquilanum, Ses-
 sa ducem, Iosiam Aquaiuensem, Antonium Rogerij fi-
 lium, Fundi comitem, & alios item centum ferè ex nobi-
 litate magnates, ducentosq; grauis armaturæ viros. Qui-
 bus ita constitutis, relictoq; ad oppugnationem Caietæ
 Ludouico Columna cum binis comitibus ante memo-
 ratis: ipse quoque naues conscendit, & vnà cum eo tres fra-
 tres, Ioannes rex Nauarræ, Henricus S. Iacobi magister, &
 Petrus Infans, omnes suis nobilibus stipati, qui dedecori
 sibi fore putabant, si non principes suos in omnia pericu-
 la sequerentur. Nauium verò ipsarum nomina, quæ ad no-^{Nauis Alfon-}
 stram memoriam peruenerunt, fuere hæc: Magnana que ^{sinæ.}
 cæteris maior ipsum regem Alfonsom veherat, Figaret-
 ra qua rex Nauarræ, Infangasotta qua S. Iacobi magister,
 Incantona qua erat Petrus Infans, Imboschetta qua regis
 vicarius quidam, Ingarona deniq; Incoriglia, Incaralta &
 Botrifona, quibus reliqui magnates vehébantur. Hac clas-
 se rex Calendis Augusti Caieta soluit, & ad Pontiam insu-
 lam perueniens, quinque ferè passuum millibus, ab eius
 occiduo littore constitit. Sequenti die sub Auroram ap-
 paruit etiam classis Genuensium in occidentem: quam ob-
 rem in altum contendit Alfonso versus Meridiem, vt ven-
 tum hostibus aduersum nactus, eos sole oriente, inter se-
 se & Campaniæ littora sitos inuaderet. Genuenses vix se-
 loco mouerunt: nam relictis tribus nauibus retrò in insi-
 dijs, vt in altum recedentes fugam simularent, & non ni-
 si prælij tempore redirent: ipsi cum nouem alijs ad præ-
 lium instructi, versus Cathalanos lentè admodum pro-
 grediebantur. Noctè proxima accessere ambæ classes pro-
 pius, vt quinq; ferè passuum millibus à se inuicem abes-
 sent: At Alfonso pridie Nonas Augusti summo mane,

*Prælium nauale
Alfonſi cum
Genuenſibus.*

Genuenſes circundans, diligenter ordinem, numerũ totumque apparatus eorum explorauit: illi verò quieti, ſe minimè pugnandi cupidos eſſe ſimulabant: eoque factò Blaſius illorum Dux tibicinem ad Alfonſum miſit, & ſignificauit ſe eò perueniſſe, vt Genuenſes ciues ſuos Caietæ cum mercibus obſeſſos liberaret, nec pugnare cum illo cõſtituiſſe, niſi ſe aditu ad Caietam prohiberet. Alfonſus tibicinem eo die & ſequenti etiã retinuit, donec quid reſpondere veller, deliberaſſet: poſtridie verò nonas Auguſti dimiſit. & vnà cum illo Franciſcum Pandoniũ Neapolitanum, qui Genuenſibus bellum denunciaret, & ſignificaret non permiſſurum ſe eſſe, vt Caietam appellerent, ni viam armis aperirent. Neapolitanus hiſce declaratis vix in ſuam ſcaſam redierat, cum Genuẽſes animaduertentes regiam claſſem plenis velis in ſe, magnaq; violentia cõtendere: quam obrem ſublatis velis, ad quod vix tempus ſupperebat, ipſi quoq; obuiam progreſſi ſunt, & tertia dici hora tormentis primũ cum Cathalanis decertare cõperunt: deinde cominus Magnana Alfonſi cũ Spinula Blaſij, rex Nauarræ cum Lomelina, Henricus cũ Calua, & reliquæ cum alijs congreſſæ pugnabant: quædã etiam Genuenſium naues à binis Cathalanorum oppugnabant, & Petrus Infans, qui Incantona vehebat, & triremium præfectus erat, partim Genuenſes oppugnabat, partim ſuos circundans, prout opus eſſe videretur, alijs atque alijs auxilium ferebat. Atque ita quidem dum acerrimè pugnaretur, & anceps prælium eſſet, ternæ Genuenſium naues, quæ in inſidijs relicte fugam ſimulauerant, ventum ſecundum naſtæ, ex alto mari cum maximo impetu in locum prælij peruenerunt, & uſque adeò Magnanam à ſiniſtro latere impulerunt, vt ea in dextrum cadens, & pondere ſexcentorum grauis armaturæ hominum, qui in id latus reciderant grauata, aquam ſorberet, & magnopere periclitaretur. His accedebat

cedebat quòd ex Spinula, quæ sagittarijs, vt excellunt Genuenses, ea re instructissima erat, plurima tela, in eandem conieciabantur, eaque inclinata iam omnia recipere cogebatur, nec illorum vllum deuitare poterat. Quòd etsi ita esset, rex tamen suis, qui cum vt se dederet sollicitabant, nondum assentiebatur: sed ex puppi tantum, in qua continuè fuerat, ad nauis gubernaculum recessit: atque hîc, dum hostes in suam nauim ceu victam insilirent, abdere se & pannis inuolui curauit. Sed Genuenses cum id animaduertent, antennarum cordas quæ statim cum velis corruentes, magnum strepitum magnumque timorem pepererunt: & ijs magis adhuc, relum quoddam eò magna violentia coniectum, quòd penetratis omnibus quæ obstare posse viderentur, ante ipsius regis pedes, naui fuerat infixum. Hoc enim Alfonso cum horribile quiddam esse videretur, nec cessarent suorum importunæ monitiones: satius esse duxit, sese Genuensium fidei committere ac dedere, quàm in certissimum vitæ periculum, vnà cum tot nobilissimis viris qui aderant, venire. Cæterùm Ioannes Isareus rerum maritimarum Dux, qui nunquam ab eius latere recesserat, etsi eum multum hortabatur, vt in suam nauim descenderet, & fuga salutem quæreret: tamen id nequaquam facere voluit, quòd existimaret si ipse discessisset, suis nullam amplius salutis spem posse superesse: si verò remaneret (quòd re ipsa apparuit) aliquid ponderis apud suos, etiam captiuum habere posse. Itaque ter aut quater suos prius tam magnò clamore adhortatus, vt in ipso strepitu prælii audiretur, se hostibus dedit, & in Spinulam receptus est, cum omnibus quos secum haberet. Ac cum multi eorum essent, & maximè Blaius, qui regem sibi dedi contenderent, vt inde gloriam reportarent: ille tamen prius de cuiusq;

Alfonso capti-
tur.

Cathalani se
cedunt.

Quarta hæc fue-
rit clades Al-
fonsi.

Cathalani ca-
ptiui.

fortunis & vitæ conditione sciscitatus est, cognitoque ꝑ
Iacobus Iustinianus Scium insulam teneret, se illi præ cæ-
teris comittere voluit. Cæteræ verò naues, quæ regis ad-
uersam fortunam non intellexerant, strenuè adhuc dimi-
cabant: sed non multo post tamen cum Figaretæ nauis
antennæ fractæ fuissent, sese ipse quoque Nauarræ rex pa-
cem implorans dedit: iamque captis binis regibus, cœ-
perunt Cathalani inferiores esse, & tandem à Genuensibus
superati, sub vesperam in eorum potestatem vene-
runt, postquam ad decimam vsque horam dimicatum
fuiisset. Nec quicquam eo die Genuensibus ad victoriam
illam comparandam maius adiumentum attulit, quam
trium nauium, quæ in insidijs retromanserāt, subitus tan-
toque cum impetu aduentus, & plurimæ item pilæ ex cal-
ce viua confectæ, quæ ab Genuensibus confertim sparsæ,
visum impediabant hostibus, & maximè grauis armaturæ
militibus Italis, qui minus erant naualibus prælijs as-
sueti. Ex tot autem Alfonsi nauibus, vnica solùm, secun-
dum ventum nacta euasit: bini que itidem tantum viri il-
lustres, Petrus Infans nempe, qui in aliam nauim liberam
expeditamque fune se dimittens effugit, & Antonius Co-
lumna, qui ipsdem fortunæ auxilijs vsus, in Castra Caietā
peruenit. Vbi iam pugnandi finem Genuenses tanta cum
laude fecissent, suos quisque captiuos imperatori Blasio
obtulerunt: Iacobus Iustinianus regē Alfonsum, Galeotus
Lomelinus regem Nauarræ, Ciprianus Marcus Hen-
ricum S. Iacobi magistrum, & alij alios: nam fuere eo præ-
lio capti centum ferè viri illustres, inter quos præcipui e-
rant: Ioannes Antonius Ursinus Tarenti princeps, Ioan-
Antonius Marcianus Suescæ dux, Iosias Aquaiuensis, An-
tonius Rogerij Fundi Comitis filius, Nicolaus Specialis
prorex in Sicilia, Diegus Castri in Castella Comes, Ioan-
nes Alicantaræ magister, & præter hosce alij plurimi, Comi-
tes, equites, doctores, grauis armaturæ viri, & eius gene-
ris

Numerus inter
sectorum.

ris alij ad quatuor ferè millia & quingentos. Desiderati autem sunt ex Alfonsoinis quidem circiter sexcenti, & ex Genuensibus centum & quinquaginta: quammis non de sint, qui pauciores vtriuſque interiſſe exiſtiment. Præda autem quanta fuerit à Genuensibus ablata, id cogitandũ relinquo cuiilibet, qui tanti regis delicias, & maximi illiꝝ exercitus apparatus ſecum animo comprehendere po- teſt. Blaſius certè, cum tantum nautarum captiuorumq; numerum cerneret, metuebat ne ab ijs, quibus ſui nume- ro inferiores eſſent, aliquod periculum impèderet: quã- obrem expoſita in terram quinque millia eorum, huma- nitatis ſpecie quadam dimiſit: inter quos multi quoque nobiles ignoti euaserunt, quòd eodem modo quo cæteri, veſtiti armatiq; eſſent. Nec mihi hoc loco videtur ſi- lentiò prætereunda eſſe, ſingularis Alfoſi regis magna- nimitas verè regia: is enim etſi captiuus eſſet, terra mari- que tamen, Mediolani, & omnibus alijs locis, ſemper eo vultu, Conſtantia maiestateq; fuit, loquutus eſt, impe- ravit & obeditum illi fuit, non ſecus ac ſi liber atque vi- ctor ipſe extitiſſet. Nam, vt cætera omittamus, cum Iſchiaã deductus, iuberetur à nauis præfecto imperare ciuitati, vt ſeſe illa Genuensibus redderet, reſpondit fortiter, ſe id facere non velle, nec ſperare, eos de ſua ditione vel lapi- dem vnum occupaturos ſine armis & ſanguine: ac ſcire etiam ſe, nullũ ex ſuis ſubditis huiusmodi mandatis pari- turum, quãdiu eſſet captiuus. Adeoque ita confudit eũ nauis præfectum, vt Blaſius ſummus classiſ imperator neceſſum habuerit tunc, illum blandis verbis placare, & oſtendere id illi à præfecto non ſuo nomine, ſed ipſius ſola imprudentia fuiſſe mandatum. Quãobrem dicebãt omnes, Vnum Alfoſum in quacũque fortuna meritò regem eſſe atque vocari. Cæteri duces, qui ad Caietę ob- ſidionem relictĩ fuerant, cognita tanta ſuorum clade, ſta- tim ſine ordine in ſuas quiſq; patrias diſceſſerunt, & Caieta obſidio
ne liberata.

Alfoſi magna
nimitas.Caieta obſidio
ne liberata.

Caietani erumpentes magno cum impetu, castra hostium
 nemine resistente diripuerunt. Erat tunc in ijs castris etiã
 Barchinonensis legatus, qui cum paucos ante dies in fe-
 briculam incidisset, cognita clade suorum ex hac vita sta-
 tim migravit. Sed Blasius refeliciter gesta, Caietam cum
 duodecim suis, & tredecim Alfonsois nauibus incolumi-
 tis appulit, & postquã eas in portu coniunctas, aliquot
 dies magna cum omnium admiratione habuisset: capti-
 uos omnes Mediolanum deducendos, & Philippo duci
 tradendos curauit. Visto igitur iam captoque Alfonso,
 senatus Neapolitani oratores, qui diu Massiliã Renatũ
 expectauerant, cum is nondum in Burgundia ex vincu-
 lis dimitteretur, proximo septembri Caietam reuertun-
 tur: & vnã secum adducunt Isabellam illius coniugem,
 cum binis filiis: cumque etiam num ea vrbs Renati no-
 mine gubernaretur, ab ijs quos eò Philippus miserat, ex-
 cepta fuit Regina honorificè, & prioribus gubernatori-
 bus suos substituit. Itaque Neapolim profecturã persua-
 dent Caietani, vt secum ducat Otholinum Zoppum Phi-
 lippi ducis oratorem, tamquam eius consilij in rebus
 administrandis vsura. Quã res & si ab ijs bono animo
 persuaderetur, quod de Philippo sinistri quippiam suspi-
 carentur: tamen infelicem euentum habuit propter Ca-
 ietanam urbem, quam postea amiserunt: Peruenit autem
 Neapolim anno salutis MCCCCXXXVI. & à ciuibus re-
 gijs honorib. excepta est Philippus verò Mediolani Dux
 cognita victoria suorum, statim Ludouicum Carotã Ge-
 nuam miserat, cum mandatis, vt Genuenses classem in Si-
 ciliam mitterent, ne illa inermis & iam Rege priuata, ab
 aliquo hoste inuaderetur: sed ei responsum est, id fieri nõ
 posse, nisi pecuniam militemque suppeditaret. Et Marcus
 Barbauara Blasio clanculum significauerat, vt Sauonam
 desisteret, quod illinc Regem Mediolanum tutius deducere
 posset: quod cum ille fecisset, & Regẽ cum reliquis
 capti-

Isabella Caietã
 venit.

279

Marcus Barba-
 uara.

captiuus Philippo adduxisset, Alfonso magno honore
 primùm excipitur, deinde admissus etiã ad colloquiũ,
 Philippo duci, à quo honorificè admodum tractabatur,
 plurimis argumentis persuasit, magis facere ad imperij
 sui securitatem, Aragonicos in Italia esse, quàm Gallos:
 quòd hos à tergo etiã suis finibus vicinos haberet, &
 sciret Ioannem Galeatium patrem suum, ceteras natio-
 nes parui semper fecisse, solùm autem Gallorum nomẽ
 atque potentiam suspectam habuisse. Quibus ita persua-
 sus dux, cõstituit Regem in regno occupando iuuare, &
 maiori honore illum singulis diebus afficiens, dimisit in
 Hispaniam primùm regem Nauarræ, & S. Iacobi magi-
 strum, deinde effecit, vt quotquot ibi adessent magnates
 ex regno, fidem Alfonso darent: aduocatisque etiã Me-
 diolanum Caietanis oratoribus, qui Genuam missi erãt
 à suis, vt senatui gratias agerent, pro eò quòd illos ab ob-
 sidione liberassent, ijs quoque multis rationibus persua-
 sit, ex re Caietanorum esse, si se Alfonso dederent. Dimi-
 sit etiã principem Tarentinum, Suesiæ ducem, & Mini-
 cucium, qui in regnum peruenientes, tumultus maiores
 quàm prius aduersus Andiuinos concitarunt. Et proxi-
 mo deinde octobri foedus cum ipso quoque inijt, multisque
 donis & beneuolentiæ officijs affectũ dimisit: atque ille ad
 Veneris portum veniens, sex naues inuenit, quas ei Phi-
 lippus Genuæ instrui curauerat, vt ijs in regnum reuerte-
 retur: quòd etiã si ita esset, tamẽ illic plures dies cõmo-
 ratus est, cum vt Petrum fratrem, cuius classe exciperetur,
 expectaret, tum vt experiretur etiã, an Philippo in recu-
 peranda Genua prodesse posset: hæc enim, vt esse solet
 inconstans atque mutabilis, cum illum liberatum esse
 intellexisset, indignata à Duce defecerat. Petrus Infans
 autem de Regis liberatione, & de eo quòd se facere o-
 porteret certior factus, ex Sicilia iam soluerat cum quin-
 que onerarijs nauibus, & versus Genuam nauigabat: sed

Alfonso Me-
diolanum duci

tur.

Alfonso Me-
diolanum duci

Alfonso libe-
ratus.

Petrus Infans.

*Caieta Alfonso
tradita.*

cum vna ex illis frumento onusta, in portum Caietanū
tempestatis vi esset delata, ipse Petrus ad littus reliquas
naues appulit. Itaque Caietani cum fame ipsa pulsi, tum
multorum permoti munitionibus, qui communicato
cum exulibus consilio, existimabant fore, vt rex libera-
tus & Philippi ducis ope adiutus, breui tempore vniuer-
sum regnum recuperaret, sese Petro ex improviso dedi-
derunt. Ille verò accepta ea vrbe. præter expectationem,
deinde ad Veneris portum nauigauit. Alfonso interea,
etsi omnem lapidem mouisset, vt Genua à Philippo recu-
peraretur, cuius rei causa dux quoq; eò miserat Nicolau
Piccininum: tamen aduertit nihil effici posse, ppter Flo-
rentinos, qui à Venetis persuasi, Genuenses pecunia & cõ-
meatu iuuabant. Itaque conscensis nauibus Caietam, &
inde Capuam redijt: quæ vrbs, dum ipse captus fuerat, et
si ab Isabella regina vehementer oppugnata fuisset, tamē
Ioannis Vintimilij virtute defensa suo nomine fuerat.
Hic suis stipendijs vbi Ramundum Nolanum Comitem
conduxisset, Scaffatum & Castrum marinum obsedit, ea-
que deditione obtinuit. Isabella verò eum se solā Alfon-

*Alfonso in re-
gnum redijt.*

*Eugenius pōt.
fuit Isabella.
Vitelescus pa-
triarcha.*

so non posse resistere cognosceret, Eugenij pontificis au-
xilia implorauit: atq; ille in regnum reginæ subsidio mi-
sit Ioannem Vitellesecum patriarcham eum tribus pedi-
tum millibus: qui statim in Aprutiū ad Aquilam defen-
dendam contendit. Hæc enim ciuitas Andiuinorū par-
tes obstinatè sequebat, iamq; à Francisco Piccinino, Ric-
cio Montechiaro atq; Minicucio Aragoniorum nomi-
ne oppugnabatur. Sed Vitelleseus eos repulit, Piccininū
quidem ad Reatem, Riccium verò atq; Minicucium ad
Chietæ Ciuitatem: quo facto per Tالياquorij montes i-
tinere facto, in Riccij Aluetiq; Comitis ditionem perue-
nit, qua partim exusta totaq; occupata, Atinam cepit: &
Montiscassini via, quæ in Apuliam ducit, patefacta, Aquil-
num Arpinumq; deditione obtinuit: iteniq; omnia lo-
ca,

ca, quæ ad Sangermani abbatiam pertinēt: tanta scilicet prosperitate, vt firma omnium opinio fuerit, si bellū continuasset, vniuersum regnum breui tempore fuisse occupaturum. Sed illē (quæcunq; tandem causa fuerit) mutata ex improuiso sententia, Romam sublatis signis militibus redijt: vbi cum tota hyeme mansisset, redijt in regnum circa Maij principium anno sequenti: cumq; Ceperanum expugnare non potuisset, construxit pontem super Garilianum, & in Campaniam transijt: captaq; Alipha & Pedemonte ad portus Capuanos, qui tribus ferè passuum millibus ab vrbe distant, sese conuertit, eosq; obsedisset sanè, nisi à Vintimilio impeditus fuisset. Cum enim ei ab Isabella octingenti equites auxilio missi essent, eos ex improuiso ad ortus Vintimilii, fregit. Itaque sollicitauit eos qui ibi essent ad pugnandum, sed cum nemo prodiret, per Gaiazzam viam discessit, traiectoq; Vulturno Cerram, & illinc Neapolim ingressus est cum sexcentis equitibus. Hic ab Isabella quidem honorificè exceptus est: sed vix tres dies ibi commoratus, cum non benè illi conueniret cum regina, Capuam cõtendit, in qua Alfonso erat: cumq; neminem prodire videret, Auerfam se recepit: ibiq; nouis copijs à Iacobo Caldora acceptis, profectus est Montefarchium, direptaq; & exusta ea vrbe, arcem quoq; cœpit obsidere. Dum hæc à Vitellesco patriarcha geruntur, ingressus est Tarentinus princeps in Montisfiescoli fines, cum mille quingentis equitibus, & peditibus octingentis: iamq; à Montefarchio duodecim, à Beneuento autem quatuor tantum passuum millibus aberat. Et Riccius ac Vintimilius cum maxima Aragonicarum copiarum parte Tocij confederũt, quatuor ferè passuum millibus à Montefarchio, vt prohiberent quò minus Patriarchæ Beneuẽto posset com meatus adduci, dum inter sese eum, atq; principem Tarentinũ clausum haberent. Vitellescus ea re cognita, nihilominus su-

1437.

Patriarcha in
regnum reuertitur.

Vitellescus Neapolim ingreditur.

Vitellescus prope obsessus.

os, vt Beneuento com meatum afferrent, dimisit: vt que id tutius fieret, quatuor turmas suorum eos sequi voluit, vt ne quid illis mali accideret prouiderent, pergens interim cum reliquis obsidionem arcis continuare. Qui com meatum ferebant vix Beneuento egressi, spoliantur à Tarentini principis copijs: easque vicissim quatuor Patriarchæ agmina quæ sequebantur, præda onustas inuasērūt, & pedites præsertim sine ordine hinc inde dispersos, ita cæciderunt, vt princeps cum equitibus vix fuga in sua castra euaserit, & quamuis ei Riccius & Vintimilius subuenire potuissent, tamen cum se illis Patriarcha cum omnibus copijs ostentasset, perstiterē. Huius Victoriæ fortuna obtinuit Vitellefcus etiam arcem Montisarchij: deinde sequenti aurora cum omnibus copijs, & Caldore (corū, qui ei aderant, auxilijs, summa celeritate atq; silentio discedens, principem ex improviso adortus est: cum que ad meridiem vsq; acriter pugnatum esset, eum superauit. Et Gabriel quidem Ursinus principis frater, per posteriorē castrorum partem fugiens, cum magna grauis armaturæ militum parte incolumis euasit, amissis tamen impedimentis: sed princeps ipse cum per vineam quandam, vt suis subueniret, quam celerrimè curreret, equus illius vitibus sarmentisq; irretitus cum illo cecidit, ibiq; captus est. Quæ Victoria vbi pontifici innotuisset, tantam gratiā Patriarchæ concilianit, vt statim Cardinalis fuerit renunciatus: sed nesciuit tamen is vti tanta fortunæ commoditate, ea que re omnem occupandi regni, quod iam in suis manibus esse putabatur, occasionem amisit. Cum enim captiuum Principem magno honore affectum liberasset, & cum suis copijs Ecclesiastico exercitui cōiunxisset, iacobus Caldora, qui capitalis hostis principis erat, magnopere indignatus, discessit cū toto suo comitatu. Quo factum est, vt Patriarcha toto eo anno nihil memorabile gesserit, & Alfonfus qui prius se in urbibus continere cogeba-

Tarenti prin-
ceps Casus à Vi-
tellesco.

imprudens cō-
siliū Patriar-
chæ.

cogebatur, in planiciem iam egredi aduersus hostes au-
 sus fuerit. Cum igitur media ferè hyeme Salernum Vitel-
 leiscus ingrederetur, cuius vrbis arcem Aragonici tene-
 bant: Alfonsus ea re cognita, eodem cum maximis copijs
 per Sanseuerinorum agros itinera difficillima contem-
 dit: cumq; in Paulum Todefcū vnum ex Patriarchæ duci-
 bus incidisset, illum cum omnibus suis cæsum in fugam
 coniecit: deinde captis atq; munitis omnibus locorum
 angustijs, ita conclusit ipsummet Patriarchā, vt ei omni-
 nò necessum esset in suam potestatem venire. Sed ille ne-
 quā, cum Iacobum Caldoram hostem sibi esse sciret,
 quoniam Tarentinum principem, vt diximus, liberasset,
 nec aliunde auxilium speraret, ad dolos fraudemq; con-
 fugit. Cœpit enim Alfonso persuadere, se eò tantum op-
 pugnandi Caldoræ causa venisse: cum illo verò pacem se
 esse facturum; sed tamen priusquam perficiat ea, Caldo-
 ram hominem perfidum atque malignum è medio tol-
 lendum esse: quamobrem rogare se vt inducias interim
 pacisceretur, se enim operam esse daturum apud pontifi-
 cem, vt pacem cum eo faceret, relictisque Andiuinis, i-
 psum foueret. Itaque Alfonsus, qui inimicitias inter eum
 atque Caldoram esse sciebat, nec ignorabat magnam il-
 lius esse apud pontificem auctoritatem, persuasus ijs di-
 ctis, consentit, pactisque inducijs ei itinera patefecit. Sed
 vbi ex ijs angustijs fuisset liberatus, & Salerno discessisset,
 Caldoram offendit in itinere, eoq; non amore mutuo,
 sed communi odio aduersus Alfonsum reconciliatò, cõ-
 stituit perfidè vnà cum illo, Alfonsum per prodicionem
 capere: oblitus videlicet pactarum induciarum, datæ fi-
 dei & tantæ illius humanitatis. Qua re inter illos delibe-
 rata, omnia itinera primum occuparunt, ne quisquā Al-
 fonsum eius cõsilij certiozem reddere posset: deinde ma-
 gnis itineribus ad eum die noctuq; contenderunt, vt il-
 lum ex improviso nocturnoq; tempore inuaderēt. Sed

Alfonsi contra
 Vitellescū pro-
 gressus.

Patriarcha ne-
 quitia.

Jacobus Lionessa.

vnus tamen fuit Alfonsi inter illos amicus, Jacobus Lionessa Montefarchij dominus, qui sine regis amore, siue rãta perfidiã indignatione motus, cum istius consilij quacunq; tandem ratione, certiozem facere decreuit: quamobrem scripsit duodenas literas eiusdem argumenti, quibus Patriarchã & Caldorã consilia aperiebat, easq; per totidem tabellarios ad illum diuersis itineribus misit. cũ mandatis, vt properarent, & literas nõ nisi regi ipsi in manus traderent: sic enim existimabat fieri propè non posse, quin earum aliqua saltẽ, in ipsius manus peruenirent. Nec spe frustratus est, nam etsi ceterẽ omnes fuissent interceptã, vnã tamen ad eum delatẽ fuerunt. Erat autem

Alfonsus in periculo.

tunc Alfonsus in Iuliana villa, tribus milibus passuũ ab Auerfa, & ipso die natali seruatoris nostri, sacris de more intererat: nec tamẽ accepto tam tristi nuncio, ante peracta sacra discessit, quòd deo scilicet confideret homo religiosissimus: sed hostes, qui eò, noctu non potuerant, sole oriente paulò post tabellarium ad templum perueniunt, concitatoq; tumultu vix iam à paucis qui cum Rege erant sustinebantur: quamobrem peractis sacris, vix tempus habuit fuga se Capuam recipiendi: amissis tamen impedimentis magni præcij, vel propter argentum, quòd ad mensam atque altare vsurpauerat. Postquam Alfonsus ex eo periculo euasisset, maiores adhuc inter binos eos hostes inimicitia ortã sunt: ita quidẽ vt Jacobus Caldora eadem die sese Neapolim receperit. Patriarcha autẽ Montefarchium profectus, ibi multos dies commoratus est, vt Tarenti principem expectaret: sed cum ille non aduentaret sicuti promiserat, discessit illinc in Apuliam: atque hic cum Tranium expugnare frustra tentasset, relicto Vigilijs milite cum Laurentio Cotignolensi, ipse conscensa nauĩ Venetias nauiganit, atq; illinc Ferrariam ad Eugenium pontificem est profectus.

Patriarcha ex regno discedit. Renatus liberatur.

Dum hæc ita geruntur, Renatus traditis Burgundie ductui

catui Castelli in Flandria vallibus, quas Burgundia duces
 etiamnum possident, sese redemerat: itaque anno salutis
 nostrae MCCCCXXXIX. conscensa classe duodecim tri-
 remium, quam Genuæ instruxerat, Maio mense Neapo-
 lim peruenit; ibiq; regio apparatu est exceptus. Atque eò
 quidem posteaquam venisset, accersuit ad se Iacobum
 Caldoram, qui optimos quosque Patriarche milites suis
 stipendijs conduxerat, & Michele'ttum cum mille equi-
 tibus, qui per tres annos in Calabria fuerat, eamque pro-
 uinciam Andiuinorum nomine defenderat. Quib. co-
 pijs ita iam augebantur Renati vires, vt aliqua Victoriæ
 spes esset: classem tamen Genuensem dimisit, quòd non
 stipendia illi commodè soluere posset: nec deinceps, per
 id tempus, quicquā memorabile gessit præter quòd Scaf-
 fatum Amalfiq; ducatum, quæ loca Alfonso breui tem-
 pore tenuerat, recuperauit, ingressusq; in Sanseuerini fi-
 nes, cum urbem obtinere non posset, totam eam regio-
 nem incendijs rapinisq; deuastauit. Alfonso interea, ca-
 prijs Cellani Albique Comitibus Castellucij erat: quò lo-
 co ad eum venit fecialis quidam à Renato missus, eū fer-
 rea sanguineq; conspersa chirotheca, eumq; ad singula-
 re certamen prouocauit. Alfonso chirothecam exceptit,
 quæsiuitq; num Renatus se solam cum solo prouocaret,
 an verò cum toto exercitu vellet dimicare? Ille verò cum
 toto exercitu inquit. Tum Alfonso acceptare se condi-
 tionem respòdit: & quoniam ipse esset prouocatus, iure
 militiæ ad se pertinere loci atque temporis, quo dimicā-
 dum esset, delectum: deligere igitur se eam planiciē quæ
 inter Nolam Cerramque interiacet, & in ea octauo ab il-
 linc die Renatum expectaturum. Vbi indictus dies ades-
 set, comparuit Alfonso: Renatus autem minimè, sed in
 eum locum sese recepit, ex quo Alfonso discesserat: sic
 videlicet ratus existimationem suam posse tamen con-
 seruari. Narrat autem quidam eius temporis iuriconsul

1438.
 Renati in re-
 gno progres-
 sus.

Alfonso ductū
 indicitur à Re-
 nato.

tus, Alfonsum solum à Renato fuisse prouocatum, vt secum singulari certamine pugnaret: & comparuisse cum ad indictum diem in locum constitutum, sed Renatum quominus itidem compareret, à suis magnatibus prohibitum fuisse. li enim asserebant, Renatum non potuisse, se in seijs & absque regni principum consilio, Alfonsum ita prouocare, quòd regnum vniuersum in discrimen eatione vocaretur. Addit præterea idem iuriconsultus, Alfonsum iam prouocatum, antequam conditionem susciperet, aliquantulum fuisse suspensum, quoniam obsecerent illi quidam, eum, cum rex esset, à Renato Duce nò potuisse prouocari: sed cum leuis tamen excusatio ista videretur, acceptasse conditionem. Hisce ita confectis, Renatus in Aprutium profectus est & Castellucium coepit: Alfonsus autem in Gardanam vallem ingressus, Arparum occupauit, Marinumq; Boffam eius vallis dominum abduxit captiuum: deinde conducto Casertæ Comite, Angriam expugnauit, & Luceriam Sarracenorum à ciuibus deditioe obtinuit. Quo modo cum auctus viribus esset, ad Neapolim obsidendam cum quindecim ferè hominum millibus contendit, atq; illam mari quidè cum decem triremibus & terra cum binis exercitibus obsedit. Hic verò Petro eius fratri, qui vnà aderat, cum semel ad mare progressus esset, vt de quibusdam rebus necessarijs prospiceret: fortè caput telo bombardico ex Carmelitano templo emisso, aufertur, & in mare proficitur: non sine maximo Alfonsi totiusq; exercitus dolore. Fuerat enim ille corporis atq; animi viribus excellens, robustus, fortis, beneuolus & omnibus familiaris. Ac caput ipsum inueniri non potuit, sed truncum illius corpus, voluit rex in Oui arcem deportari, ibiq; conseruari donec per occupationes ei regias exequias celebrare posset. Sequenti die vrbs expugnationem tentare decreuerat, sed cum vehementia pluuiarum obstaret, idq; diuinitus fieri existima-

ret,

Neapolis obsi-
detur ab Alfan-
so.

Petrus Infans
occisus.

ret, soluit obsidionem, & Gauianū profectus, id certa cō-
 ditionem vnā cum Sfortia arce occupauit. Interea verò
 Renatus Neapolim reuersus, deliberauit arces munitio-
 nesq; in suam potestatem redigere, quas Alfonsus tot an-
 nos tenuisset, ab eo tempore scilicet, quo eas primū à
 Regina accepisset. Itaq; obsedit arcem Nouā cum quinq; *Arx noua op-*
 nauibus maximis, quib; iuuenis quidam præerat Spinet- *pugnatur.*
 ta nomine de Campo Fregosio: ac primū quidē S. Vin-
 centij turrim, quæ ad arcis eius munitioem in mari fa-
 brefacta fuerat, occupauit: deinde terra quoq; multis ho-
 minum millibus, magnoq; ciuium fauore eam grauissi-
 mē vrgebat, vt ad muros vsq; accederet. Et Alfonsus sanē
 obsessis sapius opem ferre tentauit: cumq; id ppter qua-
 tuor Renati naues & occupatam Vincentij turrim naua-
 libus copijs efficere non posset, exercitum suum, in quo
 quindecim millia hominum erant, ad Echiā habebat, &
 ab vrbe Neapolitana ictu ferè balistæ aberat: deq; ratio-
 ne suis suppetias ferendi semper cogitabat. Inter binos
 exercitus sola publica via erat, in qua singulis dieb. decer-
 tabatur ab ijs, qui suæ virtutis specimē aliquod edere cu-
 perent: in quorū numero vnus ex primis erat Petrus Lu- *Petrus Ludouic-*
 douicus Aurilia ex nobili Neapolitanorū familia natus, *cus Aurilia.*
 & apud Renatum aulae magister. Is enim singulis diebus
 cum Aragonicis cōgressus, singulari quadam virtute, &
 rei militaris peritia pugnabat, hastam suam frangebat, &
 intricatus inter hostes tamen euadebat. Quibus reb. per-
 mor^o Alfonsus, sicuti regio ac verè generoso animo erat, *Alfonsi ani-*
 virtutemq; etiam in hostibus amabat, decretum promul- *mus generosus.*
 gavit, ne quisquam, sub poena vtriusq; manus amittēdæ,
 in hunc Petrum Ludouicū telum ex arcu, balista, tormē-
 to, aut alio aliquo instrumento bellico mitteret: sed vt so-
 le ense aut lancea cum eo dimicaretur. Existimabat enim
 iniquissimē comparatum esse, vt fortissimo viro quilibet
 homo vilissimus à longè vnico telo vitam eripere posset.

Ranaldus Sarracenus.

Cum igitur bini exercitus, cum triginta ferè hominum millibus, per multos dies ad portam moeniaq; vrbis Neapolitanæ confedissent: Alfonso cum non posse se obsessis suppetias ferre cognouisset, discessit, & Ranaldus Sarracenus Cathalanus vir fortissimus, fame & cæterarum rerû ad vitam necessariarum egestate compulsus, arcem Renato tradidit: quo loco, miserandum spectaculum cernere fuit, eos qui obsessi fuerant, discedere nigros, sordidos, emaciatos, laceris vestib. indutos, & vsquæ ad eò afflictos, vt vix spiritum amplius traherent. Ea re ita confecta, Ranaldi quoq; huius frater, qui Ovi arcem tenebat, ad eandem redactus angustias se dedit: & Renatus occupato totius vrbis imperio, Salernum profectus est, eoq; cum vniuersa Lucania multisq; Calabria vrbibus recuperato, denuò Neapolim sese recepit. Postea verò cum Genuensium classis, qua Renatus Neapolim peruenerat, quæque arcibus obsidendis adfuerat, discessisset: & Tarentinus princeps contra datam Patriarchæ fidem, ad Aragonicos transisset: æquales ferè esse cœperunt vtriusq; Regis vires, & ad regnum id affligendum potius, quam occupandum aptiores. Cum enim vterque in regnum exiguas copias ex patria adduxisset: non ipsi exercitus suo modo regere poterant, sed indigenis regni magnatibus tyrannisque sustentabantur: & omnia eorum cupiditati atq; inconstantia parebant. Nam Iacobus Caldora in Apulio, Aliuti Comitatu campisque; Leborijs, quandoque superior Alfonso expellebat: & Alfonso dum ea loca recuperare vellet, populum noua maioriq; calamitate affligebat. Idemque agebat in Apulia atq; Calabria princeps Tarentinus: & Renatus circa Neapolim, Salernum, Capuam atq; Caietam: ex quibus locis ramen totoq; regno cedere fuisset coactus, nisi eum Genuenses & Iacobus Caldora comœatu iuissent: hoc enim quantocumque auxilio Neapolitanam vrbem, vna cum alijs aliquot conser-

Que regni
conditio hoc
tempore.

conseruauit, & arcem nouam, quæ iam tot annos fuerat in Cathalanorum potestate recuperauit. Eaq; expugnatione totoq; bello, cum ipsa vrbs Neapolis bellicis tormentis, tum regnum vniuersum varijs modis tantopere deuastatû iam erat, vt in totius eius ambitu, vix tria aut quatuor loca inter Caietam & Aternum fluuium, aliquã quietem haberent, eamq; magis vicinorum, quam propria industria conseruatam.

Quo in statu cum esset regnum, anno salutis Christianæ MCCCXXXIX. & totis binis qui proximè sequuti sunt, Iacobus Caldora, dum Cancellum vnam ex Iacobi Leonessæ arcibus obsideret, apoplexia correptus ex hac vita migravit, vir qui inter bonos militiæ Duces commemorari queat, si tanta fide quanta rei militaris peritia præditus fuisset. Is originem ducebat ab incolis Iudicæ arcis, propè Sarnum fluuiû, quâ montana Aprutijs alluit: & morte sua melioribus Alfonsi successibus dedit initiû. Nam Vintimilius per idem tēpus Cerram simul cum arce, fame eò compulsam certis cōditionibus obtinuit: & qui Auersæ erant, Alfonsum intra mœnia sumpserunt: eumq; arcem quoque illius habere nequiuissent, eam ita fossis circumdederunt forinsecus, vt iam hostibus inutilis esset, eamque oppugnare strenuè pergebant. Et quãuis ei Renatus opem ferre tentasset, qui ex Apulia cû Antonio Caldora Iacobi filio, Ramondo fratre, Traiano Cacciolo Auelini Comite alijsq; Comitibus reuertens, eius rei causa Nolam appulerat: tamen cum id fieri non posse videret Neapolim redijt. Quo loco cum nescio qd sinistri de Antonio Caldora suspicatus fuisset: eum non sine suo maximo detrimento in vincula coniecit. Cum enim illum sui milites, concitato tumultu, importunis precibus à Renato repeterent: liberauit eum, & veniam, eius quod per errorem se fecisse dicebat, postulauit. Sed Antonius tamē indignatus ad Alfonsum transiuit, & cû

1439.

Iacobus Caldora moritur.

Iudicæ arx.

Antonius Caldora.

Auersa Alfon-
se tradit.

Sancte quodam, qui arcem Auersæ tenebat, & prius sub
patre suo stipendia meruerat, tantum egit, vt eam Alfonso
traderet. Causa autem cur Renatus Antonium Caldo-
ram in vincula coniecisset, hæc fuisse dicitur: Cum Alfon-
sus Renatum reditu ex Apulia prohibere vellet, nec sci-
ret quo itinere ille veniret: obuiam illi progressus est, in
quasdam angustias montium Aprutij, cum vna exercitus
parte, reliquis autem mandauit vt sese ad certum diē se-
querentur: sed cum fortè eodem vesperi illuc peruenis-
set, quo hostis cum omnibus copijs vix illinc mille passi-
bus distaret, Renatus ea re per exploratores cognita, vo-
lebat cum Alfonso dimicare, quoniam se viribus superio-
rem esse putabat. Restitit autem Antonius, nec putauit
prælij fortunam tam temerè esse tentandam: præsertim
quòd exploratores quoq; aliqui dicerent, Alfonso cum
magnis copijs dimicandi causa in eas angustias peruenis-
se. Sed Alfonso è contrà cognito per suos exploratores
periculo, cum se viribus inferiorem esse sciret, dum Anto-
nius & Renatus consultant, sese illinc in tutiorem locum
recepit. Cuius rei certior factus deinde Renatus, existi-
mauit se in hoc fuisse ab Antonio deceptum: & indigna-
tus quòd illius causa certam victoriã amisisset, vbi Nea-
polim peruenisset, eum sine ampliori deliberatione in
vincula coniecit. Antonius igitur ob eam causam trãsijt
ad Alfonso: sed non longo temporis interuallo post ta-
men, iterum ad Andiuinos defecit: & ab ipsdem denuò
paulò post discedens, Alfonso reconciliatus est: quòd ei
per proditionem arcem Beneuentanam tradi curasset.
In qua cum captus fuisset Foschinus Cotignolanus Fran-
cisci Comitris consobrinus: Beneuentani timore quodã
permoti, urbem quoque sponte illi tradiderunt. Quibus
ina confectis, Alfonso tormentorum bellicorum vi Ga-
iazam Padulamq; expugnauit: deinde ad Losaram ex-
pugnandam accessit. Et Franciscus Comes interim Re-
nati

Beneuentã ab
Alfonso occu-
patum.
Franciscus Co-
mes.

nati amicus tenebat Arianum, Troiam, Manfredoniam multasq; alias Apuliæ vrbes. Ad quarum custodiã, cum victorium Rangonem & Cæsarem Martinengum duces suos cum mediocribus copijs reliquisset: hic bis Troia egressi aduersus Alonsum ausus fuit: sed ab eo cæsus & in urbem turpiter reiectus est: eaq; causa fuit vt Alonsus Bicarum deinde expugnãrit, idq; militibus prædæ concesserit, præter mulierum pudicitiam scilicet, quam suo more sacratam rectam conseruari voluit. Postea verò occupauit etiam Opizium atq; Lorfarã. Ex eaq; cum versus Pizium misisset Ramondum Caldoram Iacobi olim fratrem, Iosiamq; atq; Riccium, vt Comitem impedirẽt, ne quas illinc suppetias Renato submittere posset: Alexander Sfortia Comitis frater illos ex improviso adortus est, concidit & Ramõdum cepit: Iosias verò atq; Riccius vix sibi fuga salutem quæsiuerunt. Ex qua re sumpta occasione Antonius Caldora, quoniam Ramondus patruus suus captiuus foret, secunda vice ab Alfonso defecit. Iãq; etiam pontifex Eugenius miserat Tarentinum Cardinalem, qui Franciscum Aquini Comitem oppugnaret: sed Alfonso obuiam progressus, eum retrocedere coegit, & Gulielmam arcem fame afflictam coactamq; & Capreas insulam occupauit, incolis eius scilicet sponte ad illum transeuntibus. Quo factõ ad Neapolim Puteolosque obsidendum, sine morã contendit: & hoc quidem annonæ penuria ad extremas angustias redactum, & vnã etiam Octauia turris mox sese dederunt. Neapoli verò maior erat difficultas, nam etiam si fame laborarent, tamen magno opere confidebant, latas iri suppetias sibi à Francisco Comite, Antonio Caldora aut ipsis deniq; Genuensibus: vt nulla alia eius occupandæ ratio Alfonso superesse videret, quàm si lōgo tẽpore eam fame subigeret. Sed adest interim fortuna, quã pculdubio iam pudebat, q̄ tãta virtute Regẽ nimis diu fatigasset, & rationẽ illi demonstrat,

*Martinengus**Opizium.
Lorfarã.**Gulielma arx.
Capreas insula.
Neapolis ob-
sessa.*

Anellus.

Vetule mulie-
res diabolica.

Modus nouus
quo Neapolis
occupatur.

qua Neapolim ad deditiōem, non sine periculo tamē, cogere posset. Venit enim ad eum Anellus Neapolitanus quidam muri conficiendi artifex, cum fame, tum premij spe, quæ proposita erat, adductus, & viam in urbem ingrediendi commōstrat: fama autem erat, cum ad Alfonso à Vetula quadam muliere missum esse, indignata scilicet Renati crudelitatem, quòd ab eo auxilium aliquod deprecata, quòd familiam suam fame pereuntem conseruaret, repulsam passa fuisset. Cæterum voluit Anellus, Alfonso instructa acie paratisq; scalis promptum esse accedendi ad murum, postquam signum daretur: ipse verò ducentos pedites fortissimos viros sibi attributos, se per Aquæductum quendam sequi in urbem imperauit. li ergo noctis silentio ingressi sunt, & eorum quadraginta soli etiam Aquæductus via egressi, in casulam cuiusdam vetulæ peruenerunt: quæ sola ibi cum filiola habitabat, & ipsa fuisse putabatur, quæ Anellum ad Regem, monstrandi huius aquæductus causa, misisset. Quam obrem imperato filia silentio, in ea domo se concluderunt: sequenti diluculo obliuione, metu, aut quacunq; ex causa permoti, signum, sicuti conuenerat, non dederunt: & Alfonso existimabat, aut nō ausos fuisse ex aquæductu egredi, aut patefactos fortassis & cæsos esse. Quòd etiam si ita esset, tamen ante muros armatus agebat: & ea re cognita, Renatus, cum suis ei occurrit, atque inde repulit: qui verò in casula clausi erant, eo tumultu audito, magnopere sibi timebant: neq; enim in Aquæductū redire audebant, quòd periculum esset ne audirentur, nec publicè ad pugnam prodire poterant, quòd pauci admodum cum essent, facile omnes concidi potuissent. Itaque Alfonso nullam amplius in hisce spem habēs, in Castra, & Renatus depulso periculo in arcem rediit. Sed cum interim vnus ex ijs, qui adhuc in Aquæductu latebant, ad Alfonso accurrens, significasset quemadmodum 40. illi qui in urbem ingressi

ingressi essent, metu compulsi in casula laterent, denuò ad muros accessit, vt ijs animum ad prodeundum in pugnam adderet. Eodemq; tempore accidit etiam, vt Vetula filius, ex officina qua agebat domum veniens, pulsarit ostium vt intromitteretur: & milites atque mater, cum deprehendere eum & silentium imperare cõstituisent, portam aliquantulum aperiunt vt intret: sed ille, conspecto armato milite, statim recessit, percitusq; timore ad arma capienda vehementer omnes cœpit vocare, & hinc inde discurrens Renatum eius quòd vidisset certioremfecit. Quamobrem ñ qui in casa latebant magno cù impetu egressi, proximum murum inuaserunt, & vnico custode deprehenso vallum occuparunt: & Renatus itidem audito clamore præstò fuit. Nec Alfonso quicquam omittebat etiam eorum quæ necessaria viderentur, appositisq; Scalis, suis succurrere conabatur: sed à ciuibus facile repellebatur: cumq; non ita conscendi posset, qui in vallo erant, malè tractabantur. Verùm animaduertit tamen aliam partem muri non procul illinc sine custodib. esse: quamobrè ei statim scalas applicare & milites illac murum conscendere iussit. Qui in vallo se defendebant interim, multitudine oppressi, vix hostè sustinebãt: quòd multi eorum vulnerati essent, & nonnulli metu percussisese de muro præcipientes dedissent: iamq; recuperasset vallum Renatus, nisi qui alio loco mœnia conscenderant, à tergo cum magno impetu venientes eum magnopere terruissent. Itaque lentior aliquanto tunc esse cœpit, maioriq; adhuc timore fuit percussus, cum animaduertisset Aragonicum quendam ex equo, quem absq; sessore intra mœnia inuentum fortè conscenderat, fortissimè contra suos pugnare, ex eo enim coniciebat, hostes non modò scalis mœnia conscendere, sed per portam aliquã iam quoq; ingredi. Quòd etiamsi ita esset, tamen nõdum animum abiecerat: sed hortabatur suos strenuè ad defen-

sionem: verum cum cresceret magis magisque; Aragonico-
 rum numerus, propter reliquos quoque, ex ducentis, qui
 iam prodierant ex Aquæductu, & suos perterritos esse
 cognosceret, cœpit aliquantulum recedere. Nec multo
 post, cum hostes, fracta S Ianuarij porta, confertim in vr-
 bem irruere videret, planè amissa defensionis spe, in arcē
 nouam sese recepit: ita tamen vt discedendo etiā pugna-
 ret: cum enim ei Cathalanus quidam Spegius nomine e-
 quum freno apprehendisset, monuit illum aliquoties vt
 sese dimitteret: sed cum cum pertinaciter frenum tene-
 re, & vincula sibi intentare cognouisset, gladio vehemē-
 ter vibrato, manum illi ex brachio amputauit. Nec diu
 post, etiam per mercatus portam alijsque locis fractorum
 mœnium irrupere Aragonici cœperunt, & prædari iā,
 sine cæde tamen hominum, incipiebant: verum rex vbi
 ingressus fuisset, eos à præda abstinere iussit, & per urbē
 inequitando, eam vniuersam in suam potestatem redu-
 xit. Atque hic quidem modus fuit, quo Alfonso huius a-
 quæductus ope, sexta Iulij die, anno seruatoris nostri M-
 CCCXLII Neapolitanam urbem occupauit: postea quā
 scilicet vnum atque viginti annos bellum in regno gessit:
 qua ratione hanc urbem etiam ante annos quinque
 & noningētos, Belisarius à Gothis recuperauerat. Super-
 erāt adhuc ternæ arces, Capuana, Montana, que & S Her-
 mi nomen habet, atque Noua Itaque Capuanam primū
 obsidens, eam de Renati consensu intra quartum diē ob-
 tinuit: Ioannis Cossæ opera videlicet: cum enim is apud
 Renatum esset & coniugem liberosque suos in Capuana
 haberet, eorum conseruandorum causa tantum effecit
 precibus apud illum, vt arcē Alfonso tradi permetteret.
 Deinde cum Montanam quoque subito occupasset, Re-
 natus arcem nouam comœtu optime instructam, An-
 tonio Caluo Genuensi, cui permultum debebat, custo-
 diendam tradidit: vt si intra certum temporis spacium
 non

Spegius.

1442.

Belisarius.

Neapolitanæ
arces obsiden-
tur.

non rediret, aut auxilia mitteret, cum Alfonso pacifcere-
 tur: & ipse conscensus binis Genuensium nauibus, quas *Renatus ex re-
 gno decedit.*
 aliquandiu illic subsistere iusserat, postquam frumentū
 subsidio vrbi aduexissent, in Portum Pisanum cum Othi-
 no Caracciolo & Ioanne Cosa traiecit, atque illinc Flo-
 rentiam ad Eugenium pontificem se recepit. Quibus re-
 bus ita confectis, Alfonso, cum Antonium Caldoram vi-
 ribus aduersus sese auctum esse intellexisset, ei que cōiun-
 ctum esse Ioannem Sfortiam Comitis fratrem: reliquias
 huius belli conficere decreuit. Itaque in prata Capuana
 primū egressus est, deinde illinc ad Fontem Popiliū *Alfonso belli
 reliquias confi-
 cit.*
 ferniamque peruenit: quibus statim occupatis Carpino-
 nem contendit: quo in loco hostium suorum sedes refu-
 giumque erat. Qua re cognita, Antonius eodem contem-
 dit, vt cum Alfonso (sicuti videbatur) dimicaret antequā
 Ioannes Sfortia ex Piceno rediret. Cum igitur ad præliū
 hostis esset instructus, deliberauit Alfonso cum suis de
 ratione pugnandi: qui respondebant, suadere se ne ipse
 prælio interesse vellet, sed negocium ipsis permetteret. *Alfonso magna
 nimitas.*
 Sed ille ob id indignatus: ergo, inquit, quod in huiusmo-
 di certaminibus maximi momenti esse consuevit, ipsius
 scilicet Ducis præsentia, id nūc possit nocere? Absit quin-
 talis infamiae nota nostrae Aragoniorum familiae inura-
 tur: volo vt strenuè pugnemus, & ipse omnium primus
 ero, vt vel illinc cognoscatis, quid vobis imperatoris ve-
 stri præsentia ad laudem atque gloriam consequendam
 queat prodesse. His dictis capiti galeam imposuit, & tuba
 classicum canere iussit. Coeperunt ergo inter sese comi-
 nus pugnare, acriter sanè per multas horas, non sine mul-
 torum cæde. Sed tandem vrgentibus vehementissimè A-
 ragonicis, nec reliquis Sfortianis qui in insidijs positi fue-
 rant, opem suis ferentibus: subacti omnes & vnà cum An-
 tonio capti fuerunt, vt Ioannes Sfortia vix fuga Ortonā
 se recipere potuerit.

*Antonius Cal-
 dora casus.*

Qua victoria comparata, Alfonfus deinde Neapolita-
 num regnum, quâ ab Aquila Regium vsq; in Calabriam
 porrigitur, quandiu vixit vniuersum possedit: & si qui de
 inceptus tumultus concitati fuissent, eos breui tempore
 magnaq; foelicitate sedauit. Et sanè insigne fuit clemen-
 tia & magnanimitatis exemplum, in optimo hoc Rege,
 post hanc victoriam. Nam etiam si omnes ferè suaderet,
 vt Antonium ceu rebellem, perfidum, & naturalem qua-
 si Cathalanorum hostem, mortis supplicio afficeret, ta-
 men parere noluit. Sed cum paternarum iniuriarū, tum
 earum quas ab ipso & antea & in hoc ipso prælio accepif-
 set, oblitus, ei, non aliter atq; si semper amicus fuisset, om-
 nia propria paternaq; bona reliquit, & supellectilem
 eius præciosam sanè coniugi suæ donauit: nec quicquam
 aliud ex tanta præda accipere voluit, quàm vnicam pate-
 ram ex cristallo fabrefactam, & ipsum deinceps, tanquã
 vnum ex charis nobilibus stipendijs suis sustentauit. Cæ-
 teros quoq; nobiles atq; heroes omnes liberauit, & quã-
 uis multos eorum hostes adhuc haberet, tamen eorum
 virtutem magnificiebat, & splendidis muneribus dona-
 bat: qua benignitate & liberalitate non tantum confir-
 mabat amicos, verum etiam hostes beneuolos sibi redde-
 bat. Postquam igitur rex Antonium Caldoram vicisset,
 in Aprutium profectus est, totumq; id in suam potestatem
 reduxit: deinde in Apuliam reuersus, Guastum cæterasq;
 Caldorensium ciuitates occupauit: postisq; ad Manfre-
 doniam castris urbem, quorundam ciuium opera, pau-
 cis diebus obtinuit, arcem verò non item. Et Cæsar Mar-
 tinengus interim atq; Victorius Rangonius, cum Regem
 victorem euasisse viderent, defecerunt à Comite, & Tro-
 iam, cuius custodia præerant, Alfonso tradiderunt: quorū
 exemplum sequuti qui Arrianum, montem Garganum,
 aliaq; loca inhabitabant, & prius Comiti parebant, om-
 nes Regi sese dediderunt. Interea verò Rénatus cum Flo-
 rentiæ

Alfonfi clemencia.

Antonius Caldora Casus.

Alfonfus regni reliquias occupat.

rentiæ multa frustra tentasset, nec auxilia à quoquã speraret: animaduertit arcem Nouam Neapolitanam, non sine magno sumptu posse teneri, & tamen postmodum fortè oportere relinqui. Itaq; elapso eo temporis spacio, intra quòd suppetias Antonio Caluo præfecto ferre debuerat, dedit mandatum Ioanni Cossæ, vt eam Alfonso restitueret, & ipse Massiliam sese recepit: posteaquam scilicet turbulentis hisce temporibus, aliquam regni partem ipse aut cõiunx sex ferè annos possedisset. Io. Cossa igitur impetrata ab eo venia sibi, Othino, & alijs quibusdã Neapolitanis, vnà cum Antonio Caluo de arcis deditone agere cœpit: & cum is pecuniam tantam ab Alfonso accepisset, quantam illi Renatus debuerat, arcem illi liberam tradiderunt. Quo modo Alfonso, cum totius regni imperium occupasset, inuectus est Neapolim curru triumphali, & inaurato, quem ei ciues illius vrbs parauerant, & maximo cum apparatu summaq; totius populi lætitiæ exceptus. Et quò celebrior illius diei memoria foret, expresserunt postea Neapolitani cum regis triumphum magnifico arcu, ex marmore ante arcis portam constructo, eumq; perpetuæ gloriæ sui veri regis consecrarunt.

Renatus ex regno decedit.

Alfonso regno initiatur,

Pax inter Alfonso & pontificem.

Patriarcha Aquileiensis.

Fernandus legitimus pronuntiat.

Quibus ita confectis, ab Alfonso, occupataque totius regni possessione: Eugenius pontifex, qui etiam post multa dissidia acceptasq; iniurias à Populo Romano, Nicolao Fortebraccio, & concilio Basiliensi, pontificatum cum pace administrabat, totum sese dedit ad recuperandum Picenum, quòd à Francisco Sfortia Comite tenebat. Atque vt id facilius posset præstare, Alfonso sibi reconciliare decreuit: quamobrem misit Terracinam ad illum, Ludovicum Patauinum, Patriarcham Aquileiensem, & foedus statim cum eo hisce conditionibus inijt. Vt Pontifex in Alfonso ceu legitimum regem iura Neapolitani regni conferret, & Fernandum eius filium, quem ex Iuuentula Valentina illegitimo thoro susceperat regni hæ-

redem legitimū declararet. Alfonsus è contrā ad recuperandum Picenum omnem operam industriamq; promitteret: ciuitatem Ducatam, Cumulum atq; Matricē Aprutij vrbes, ecclesiæ restitueret. Ea pace confecta, accessit Terracinam ad se Alfonsus Nicolaum Piccininū militiæ ducem: quem vbi stipendijs suis conduxisset, & cum eo de ratione oppugnandi Piceni triduum consultasset, Neapolim redijt: & sequenti deinde Maio, comparatis magnis copijs, ipsemet ei bello interesse decreuit, quamuis ratione fœderis nequaquā obligaretur. Primū igitur versus Aquilam contendit, quod eam videre cuperet: & quamuis multi disfluaderent, ne in eam ingrederetur, quoniam ab Antonucio quodam Andiuinis ad dūcissimum gubernaretur, & ab illo mali quippiam suspicarentur tamen ille magna fiducia, ingressus, ab incolis admodum honorificè exceptus est. Hinc deinde progressus, in Picenum peruenit, & Vissum vrhem, quæ à Comite tenebatur, omnium primā pontifici recuperauit. Quo loco ad eum venerunt, Petrus Corta, & Ioannes Balbus, Philippi Mediolanensis ducis oratores: vt dehortarētur illum ab ea, contra Comitem generum suum, expeditione. Sed Alfonsus tamen in Picenum progredi voluit, vt initi fœderis pacta cōseruaret: & positis castris inter montes Melonem atq; Montechium, stipendijs suis conduxit Mannabarilem, Troilum Rossanum & Petrum Brunorum Parmensem, milites strenuos qui à Comite defecissent. Deinde ad Potentiam flumē metatus, per totam eam regionem excurrerat, multasq; vrbes occupauit, inter quas fuerunt Sansseuerinum, Tollētinum, Macerata, Aesium & Apignanum, quod militibus prædæ concessit. Quibus confectis, ad Contradam arcem oppugnandam, quæ à Roberto Sansseuerino custodiebatur, accessit: sed vbi quinque dies in ea re consumpsisset, & expugnari eam non posse conijceret, descendit per eam regionem, donec Fano,

*Alfonsus susci-
pit expeditionem
in Picenū.*

Antonucius.

Vissum.

Mannabarilis.

Contrada arx.

Fano, quò se Comes receperat, quinque passuum millibus abesset, omniaque loca per quæ transiret occupauit. Hic vero, cum iam videret Fanum, propter maritima auxilia obsideri non posse, & Braccios ad reliquum, quòd adhuc in Piceno supererat, occupandum sufficere sciret, deliberauit mox in regnum redire. Itaque hinc castra mouens, uersus Fermum iter iam tenebat: cumque ad eius portas peruenisset, Alexander Sfortia egressus cum illo strenue dimicauit: sed repulsus tamen intra moenia cum suis cedere coactus est. Perrexit Alfonsus recta uti constituerat, & omnia loca occupauit, quæ inter Fermum & Ascolum occurrissent. Iamque Troento flumine superato, Teramum & Ciuitellam, quas vrbes ei Comes in Aprutio occupauerat, recuperauit: distributisque copijs, & Aprutij urbium administratione in Ioannem Antonium Taliaquottij Comitum, Paulum Sanguineum, & Iacobum de morte Agano, Neapolim maxima cum laude sese recepit: neque negligebat tamen auxiliares copias, quas suis subinde mittebat, & classem quoque octo triremium in Fermensi portu alebat, quæ illinc omnem maritimam oram Piceni poterat perlustrare: & quandoque etiam, ad eandem hanc expeditionem continuandam, in Picenum Mannabariem, Casarem Martinegum, Ramundum Bouillum, & Ioannem Vintimilium mittebat.

Sequitur est deinde annus Christianæ salutis MCCCLXXXIIII. quo, Raphael Adurnio duce Genuensibus imperante, Alfonsus cum ipsis foedus iniit ad V. Idus Aprilis: ipsis conditionibus, ut quòd utraq; pars usque ad illud tempus alteri eripuisset, tanquam proprium quiddam possideret: nec quisquam recuperare tentaret quòd prius amisisset, aut alterius partis hostibus auxilia suppeditaret. Præter hoc autem, obligabant etiam Genuenses, Alfonso quotannis, quoad diu uiueret, auream peluim honorarij muneris nomine offerre. Sed non diuturna tantum fuit hæc pax, quoniam Alfonsus hoc eorum munus non nisi cum quadam solennitate excipiebat:

Alfonsus in regnum redit.

1444. Alfonsi foedus cum Genuensibus.

conuocabat enim omnes nobiles aulicos, & populum ipsum ad hoc spectaculum, deinde in sedili regio sedens, peluim ceu triumphale munus à Genuensibus excipiebat. Quamobrem illi magnopere indignati, antequam quartus annus elaberet, munus noluerunt amplius mittere: fractaq; pace deinceps, se mutuò vexare nunquam desierunt.

*Antonius mar-
chio Crotonia
ta.*

Postea verò, cū hæc ita peracta fuissent, Antonius marchio Crotoniata, qui paternum genus à Centilia, maternum verò à Vintimilia familia ducebat, & pro Alfonso antea multa per Apuliã Calabriamq; præclare gesserat, ad Fontem Papiliū cum trecentis equitibus peruenit. In quem locum cum conuocati fuissent à rege omnes totius regni magnates, accusatur coram Alfonso, quòd vni ex præcipuis nobilibus aulicis mortem intentãrit. Itaq; clanculum illinc discedens, Cathanzanum quam urbem ipse possidebat, sese recepit, atq; illic antiquas sopitasq; iam inimicitias suscitare, multosq; non tantū regni magnates, verum etiam Venetos, aliosque Italiae principes, per suos oratores ad arma contra Regem capienda hortari cœpit. Sed frustra tamen id totum tentauit: nam rex bello illum persequutus, Crotonem, omnemq; eius ditionem occupauit, & Cathanzanum obsessum ad ditionem absq; vllis conditionibus coegit. Ioanni verò Nuceo Longobardico, qui consiliarius illi & autor huiusce rebellionis fuerat, quicquid haberet eripuit, & extra regnum in exilium misit. Dum autem in hac expeditione occuparetur Alfonso, defecerunt iterum ab illo Iosias Aquaiuensis, itemq; populus Teramensis, qui Sfortianos in auxilium vocarunt. Et cum illis Comes Antonianus Triultium, & Sebastianum Canosum submisisset, pulsifuerunt ab illis Aragonici, qui se ipsis apposuisset. Verum cum Asculum quoq; ad Comitem, paulò post in Piceno defecisset, & rex eius rei causa Vintimiliū eò misisset:

ausu-

Ioan. Nuceus.

*Noui motus in
Piceno.*

aufugerunt omnes Sfortiani, Fermumq; sese receperunt, & Iosias in summum discrimen amittendæ suæ ditionis peruenit: sicq; pergentes Aragonici simul ac pontificij, non desierunt bellum continuare, donec vniuersum Picenum, solo Aesio excepto, quod denuo se Sfortianis dederat, occupauissent.

Erant per idem ferè tēpus in Longobardia, grauißima bella inter Venetos & Philippum Mediolani ducem: cūque Philippus Pisauensem Comitē ad sua stipendia perduxisset, & viribus pecuniāq; exhaustus non soluere posset, ad Alfonso confugit, & ab eo, quod iam Eugenius pontifex esset defunctus, in eiusque locum Nicolaus V. successisset, auxilium postulauit. Quamobrem illi Alfonso, acceptorum beneficiorum haud immemor, tribus modis succurrit: & ita quidem vt nullo modo tamen violauerit, quæ Romanæ curiæ sub Eugenio promississet. Primum enim curauit vt Comes Aesium, quam urbem in Piceno solam tenebat, pontificijs pro triginta quinque aureorum nummum millibus restitueret, eaq; pecunia Philippus iuuaretur: deinde ei in Longobardiā subsidio misit Ramundum Bouillum cum mediocribus copijs, itēque Cæsarem Martinengum: quamuis hinc fortunam prosperiorem sequutus ad Venetos paulò post transiuerit. Et tandem ipsemet quoque, anno salutis Christianæ MCCCIII. Capuam Caietamq; atq; hinc Tyburtum vsque peruenit: vbi magnum exercitum comparauit, vt Florentinis in Tuscia bellum inferret, quoniā aduersus Philippum cum Venetis foedus inijsset. Dum verò hoc ita constituit, literas à Philippo accepit, quibus rogabatur, vt vnum ex suis intimis ad sese quàm citissimè mitteret. Quamobrem ablegauit ad eum Alfonso Ludouicum Poggium, quem communi nomine fratrem Pucciū appellabant, virum in rebus grauibus maximè exercitatū: & is ad Philippum perueniens, agrotare eum deprehen-

Bellum in Longobardia.

Alfonso Philippo duci auxilium præbet.

1447.

Frater Puccius

*Alfonfus he-
res à philippo
institutus.*

dit, & eo animo erga Alfonso esse affectum, vt suum il-
li principatum omnem testamento legare decreuisset:
iamque velle Ramundo Bouillo, qui in Longobardia e-
rat, omnes redditus munitionesq; imperij tradere, solis
Papiensi & Mediolanensi arcibus exceptis, quas ipsemet
in manus quasi tradere cuperet: & desiderare vt rex harū
rerum quam citissime certior fieret. Quamobrē Alfon-
sus vbi hæc omnia ex Puccio, qui Tyburtum mox aduo-
lauerat, cognouisset: vehemēter doluit, quod tantus prin-
ceps, & quem patris loco habebat, in eas angustias à Ve-
netis compulsus fuisset, vt imperio renunciare constitu-
isset. Et eundem Puccium magna celeritate Mediolanū
remisit, cum mandatis, vt Philippum bono animo esse
iuberet: se enim mox illi suppetias laturum, venturumq;
in Longobardiam ad eum, non accipiendi principatus
spe, sed vt illum à Venetorum rabie defenderet: cogita-
ret igitur potius Venetorum imperium alijs distribuere,
quàm se suo principatu priuare. Dum Puccius cum hi-
sce mandatis Mediolanum contendit, Philippus febri &
disenteria grauatus, ex hac vita Idibus Augusti migraue-
rat, & Alfonso totius imperij sui heredem nuncupauit.
Itaq; traditur Ramundo, vt defunctus constituerat,
ipsa quoq; Mediolanensis arx: & ille conuocatis ad se om-
nibus belli ducibus, qui Philippo militauerant, vt pote
Guidantonio Fauētino, Carolo Gonzaga, Ludouico Ver-
mio & Ludouici Sanseuerini filijs, eos omnes Alfonso in-
reiuorando deuinxit. Sed illi tamen paulo post, huius da-
tæ fidei oblitum sunt: nam cum populum Mediolanensem,
se in libertatem vindicare velle cognoscerent, consense-
runt illi, & Ramundi militem omnemq; suppellectilem,
quæ in S. Ambrosij collegio seruabatur, diripuerunt. Po-
pulus igitur parua pecuniæ vi, maiorem arcem obtinuit:
qui in minori erant, se aliquandiu defenderunt, sed
cum populus eis persuaderet, Alfonso suppetias illis
non

*Philippus mo-
ritur.*

*Mediolanen-
ses deficiunt.*

non esse laturum, diuiserunt inter sese septendecim aureorum nummum millia, quæ in Philippi scriuis deprehendissent, & arcem populo tradiderunt: quam ille cum occupasset, vna cum altera ex fundamentis euertit. *Alfonfus bellum gerit contra Florentinos.* Alfonso autem expeditionem contra Florentinos susceptam, cuius causa Tyburtum venerat, nihilominus continuandam sibi existimauit. Iraque celebratis Philippo apud Sabinos magnificis exequiis, in Senensium fines reuersus est, & contra Florentinos progressus, eos incendijs rapinisq; vehementer vexauit: nam Ripam maranciam in agro Volaterrano, Gerardicq; tractus castella, & Piscaria Castellionem occupauit. Florentini ergo qui nihil tale suspicati fuerant, stipendijs suis conduxerunt Federicum Urbini Comitem, & Sigismundum Malatestam Arimini dominum, eaque hyeme pro virili se defenderunt. Vere incunre deinde, anno salutis nostræ MCCCIII. *Plumbinum.* Plumbinum obsedit Alfonso, quod ita se Florentinorum auxilij defendit, vt ille, quamuis sua classe ipsis Lilijs insulam eripuisset, intemperie quadam aeris afflictus, vix in regnum, magna exercitus parte amissa redire potuerit. Sed cum breui tempore post obiisset Ranaldus Ursinus Plumbini dominus, coepit metuere Catharina illius vxor, ne forte ipsa vidua iam, ab Alfonso bello impeteretur: itaque promissa illi tributi nomine, quotannis dum viueret aurea Patera, quæ pondere æquaret quingentos nummos aureos, pacem impetrauit: Quod sanè tributum deinceps semper fuit persolutum, etiam ab Emanuele Apiano, qui Catharinæ in Plumbini possessionem successit. *Florentin. pax cum Alfonso.* Quibus rebus ita confectis, Florentini quoque suos oratores ad Alfonso miserunt, pacem ab eo postulantes, eamque Sulmone facile impetrarunt: ea tamen conditione, vt Lilijs insula & Castellionem Piscariæ ei relinquere.

*Alfonſus ſauet
libertati Me-
diolanenſium.*

Neq; verò neglexit etiam per id tempus Mediolanenſium libertatem Alfonſus, cum ipſius Franciſci Comitum, tum reliquorum eius ducum, qui Ramundum tam iniquè tractauerant, odio permotus. Nam cum ipſi ſuos oratores ad eum Aquauiuam, quæ in Aurelia via eſt miſiſſent, vt ſubſidium ab eo peterent: annuit ille, quãuis non multum ea re effecerit: fortè quòd iam ante diuinitus cõſtitutum eſſet, vt ſicuti ad eum regnum Neapolitanum ita ad Franciſcum Comitem Mediolanenſe imperiũ perueniret. Miſit tamen ſuis ſumptibus, aduerſus Franciſcũ & Alexandrũ eius fratrem, Iacobum Comitem, & Franciſcum Piccininum, vt Parmam oppugnarent, quam Parmianus cuſtodiebat: & Nicolao Guarierio Othoboni tertij Parmenſis tyranni filio, Sfortianorum hoſti, ſubſidio itidem miſit octingentos equites, quibus arcem Parmenſem defenderet. Aſtorem verò Fauentinum ſuis ſtipendijs conductum, in Longobardiam miſit cum mille quingentis equitibus: cumq; eum à Comite pecunia corruptum Fauentiam rediſſe cognouiſſet, iterum ſubſtituit illi Ramundum Anichinum cum equitibus quingentis: ſed hic Colornum perueniens ab Alexandro caſus fuit.

*Federicus III.
Alfonſum viſi-
tat.*

Vbi ex Tuſcia Alfonſus in regnum rediſſet, Federicus Imperator, cum per id tempus Romæ coronam à pontifice accepiffet, ad eum Neapolim vſq; peruenit, vnà cũ Helionora coniuge, ex Portugalliæ rege ex Ioanna Alfonſi ſorore nata: ibiq; ab Alfonſo magnifica pōpa excepti, & incredibili honore muneribusq; affecti ſunt, per plures dies quibus illic fuerunt. Nullum hĩc magnificentiæ officium abſuit: fontes enim viniferi per urbem inſtituti erant, Germaniſq;, quæ à mercatoribus emerent, omnia gratis dabantur: quòd illa omnia liberaliter Alfonſus poſtea ſoluturus eſſet. Longum eſſet deſcribere, certamina in palæſtris tanta magnificentia adornata, Choreasq; & alio

alio eius generis summo cum apparatu per urbem instituta. Illa enim omnia tanta fuisse accepimus, ut nullius oratoris facundia explicari posse pro dignitate videretur. Quæ omnia ab Alfonso in ea celebritate, etsi tam magno sumptu fuissent instituta, Federicus tamen discedens, nullam regie virtutis existimationem post se reliquit.

Iam verò Franciscus Sfortia Comes Mediolanensem principatum occupauerat: & Veneti eius rei causa, sicuti ipsi asserbant, aut potius, sicuti re ipsa apparuit, quòd secum fedus ad illius excidium inire nolissent, concitato tumultu omnes Florentinos Venetis, cæterisq; suis urbibus expulerunt: Quæ res magno iterum atq; periculo bello originem dedit. Florentini enim vlciscendæ iniuriæ causa, Cosmo Mediceo duce, tantum apud Franciscum Mediolanensem principem egerunt, ut vnà secum bellum Venetis inferre decreuerit. Quamobrem illi Leonelli Estensis Ferratiensis marchionis opera fœdus cum Alfonso Rege inierunt, & ita cum illo composuerunt, ut quoniam Florentinos magno odio prosequeretur, illis bellum faceret, dum ipsi ducem Mediolanensem oppugnarent: sic enim fore, ut neq; hic illis, neq; illi huic vllomodo subuenire possent. Et Alfonso, qui pacta summa fide obseruabat, primum quidem Gulielmum Monferratum suis stipendijs conductum, cum quater mille equitibus duobusq; peditum millibus in Alexandria fines misit, & vnà cum Venetis sumptum fecit in Gibertum Corregium: qui ambo viri strenui in Parmensi ditione, per duos annos continuos cum duce bellum gesserunt. Deinde anno seruatoris MCCCCLII. aduersus Florentinos in Tusciam misit Fernandum filium, cum sex equitum, & duobus peditum millibus, eiq; adiunxit Neapolionem Vrsinum, Euersum Anguillaræ, & Federicum Urbini Comites: qui in Cortonæ Aretisq; fines ingressi, eos rapinis

Alfonsi fœdus cum Venetis.

Venet. & Alfonsi bellum cū Florent. et Mediolanensib.

1452.
Fernandus Aragonicus.

dauastarunt, Foianum oppidum non contemnendum atque munitum expugnarunt, & Astorem Fauentinum, qui primus Florentinis suppetias tulerat, conciderunt: deinde occupatis adhuc aliquot arcibus, sese Aquauiuā in Aureliam viam ad hybernandum receperunt. Iamq;

Antonius Olzina.

etiā Antonius Olzina, Florentinis Alfonso nomine Vadā in agro Volaterrano eripuerat, eaq; munita, illos multis molestijs afficiebat. Dumq; hæc ita gerūtur, reuertit in Italiam Renatus, cum vt Francisco suppetias ferret, tum quòd speraret, confectis Longobardicis bellis, nouos motus in regno Neapolitano posse concitari. Veneti autem cognito eius aduentu, apud Sabaudia ducem & Montiferrati Marchionem effecerant, vt illi iter pedestre præcluderetur: quamobrem cum binis tantum nauibus Genuam appulit, reliquum verò eius exercitum Astam vq;

Renatus in Italiam redit.

conduxit Ludouicus Delphinus Viennensis, qui postea rex Gallia fuit, eius nominis XI. quòd videlicet Venetos odisset, & Francisco consultum esse cuperet. Sed Renatus postquam tres circiter menses cum suis in Italia fuisset, nec quicquā memorabile adhuc gessisset, ex nescio qua occasione permotus, subito in Galliam denuò contendit, magnamq; inconstantia existimationem de se reliquit, ac si magnis grauibusq; rebus expediendis, minime aptus esset. Iamq; post Renati discessum, incipiebant vtrinq; hostes belli incommodis fatigari, præsertim quòd non leue detrimentum Christiani eo anno accepissent,

Constantinopolis à Turca capta.

propter captam à Turcis Constantinopolim. Itaque Simonis Camerini Hæremitani opera, viri ex Diui Augusti societate non magna eruditionis, sed officiosi atq; fidelis, pax inter Venetos, Mediolanensem Ducem, & Florentinos, Alfonso inscio, constituta est, anno salutis MCCCCLIII. nona die Aprilis. Et Alfonso quamuis indignatus esset, quòd eum non iudem ad pacem hanc inuitassent: tamen, vt solebat amicorum vtilitatem priuatis hono-

honoribus præferre, eam paulò post confirmavit, & Fernandum filium ex Tuscia reuocauit. Sequenti deinde anno, miserunt etiam ad eum Nicolaus pontifex quidè Firmanum Cardinalem, Veneti verò, Dux Mediolanensis atque Florentini alios oratores, & cum eo totius Italiae nomine pacem atq; fœdus inierunt, in annos viginti quinque: soli q; exclusi ab hoc fœdere fuerunt, urgente Alfonso, Genuenses, Sigismundus Malatesta, & Astor Faentinus: & in ipsiis cõditionibus manifestè exprimebatur, ne illis fœderatorum quisquã suppetias ferre posset. Genuensibus quidem quòd pacem non seruassent, Sigismundo, quoniam accepta à Rege pecunia, & cum mille octingentis equitibus, ducentisq; peditibus in Tusciam missus, defecerat, & transferat ad Florentinos: Astori deniq; quoniam (vti suprà dictum est) cum ad Parmam oppugnandam missus esset, accepto stipendio institutum neglexisset, & sese domum recepisset. Et quamuis in illum vsq; diem Alfonso cum Frãncisco Mediolanensi Duce similtates habuisset: tamen cum iam ipsius virtutem atque potentiam cognouisset, simulq; sciret Ioannẽ Renati filium, qui Calabriae Dux appellabatur, multa contra sese totiusq; Italiae tranquillitatem machinari, eum sibi conciliare, & affinitate aliqua deuincire constituit. Itaq; Hippolitam Mariam eius filiam Alfonso nepoti, primo genito Fernandi filio, desponsauit, & Helionorã neptin suam eodem patre natam, vicissim in matrimonium promisit Sfortiæ mariæ Francisci ducis filio: quòd tamẽ matrimonium, cum Helionora admodum iuuenis esset, propter motus, qui deinde sequuti sunt in Italia, impeditum, eaq; puella Herculi Estensi II. Ferrariensi duci elocata fuit. Quibus ira confectis, totaq; Italia iam nouo fœdere pacata, ac Rege cum Francisco peculiari affinitate cõiuncto, discedit ex hac vita Nicolaus VI. pontifex, anno domini MCCCCLV. ei q; in pontificatũ substituit Calistus III.

Commune fœdus Italicorum.

Alfonsus contrahit amicitia cum Mediolani Duce.

*Nicol. VI.
Calistus III.*

1455

Is Cathalanus erat, natus Valentiaë ex Borgia familia, & pluribus annis Alfonso à consilijs fuerat, vt illius rerum peritissimus esset. Cum ergo eum regis orator interrogasset, quo animo erga Alfonso esse vellet, respondit: Gubernet ipse suum regnum, ego meum administrabo pontificatum. Et quamuis multis fictas tantum eas esse inter illos inimicitias existimarent, tamen postea apparuit verissimas fuisse, eiusq; rei causam in Calisto potius quam Alfonso, pro communi videlicet sacerdotum natura, extitisse. Hoc enim illius animi manifestum indicium postea fuit: quod vbi de regis morte certior factus esset, sublatis in Cœlum oculis, magna lætitia in hæc verba prorupit: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Et deinde statim Fernandum eius filium Neapolitano regno, confecto diplomate mouit: veluti nos ea paulo post, copiosius suo loco docebimus.

Calisti malus
animus.

Bellum contra
Senenses.

1456.

Orbitellum.

Sequitur est deinde annus salutis nostræ MCCCC LVI. quo inito iam hoc inter Italos fœdere, electoq; nouo pontifice, Iacobus Piccininus Comes, & Mathæus Capuanus, vnà cum multis alijs, quibus nulla pendebantur stipendia, coniunctis viribus in Senensium fines ingressi sunt: cumq; leuia quædam gessissent, à Venetis atq; Sfortianis, qui Senensibus subsidio venerant pulsati, sese ad Castellionem Piscariae receperunt. Hic verò obsessi, se strenuè defenderunt: sed propter obsidionem cōmeatu destituti, cornis prunellisq; immaturis per plures dies vesci coacti fuerunt: postea tamen, Orbitello per proditionem capto, & comœtu adiuti, se sustentarunt, donec illis Alfonso auxilio venisset. Is enim pecuniam illis annonamque nauibus submisit, & confœderatos sollicitauit, vt ipsi quotannis centum aureorum nummum millia pendere, quod id ad communem Italiae tranquillitatē, per multum facere posse putaret: cumq; nullus eorum assentiretur, effecit nihilominus Rex, vt Senensibus Piccininus omnia

omnia quæ illis eripuisset, restitueret, & suis stipendijs eū in regnum recepit. Neq; mihi videtur silentio prætereū-
 dus esse hoc loco terremotus, qui eodem anno in regno *Terramotus*
 fuit: tantus profectò, quantus nunquam ibi fuisse memo- *in regno.*
 riæ proditum est: cum tamen philosophi & rerum natu-
 ræ indagatores, Campaniam, Leboriosq; campos huius-
 modi calamitatibus nunquam caruisse asserant. Cœpit
 is nonis Decembribus nocturno tempore in diuersis re-
 gni locis, & per totum eum mensem deinde, alijs atq; a-
 lijs horis, non sine magno hominum terrore, leuiter tan-
 tum sæuit, vsq; ad III. Calen. Ianuarij: quo die tandem, cir-
 ca XVI. horam vsque ad eò creuit, vt post hominum me-
 moriam nihil tam horribile vsquam fuisse acceperim?
 sumpto enim initio Neapoli, se per Leborios, Aprutium,
 Apuliamq; explicauit, magno cum hominum excidio,
 multarumq; ciuitatum ruina. Multa magnifica ædificia
 rerum publicarum, multæ priuatorum domus arcesq; *Boianum.*
 ex fundamentis corruerunt: quosdam terræ hiatus qui-
 dam absorpserunt: nonnullę deniq; sicuti Boianum, hoc
 modo absorptæ, lacum in sui monumentum reliquerūt.
 Tantaq; fuit ea clades, vt Pius II. pontifex, & Antoninus
 Archiepiscopus Florentinus, in suorum temporum hi-
 storia asserant, reductis ad calculum, qui in singulis locis
 perijissent, triginta hominum millia fuisse desiderata: a-
 cerbissimo nempe casu, qui iam ad eam calamitatem ac-
 cedebat, quam antea ex tot bellis pertulissent.

Sequenti anno misit Alfonso mense Nouembri, Iaco-
 bum Piccininū per Aprutiū in Sigismundi Malatestæ di-
 tionem, vt eum oppugnaret, quoniam à communi fœde-
 re (vti iam diximus) exclusus erat: qui tamen, postquam
 Federici Urbini Comitibus ope, ei aliquot castella cis Me-
 trum Fani fluuium sita occupasset, discessit, & institutū
 reliquit, quòd eum sua loca ita munijse cognouisset, vt
 non facillè illi quisquam molestus esse posset.

*Alfonsi bellum
contra Genuē-
ses.*

Per idem ferè tempus, diripuère Aragonici nauē quan-
dam Genuensem, quæ onerata ex Scio Genuam contem-
debat. Itaq; indignati ob eam causam Genuenses, mise-
runt Ioan. Philippum Fliscum in portum Neapolitanū
cum quatuor maximis nauib⁹, vt ibi Regis classem exure-
ret: sed is cum ab ijs qui classem defendebant, tum vi tor-
mentorum, quæ ex vrbe emittebantur pulsus esset, disce-
dere coactus fuit. Nec multò post insequuta iterum re-
gia classis, sex Genuensium naues ad montem Circellū
apprehendit, easq; direptas, coniectis in fugam gubernā-
toribus, submerferunt. Itaque intercessit tunc vniuersa I-
talia pro Genuensibus apud Regem, vt pacem inter ipsos
conciliarent: sed id frustrā fuit. Alfonsus enim ab exulib.

*Perinus Frego-
sius.*

quibusdam Genuensibus instigatus, maiōri adhuc cum
fiducia expeditionem aduersus ipsos suscepit. Et Perinus
Fregosius eorum dux, cum vnicam esse videret mitigan-
di Regis rationem, si abdicaret se ducis dignitate, eumq;
Adurnijs restitueret, postquā multorum auxiliū in Italia

*Genua Gallo
tradita.*

frustrā implorasset, ad Carolū VII. Gallix Regē confugit,
eiq; Genuensem urbem donauit. Quamobrē Carolus ac-
cepta conditione, mox Genuam misit Ioannem Renati
filium: qui in eam ingressus, eaq; in suam potestatē cum
Castelletto ceterisq; munitionib. accepta, portū aduer-
sus Alfonsi classem transuersis catenis muniuit, auxilioq;
Perini adiutus, nihil eorū omittebat, quæ ad vrbis custo-
diam facerent. Alfonsus autem è contrā, ad eam expu-
gnandā Bernardo Villamarino Duce, adduxit viginti na-
ues optimè instructas & decem triremes: cum quib. non

*Bernardus Vil-
lamarinus.*

procul à Genuensi portu subsistens, Palermū Neapolita-
num, cum magnis copijs urbē in continenti obsidere cu-
rauit: eoq; modo Genuam tam grauitè obsidēre cœpe-
runt, vt iam certa victoriæ spes fuisset, ni vltima linea re-
rum humanarum superuenisset. Incidit enim in febrim
sub Iunij mensis finem: nec tamen quicquam omittebat

*Alfonsus mori-
tur.*

rerum

rerum necessariorum primùm: verùm morbo tandem vi-
ctus, ex hac vita Calendis Iulij discessit, anno seruatoris
MCCCCLVIII. Quidam aiunt eum quarto die ante ha-
sce Calendas obiisse: iamque annos natus erat sexaginta
sex, & regnum Neapolitanum annos viginti & duos ad-
ministrauerat. Successorem reliquit in Aragoniæ quidē
Siciliæq; regnis Ioannem fratrem suum, in Neapolitano
verò Fernandum filium. Hic sanè digna mihi vel impri-
mis videtur tanti regis præstātia, vt de illius vita breuiter
aliquid dicamus, postquam hætenus res ab illo præclare
gestas, quantum ad institutum nostrum facere videba-
tur, explicuimus: vt intelligant huius nostræ historiæ le-
ctores, Alfonso non solius Neapolitani regni, verume-
tiam multorum aliorum dignissimum regem extitisse:
& ipsis quæ possedit regnis, longè fuisse præstantiorem.
Cæterum communis ferè est omnium historicorum sen-
tentia, Athalaricum Gothorum occidentalium, qui Vi-
sigothi dicebantur, Regem Hispaniæ regnorum & fami-
liæ quæ hodie adhuc illa possidet, autorem fuisse. Ioan-
nes igitur Castellæ rex primus huius nominis, & ab Atha-
larico octuagesimus, ibi regnare cœpit anno salutis Chri-
stianæ MCCCCLXXIX. & ex Helionora Petri Aragonici re-
gis filia binos filios suscepit: Henricum scilicet & Fernan-
dum, q̄ ppter excellentē virtutē & mores optimos lumi-
na mūdi ijs temporib. dici meruerūt. Et Hēricus quidē, q̄
nata maior esset, patri in regnū Castellæ successit, ac ter-
tius eius nominis fuit. Fernādus verò ad Aragoniæ regnū
vocatus, ppter Martini senioris obitū, q̄ mortuo iā antea
eiusdē nominis filio, sine legitimis liberis discesserat, nō
ram cognationis priuilegio, q̄ singulari virtute & gratia,
qua p totā Hispaniā pollebat, summo honore omniūq;
consensu except⁹ fuit, anno salutis humanæ MCCCCXII.
Reiectis scilicet reliquis competitoribus, Ludouico An-
diouino II. qui ratione Violāthis vxoris suæ, ex Aragonica

1458.

Alfonso

Alfonso vita.

Genus.

familia natæ, regnum appetebat, item quæ Iacobo Vigelli
 Comite, & Federico Martini illegitimo filio, iuvene ad-
 huc, sed plurib. charissimo, & regia planè indole. Ex hoc
 igitur Fernando, antequam ad Aragoniæ regnum perue-
 niret, & Blanca Alocherij comitissa, Sancij consobrini sui
 ex regia stirpe nati filia, genitus fuit Alfonsus, primus eor-
 um filius: & post patris obitum, qui in Aragonia nō diu
 admodum regnavit, cum ab ipso, tum fratribus suis, quo-
 rum suprà mentionem fecimus, habuit regnum Arago-
 niæ, Valentix, Siciliæ, Sardinix, Maioricæ: & deniq; ipsum
 quoq; Neapolitanum regnum, eo quo diximus modo,
 occupavit. Statura mediocri fuit, corpore pulchro & a-
 lacri: facie pallida magis quàm fusca aut alba: oculis Lyn-
 ceis, aspectuq; læto: nasum in medio altiorem adeoq; a-
 quilinum habebat, qualis nempe regibus ex Persarū sen-
 tentia convenit. Pili ei nigri erant, eosque breves habe-
 re volebat, vt aures occultare nequirent. Oratione vt ba-
 tur concisa, pura, sententijsque referta: & in responden-
 do humanus erat ac placidus, multumque interesse pu-
 tabat, ne quem suo responso offensum à se dimitteret: i-
 raq; si quando ab illo peteretur etiam aliquid, cui assen-
 tiri non posset, dilationem potius aliquam interpone-
 bat, quàm vt planè negaret. Religioni erat deditissimus,
 sacrisq; diligentissime solebat interesse: nec quicquam
 eorum prætermittebat, quæ ad frequentiam, ac maiesta-
 tem sacrificiorum facere possent. Dum verò iam sacra-
 fierent, vsque aded attentus astabat, vt cum aliquando
 templum terræmotu quodam vacillaret, in quo sacris
 intererat, & omnes qui aderant metu perculsi aufuge-
 rent: ipse solus remansit ipsumque sacerdotem, qui itidē
 perterritus aufugere volebat, retinuit, insitque vt sacri-
 ficium perficeret: cuius rei causa postea, cum ex ipso que-
 reretur, & cur tanto periculo se exposuisset, respondit cū
 quadā maiestate, id quod in Solomonis Ecclesiaste est:

Corda

Corda regum in manu Dei esse. Et si quando incideret in eos, qui sacram hostiam per urbem ferrent, eam ipse quoq; pedes magna cum reuerentia comitabatur. Temperans admodum erat, maximè in vini vsu, quod aut non omninò bibebat, aut multa aqua diluebat. Formam, omnemq; pulchritudinè amabat, eamq; non minus de moribus indicare aiebat, atq; flores de fructu: nec tamè modestiam vlllo modo violabat: Liberalis erat, & magnos sumptus faciebat. Itaq; cum aliquando de Tito imperatore narrare audiret, quòd dicere solitus fuisset, videri sibi illum diem amisisse, in quo non aliquid dono dedisset: & ego inquit gratias Deo ago, quòd huius rei ratione nullum adhuc diem amiserim: & meritò sanè: nam & erga alios principes eorumq; legatos insigni quodam munificentia utebatur. Difficuler quenquam morte damnabat: & quanquam iustissimus esset, tamen minimè humano sanguine delectabatur. Scelestos autem homines perditosq; latrones, quos magnopere oderat, singulorum locorum magistratibus puniendos commisit: idq; tanta cum seueritate sub eo Rege fuit obseruatum, vt præter superiorum temporum consuetudinem, totum regnum vbiq; securum esset, & tutò hinc inde cum homines peregrinari, tum merces deuehi possent. Interdum micandum strenuus terribilisq; erat: sed postquam finis esset certamini impositus, & victoriam obtinuisset, perhumanus erat, & omnis iniuriæ obliuiscabatur. Vxorem habuit Mariam consobrinam ex Henrico III. de quo ante diximus, nam, & Ioannis II. Castellæ regis sororem: foeminam rarissimam, quæq; illis temporis iustitiæ, pudicitia pietatisq; speculum vocari meruit: verum hæc in Italiam nunquam peruenit, neq; ei liberos vllos peperit. In apparatus faciendis autem, ornamentisq; rei domesticæ, ac supellestiale aurea, argentea, sericea, aut alia eius generis comparanda magnificus erat Alfonso.

*Virtus.**Liberalitas.**Clementia.**Uxor Alfonsi.*

misq; gemmis delectabatur, ex quarum optimis, magna
 copiam ex omnibus mundi partibus collegerat. Quibus
 omnib. in rebus, etsi magnificus esset, & valde sumptuo-
 sus, tamen suum ipsius corpus raro, aut nunquam admo-
 dum precioso & inusitato vestitu ornabat: quod sciret vi-
 del cet ornamenta corporis non efficere, vt Reges à cæ-
 teris hominibus differrent. Spectacula autem & certami-
 na armis, cum in arce sua perpetuò institui, tum per vr-
 bem quoq; magnificè semper voluit celebrari. Multa di-
 uersis locis ædificauit, quorum præcipua fuere arx noua,
 quam ad eum modum atq; elegantiam renouauit, qua
 eam nunc esse videmus: Oui arcem quoq; iam antè mu-
 nitissimam ita expoliuit, vt regiam commodamq; habi-
 tationem præbeat. Portus Neapolitani muntiones au-
 xit, & paludes exsiccandas curauit, quæ circa urbem sitæ,
 aerem insalubriorem reddebant. Naues ingentis magni-
 tudinis construxit, quæ in mari non naues esse, sed arces
 quædam vrbesq; videbantur. Venabatur canibus libe-
 ter, & aucupijs præcipuè, quæ falconibus perficiuntur, de-
 ditus erat, quo exercitiij genere multum temporis consu-
 mebat. Re militari plurimum delectabatur, & gloriæ cu-
 pidus erat, ocijq; inimicissimus: itaq; cū illi in regno Nea-
 politano viuente etiamnum Ioāna, à grauioribus rebus
 vacaret, bellum nauale aduersus Barbaros infideles bis
 gessit. Ac primo Zerbiam insulam quæ antiquitus Lo-
 thophagorum erat, occupauit: cum enim ea continenti
 ponte iungeretur, Alfonso cupiens impedire ne per eū
 subsidia incolis ferrentur, rupit illum, constructoq; ma-
 gno aggere oppugnare insulam cœpit. Butifer^o verò Tu-
 neti Rex ei cum centum Aethiopum millibus se oppo-
 suit: atque commisit prælium cum illo, eumq; ita profu-
 gavit, vt præcipui quique in eius exercitu omnes interie-
 rint, & ipse Rex fuga vix salutem sibi quærere potuerit:
 quamobrè nō modò insulā occupauit, sed Butiferū quo-
 que

*Bella contra
 Barbaros ab
 Alfonso gesta.*

que tributariū p multos annos sibi esse coegit, & præda onustus in Siciliam redijt. Quo loco vbi se aliquantum refecisset, nouam expeditionem suscepit aduersus Africā urbem, quæ ita totius regionis nomine appellatur: & vbi illius situm considerasset, redire constituit: itaq; vniuersam classē, & quicquid in portu Africani haberent diripuit, amplissimaq; spolia in Siciliam Ischiamque reportauit. Alia quoq; bella extra Italiam gessit, dum regnum Neapolitanum pacatum habuit. Nam Bernardum Villamarinum misit in Epirum, qui omnem Venetorum classē, quam illic haberent, exussit, ppter ea quòd ipsi quoque, Vnam ex suis nauibus in Syracusano portu combussissent. Nec leuia quoq; auxilia Christianis aduersus Turcas suppeditauit: cum enim Acarnaniæ Despota, qui Ioānis Vintimilij filiam in vxorem habebat, à Turcis obsideretur, misit illi subsidio socerum cum magnis copijs: qui proinde traiecto Ionio mari, hostes inuasit, magnaq; eorum strage edita, Despotam generum obsidione liberauit. Misit etiam subsidio contra Turcas, Scāderbachio Camusæ Albanorum principis filio viro fortissimo copias suas: quæ Croiam ijs eripuerunt & Alfonsi nomine defenderunt: cum Scanderbachij nepos aduersus patrum Turcarum stipendia mereret, illum quoq; ceperunt, & Neapolim misere captiuum. Nemini enim deerat Alfonsus contra infideles: sed quandiu vixit, omnibus qui ab ijs infestarentur, pecunia atque milite auxilium suppeditauit. Literarum verò studia plurimum amauit, & dicere solebat, cum aliquando legeret proemium in Augustinum de ciuitate Dei, cuiusdam qui illum autorem in Hispanicam linguam transtulisset, in sententiam quādam incidisse, quæ Regem non literatum, asinum esse pronunciabat corona exornatum: eoq; dicto vsque ad eò affectum fuisse, vt decreuerit operam literis omnibus modis nauare: quamuis gr̄ate mediocriter esset profectus.

Studia literarū

Ac mirum sanè est, cum tot bellicis tumultibus occupa-
 tum, tanta fortunæ varietate agitatum, tot deniq; nego-
 ciorum generibus intentum, nunquam tamen lectione
 internilisse, nunquam colloquia atq; disputationes de
 re literaria doctissimas, neglexisse. Nam & in extrema æ-
 tate iam, nunquam à se Grammaticum quendam Marti-
 num nomine virum senem dimittebat, sed perpetuò a-
 pud se habebat, etiam inter media negocia, & de literarū
 studijs cum eo conferebat: qua sedulitate tantum sanè
 profecit, vt epistolas Senecæ minimè faciles, & ad mora-
 lem philosophiam accommodatas, in linguam Hispani-
 cam transfulerit, vt tanti illius viri moralia præcepta uni-
 uersæ ei genti innotesceret. Historiarum propè omnium
 peritissimus fuit, nec parum etiam in oratorib. atq; poe-
 tis profecerat, & moralis deniq; Philosophiæ sententias
 notissimas habuit. Theologiæ autem studio tantopere
 delectabatur, vt gloriari ausus fuerit, se nouum atq; ve-
 tus testamentum decies & quater, cum omnibus glossis
 & commentarijs perlegisse: vt non modò sensum, sed i-
 pla quoq; verba sæpissimè ex orationis contextu referre
 posset. Et in arduis illis atque grauib. Theologorū con-
 trouersijs, vt pote de Prædestinatione, Libero arbitrio,
 Trinitate, Sacramentis & Eucharistia, si quando interro-
 garetur, promptè & grauiter, non aliter atq; Theologus,
 respondebat, quamuis rarò tamen Latinè loqueret. Pro-
 pter amorem autem quo bonas artes prosequeretur, &
 vt significaret literatam cognitionem principibus viris
 maximè conuenire, in Insignibus habebat librum aper-
 tum: & dicere solebat optimos sibi consiliarios esse ipsos
 mortuos, quòd illi (libros eorum intelligebat) neq; metu
 neq; pudore, gratia aut alio aliquo affectu mouerentur;
 sed quid fieri oporteret simpliciter declararent. Neq; ex
 præda etiam aut vrbiū direptionibus quicquam ei ad-
 ferebatur, quòd maiori cum voluptate susciperet atque
 libros.

libros. Quapropter etiam multis locis auditoria adornare, & scholas instruere curauit, multisque studiosis, qui tenuioris fortunæ essent, stipendia constituit, etiam extra suum regnum quandoque, vt musarum castra sequi possent. Et cum aliquandò accepisset, Regem quendam Hispanum dicere solere, literarum studia generosis principibus minus conuenire: respondit hanc non Regis, sed bouis esse sententiam. Itaque non immeritò sæpius dicebat Ioannes Isara acutissimi iudicij vir, Alfonso, si rex non fuisset, summum philosophum extitisse. Dum castra sequebatur, Titum Liuium & Caij Cæsaris cõmentarios secum habebat, nec vllam diem præterlabi patiebatur, quin in illis aliquid legeret: aiebatq; de seipso, quòd ad arma & rem militarem tractandam, respectu Cæsaris incertissimus esset: cuius nomen tantopere amabat, vt antiquos nummos, in quibus sculpta esset illius effigies, per totam Italianam quæreret, & in cõclauis ritè collocatos seruaret: dicebat enim se vel ipsorum intuitu, ad gloriæ virtutisque studium excitari. In aula secum habuit viros omnium studiorum genere literatissimos, Iurisconsultos, philosophos & Theologos: quos amplissimis stipendijs sustentabat, omniq; humanitis genere afficiebat. Et quosdam inter illos oratores in humanioribus literis peritissimos, familiares admodum habuit in colloquijs ac domestica conuersatione. In quorum numero fuerunt Bartholomeus Facius, qui iucunda plana que oratione utebatur, & historias quasdam scripsit, quæ non parum laudantur. Laurentius Valla Romanus, qui librum de Latini sermonis elegantijs exarauit. Georgius Trabesfundus in transferendis Græcis scriptoribus in Latinum sermonem exercitissimus. Ioanes Aurispa Siculus, cuius multæ epistolæ extant, & alia quædam opuscula eleganter scripta. Antonius Panhormita Bononiensis vir summi ingenij, qui elegantes festiuosque versus scribebat, & libellum

Viri eruditi.

Ioan. Isara.

reliquit de Alfonsi Regis dictis. Virorum autem qui nobilitate generis, animi magnitudine, dexteritate, & rei militaris peritia excelleret, in omnibus expeditionibus suis magnam copiam habebat, eosque præmijs & honoribus magnificè decorabat. Inter quos præcipui fuerunt Hercules & Sigismundus Estenses marchiones fratres, ex antiquissima Italorum familia nati, viri humani, benigni atque fortes, qui re militari ceterisque strenuorum virorum officijs, nemini cederent. Ex quibus Hercules postea grauis armaturæ militum ductor insignis, & Ferrariae Mutinæque Dux factus est, & vita etiamnum fruitur. vir excellenti virtute, & ipsius Alfonsi expressa imago: cuius deinceps in hoc opere & alijs nostris scriptis sæpius mentionem faciemus. Vixerunt etiam apud Alfonsum, Lupus Simenus Vreus ex Aragonia prorex Sicilia; qui que absente Rege etiam in Neapolitano regno illius vices obiret: Inicus magnus Siniscalchus: Inicus Daualus Comes & Camerarius: Encoriglia Cosentia Comes: Ramundus Bouillus Valentianus: Alfonsus Cardona Rhegij Comes: Antonius Cardona Comes Colifani: Theseus Capuanus, & multi alij viri præstantissimi maximeque celebres, quorum supra nulla mentio facta est. Et præter hosce, multi præterea viri industrij, sculptores, architecti, nautæ, & omnes denique, qui vel aliqua mechanica arte excelleret, magno numero in hanc aulam confluebant, tanquam ad asylum quoddam, aut aurei seculi templum. Vt vel hinc appareat, hunc Regem virtute maximè excelluisse, quòd tot viros virtute præstantes aluerit, & magni fecerit: Est enim ferè natura ita comparatum, vt qui virtutem industriamque non amat, ipsarum quoque opera minimè admiretur & honoret. Tot animi, corporis fortunæque dotibus præditus erat Alfonsus: itaque ex hac vita commigrans, iucundissimam sui memoriam, in omnium hominum pectoribus reliquit. Eius autem

alitem mortem, quòd in rebus magnis euenire consuevit, natura manifestis præfagijs in cœlo & terra significauit: nam terræmotuum illorum, de quibus paulò ante diximus horrorem, sequuti sunt proximo anno multi cometæ, ante illius obitum, & inter cæteros vnus admirandæ magnitudinis, qui per aerem longam caudam trahebat, & radios suos in orientem versus Neapolitanum regnum conuertebat.

Fernandus igitur primus huius nominis, defuncto Alfonso patre, administrationem regni suscepit, quòd rex moriens ei testamento legauerat, & iam antea quoque Eugenijs III. & Nicolaus V. pontifices confirmauerat. Sed Calistus III. vbi de Alfonsi obitu certior factus esset, statim decimo die post, pronunciauit per diploma consuetum, regnum Neapolitanum ob Regis mortem ad Ecclesiam deuenisse, & Rege carere. Simulque Fernando mandauit, ne id occupare tentaret; sub poena sacræ censuræ, & omnibus incolis imperauit, ne illi inceps parerent. Quòd sanè, vti tunc vulgò ferebatur, non faciebat propter Ecclesiæ vtilitatem, quam mihi parui facere videntur recentiores pontifices: sed vt regni iura, in nepotem quendam suum, aut filium forte, Petrum Ludouicum Borgiam nomine conferret: cui modò Cypri regnum, modò imperium Constantinopolitanum promittebat, cæcus videlicet ob amorem nimium quo illum prosequabatur: & iam ætate decrepita puerilibus huiusmodi cogitationibus deditus. Ac Fernandus quidem ea re cognita, prouocauit ad futurum concilium: sed fortuna illi aduersus molestias, quæ illi parabantur, promptius remedium obtulit. Calistus enim mox sequenti mense, iam octoginta annos natus, paucis diebus ægrotans interiit. Non tamen propterea defuerunt noui motus in regno: nam erat per idem

tempus Genuæ Ioannes Renati filius, qui Dux Calabriae dicebatur, eumque iam omnes in regno, post Alfonsi mortem, attenti expectabant, qui Andiuinæ factionis essent, paratique erant statim, ex quacunque occasione oblata, tumultus concitare. Et quamuis Franciscus Mediolani Dux, binos legatos ad principes regni misisset, Ioannem Caimum scilicet & Orpheum Ricanum, eosque hortatus esset ut nouo Regi fidem seruarent, effecissetque ut maior illorum pars amore aut metu quiesceret: tamen non deerant multi nobiles, qui antiquo aduersus Aragonicos odio, & Andiuinorum amore insurgerent. Inter quos primus fuit Ioannes Antonius Tarenti princeps, autor primarius, post obitum Alfonsi, nouæ magnatum aduersus Fernandum coniurationis, & causa omnium discordiarum, que in regno fuerunt. Itaque totus in eo erat Fernandus iam, ut se Mediolani Ducis consilio & ope in regno muniret & confirmaret. Dubitabat autem interim ne Pius II. Senensis, qui Calisto in pontificatum successerat, exequi vellet id, quod suus antecessor in eum decreuisset: sed fortuna tamen nouo Regi atque Duci obtulit occasionem, qua illum non modo ab eo instituto auertere, verum etiam fautorem sibi reddere potuerunt. Cui enim Calistus Petrum Ludouicum Borgiam Spoleti, & totius Umbriae prouinciae Ducem elegerat: Cathalanus quidam, qui Assisinae arcem custodiebat, cernens Calisti morte res Borgiae ruituras, diffidebat sibi, nec se arcem conseruare posse sperabat: itaque illam Iacobo Piccinino Comiti donauit, qui tunc aduersus Sigismundum Malatestam bellum gerebat: eaque arce accepta, urbem quoque illam, & Gualdum atque Luceriam eius ducatus oppida occupauit, eo animo, ut principatum sibi in ea prouincia compararet. Itaque Pius nouus Pontifex, qui pecunia tunc atque milite destitutus erat, coactus fuit Mediolani Ducis atque Fernandi auxilium implorare. Et Fernandus quidem

quidem eius rei causa Antonium Nigrum Pisarensem, & Dux Thomam Theobaldum Bononiensem, legatos suos ad Piccininum miserunt, ijsque cum precibus tuminis effecerunt, vt ab instituto desisteret, & tres illas vrbes Ecclesiæ restitueret. Quo beneficio, & Mediolani du-
 cis intercessione permotus Pontifex (quod sic pacatam
 iri Italiam speraret, & suscipi posse contra Turcam expeditionem) misit ad Fernandum, Latinum Vrsinum Neapolitanum Cardinalem, vt ei coronam eius regni conferret: ea conditione tamen, vt Beneuentum & Terracina, quas vrbes Alfonso tenuerat, Ecclesiæ restituerentur. Quod cum ita factum fuisset, Fernandus referendæ gratiæ causa, sororis suæ filiam Antonio Piccolmineo Senensi, Pij Pontificis nepoti elocauit, ei que Malphi Ducatum & Comitatum Cellani donauit: sicque per id tempus pacata esse Italia videbatur. Postea vero cum
 Pius Pontifex anno salutis MCCCCLIX. Concilium Mantuam conuocasset, essetque iam deliberatum de suscipiendo bello aduersus Turcas, & decisa illa quæ ad cultum religionemque spectarēt: certiores ibi fiebant à Genuensibus, Ioannem se omnibus modis ad suscipiendum bellum contra Fernandum parare. Itaque constituerunt Pontifex & dux Mediolani, qui Concilio intererat, Fernando aduersus Gallos & Andioninos suppetias quacunque tandem ratione ferendas esse. Sed interea non deerant tamen in regno molestiæ atque tumultus: nam Antonius Cantiliæ & Crotonis marchio, qui ab Alfonso Cathanzani victus, se, vti supra diximus, in illius potestatem dederat, vbi de obitu regis cognouisset, clanculū per Calabriam noua incendia suscitauerat, & vnus eorum erat, qui Ioannem sollicitabat, vt in regnum veniret: se enim ei Calabriam traditurum, & ad reliquas eius prouincias occupandas auxilio futurum. Qua re cognita, Fernandus ea ætate in Calabriam profectus, illum sine dif-

Pax inter Pii
 11. & Fernan-
 dum.

Concilium Man-
 tuæ.

Crotonis Mar-
 chio.

Petrus Fregosius. ficultate debellauit & cepit. Interea verò Petrus Fregosius Genuenses diuersis temporibus bis inuaserat, Gallorum & Ioannis Ducis oppugnandi causa: cumq̃ prima vice repulsus, & secunda profligatus & cæsus fuisset: Genuenses iam exulum suorum metu liberati, non modò Ioanni permisissent, vt in regnum Neapolitanum susciperet expeditionem, verum etiam iuuare illum decreuerunt. Quamobrem instruxerunt illi decem naues magnas, tres alias, quibus equi ac reliqua impedimenta veherentur, sumptusq̃ in eas per tres menses fecerunt, & illi præterea ex Diui Georgij ærario sexaginta aureorum nummum millia dederunt. Præter hæc, acceperat etiam Ioannes duodecim naues magnas Massiliæ instructas à Renato patre, à quo spes quoq; ei fiebat, non defuturam sibi pecuniam, & ipsum Gallia regem etiam auxilia submissurum. Quibus ita præparatis, classem tertio idus Octobris eodem anno cõscendit cum Ioanne Cossa Neapolitano, quem vniuersæ classi præfecerat, & Lunam primum, deinde ad portum Pisanum atque Caietam appulit, vt illinc sese ad Antonium Centiliam Marchionem Crotoniatam in Calabriam reciperet. Sed vbi certior factus esset, illam à Fernando profligatum & captum esse, suis rebus vehementer diffidere cœpit, quòd se tali amico spoliatum videret, cuius auxiliorum spe ad eam expeditionem suscipiendam excitatus fuisset. Itaque cum de eo, quod fieri oporteret, ita dubitaret ad Vulturni fluminis ostia, & illinc Baiam se recepit: quibus locis cū omnia ab hostibus optimè munita esse deprehenderet, & comectus penuria premeretur, Genuam redendum sibi planè putabat. Sed præter omnem expectationem Marinus Marzanus Suesæ Dux & Rossani princeps, qui Helionoram sororem Fernandi in vxorem duxerat, & ditionem suam contra Baiam positam habebat, missis ad eum legatis, spontaneam deditionem obtulit, ac primus fuit au-

thor

thor & princeps eorum qui in regno manifestè deficerent. Qua re ex improviso confirmatus Ioannes, occasionem arripuit, consensitque omnibus quæ à Marino proponerentur: deinde exposito in continentem exercitu, iuxta Castrum Marinum ad Vulturnum flumen Suefam profectus est, & illinc vicina loca omnesque Leborios campos excursionibus deuastare cœpit. Marinus autem subito Caluium occupauit, oppidum Capuæ vicinum, quod præsidijs destitutum erat. Cæteri autem regni incolæ, cum de Marini rebellionem, inceptoq; iam bello, certiores facti essent, incredibile dictu est, quàm animos subito mutarint, & inclinare ad Andiuinos cœperint: nam & magnates, & principes, & populus certatim ad Ioannem transibant. Nam præter Tarentinum principem, qui reliquorum veluti dux erat, & tamen adhuc Fernandi partes tueri simulabat, Antonius Caldora Iacobii filius, qui ditionem suam in Aprutio tenebat, coniunctis suis viribus atque socijs, ad Ioannem peruenit, eique se cum suis oppidis atque militibus omnibus dedit. Idemque etiam fecit Petrus Ioannes Paulus Soræ Dux: ut Ioannes iam horum aduentu, qui antea Fernando militassent, viribus magnoperè auctus esset. Itaque in Aprutium profectus est, vbi se illi statim Aquilani quoque cum omnibus, quas haberent, arcibus commiserunt: nec multo post Cola Campobassi comes ad illum perueniens, eodem modo liberum illi transitum per suas vrbes in Apuliam cōcessit. In quam vbi peruenisset, sollicitassetque vrbes, quæ Andiuinis fauebant, ut ad sese transirent: descendit in Apuliam planam, quam tunc Hercules Estensis Marchio, & Alfonso Daualus Hispanus, qui Alfonso vulgò dicebatur, Fernandi nomine tenebant. Cæterum Hercules apud Alfonso in summa authoritate fuerat: cum ob splendorem scilicet, antiquissimæ illius in Italia familiæ, quod legitimo thoro genitus esset ex Nico-

*Neapolitani
deficiunt ad
Gallos.*

*Antonius Cal-
dora.*

Dux Soræ.

*Hercules Esten-
sis.*

lao Estense Marchione, Ferrariae, multarumque aliarum
 urbium in Longobardia domino, tum ob singularem
 virtutem, quam in re militari & omnibus alijs actioni-
 bus strenue declarasset. Sed ubi is ex hac vita migrasset,
 Fernandus, vt solent communiter in anis facere succes-
 sores, multis modis declarauerat, se illum nequaquam
 eo loco habere, quo merebatur, & quo à patre Alfonso
 habitus fuisset: nam neque stipendia illi, vt debuisset, sol-
 uebat, nec alia multa præstabat quæ promississet: & fere-
 bat denique vt Alfonso Danalus, eo longè inferior, non
 modò se illi æquaret, sed etiam antepone conaretur.
 Itaque cum illi in Apulia cum Danalo minus bene con-
 ueniret, & perturbato animo esset, accidit vt Borsus il-
 lius frater, Ferrariae dominus, qui Gallis plurimum faue-
 bat, eum clanculum sollicitaret, & in Andiuinorum ca-
 stra pertrahere conaretur. Quibus iniurijs ille à Fernan-
 do affectus, & Borsi adhortationibus permotus, delibe-
 rauit oblata occasione à Fernando discedere: nã etiam si
 Borsus illegitimus frater, Ferrariae principatum, qui sibi
 deberetur, teneret, tamen illum semper magnificabat.
 Quamobrem Foggia egressus cum omnibus suis qui
 sexcenti ferè equites erant, eos omnes conuocauit, & si-
 gnificauit non posse se amplius ferre Fernandi iniurias,
 & decreuisse suis rebus aliter prospicere: itaque si qui es-
 sent qui eum sequi nollēt, facere se illis potestatem quò
 luberet discedendi: sin è contrà aliqui etiam essent, qui
 illi adesse cuperent, eos se charissimos habiturum, horra-
 rique vt se fortes viros declararent, quòd nunquam illis
 vicissim esset defuturus. Cæterùm diligebatur plurimū
 à suis Hercules, itaque postquam dicendi finem fecisset,
 & pauci quidam ex urbibus, quæ Fernando parebant o-
 riundi, discessissent, responderunt reliqui omnes vnani-
 mes, se paratos esse illum in omnem euentum sequi.
 Quamobrem ijs omnibus comitatus ad Ioannē transi-
 uit.

uit, à quo, cum omnem operam atque studium obtulisset, magna latitia, magnoque cum honore exceptus est. Hac defectione Herculis, liberati iam erant regionis incolæ à metu illius: quare statim Andriouinæ factionis esse cœperunt, & Luceria, Foggia, Sanseuerû, Troia, Manfredonia, cæteraq; eius regionis oppida, & arces omnes Ioanni sponte se dediderunt. Qua re cognita Tarenti princeps non iam amplius odium, quò aduersus Fernandum affectus erat, dissimulare voluit: sed assumptis tribus equitum millibus, quos iam tum à morte Alfonsi paulatim in suo principatu coegerat, & constitutis binis eorû ducibus, Vrso Vrsino, & Iulio Aquiuuensi Iosix filio, Fernando multis locis, vnà cum alijs nobilibus vicinis, bellum facere cœpit. Itaq; Fernandus cum ex Calabria in Leboeos campos reuersus esset, & tam subitam suorum defectionem cognouisset, nõ sine magna difficultate, copias quæ tunc præsto erant coniunxit, & Caluium obsedit: sed postquam id frustra esse videret, quoniã locus optimè munitus esset, & Bruma iam immineret, Neapolim reuersus est, & operam dabat quantum poterat, vt reliquos magnates regni sibi cõfirmaret: cumq; minus eorum inconstantia fideret, aliorû quoq; Italiae principum auxilia implorauit. Et Pius quidẽ Pontifex, atq; Franciscus Mediolani Dux, illi auxilia promiserunt. Veneti verò neutri parti se addicere voluerunt, idemq; etiã Florentini fecerunt, à quibus tamẽ Mediolani Ducis intercessione obtinuit, vt rescinderent decretum, quo Ioanni promiserant octoginta aureorum nummum millia quotannis, donec bellum confecisset, quod perinde totum effectum fuit Cosimi Medicis opera, qui vt Mediolanensi duci gratificaretur, Senatus cõsulto mandari publicè omnibus voluit, vt in eo bello ipsi quoq; neutram partem sequerentur.

Libri sexti & vltimi finis.

INDEX RERVM PRAECI-

PVARVM, QVAE IN HAC

Historia continentur.

A

A Etius Rom. dux militia	19	Alfonſus nouos progressus in regnũ	
Adriani I I I. Pont. cum Nor-		Neapolitanum facit	280. & inde.
mannis bellum.	102	Neapolim capit	292
Alardus senior dat Carolo Andioi-		Alfonſus Arag. regno initiatur	297
no conſilium	282	pacem cum Pont. facit: et legitimat	
Alaricus rex Gothorum	18	filium Fernandum	ibid.
Romam capit	28	Alfonſus foedus cum Genuenſibus in-	
Alarici in Italiam aduentus	40	it	299
Alarici mors & ſepulchrum	41	Alfonſus Philippo Mediolanenſi Du-	
Alboinus	20	ci auxilia fert	302
Alboinus in Italiam uocatur	60	Amalaſunta	45
Alchorani argumentum	22	Amargi armigeri uirtus	45
Alexander II. Pont.	85	Amerigus Narbonenſis	202
Alexander V. Pont. contra Ladislaũ		Amurates Turca	34
bellum inſtituit	241	Amurates II. rex	35
Alexander Sfortia	291	Andreas Dandalus Historicus	34
Alexius Cominus imperium fraude		Andioiunorum in regnum Neapol.	
occupat,	90	iura	223
cæditur	ibid.	Andreasus Hungarus	204
Alfonſus Aragonius in regnum Nea-		suspenditur	262
politanum reuertitur	271	Anellus architectus docet modum ca-	
apparat ſe contra Genuenſes	222	piendæ urbis Neapol.	292
pugnat & capitur	274	Antonius Caldora	289
eius magnanimitas laudatur	277	cæditur	298
liberatio deſcribitur	279	Antonius Cardona	38
Alfonſus Aragonicus in regnum à Io		Antonius Marchio Crotoniata	300
hanna ſolicitatur	255	Antonutius	298
prelium cum Ludouico commit-		Antonius Olziria	306
tit	256	Antoninus archiepiſcopus	138
		Antonina Belifarj coniuux	58
		Aprutium	8

- I N D E X -

Aprutij miseria	66		
Apulia	6		B
Apulia urbes à Venetis capiuntur			
135		Babacur Sarmatiae rex	18
Apulia magna calamitas	191	Baie	11
Aquila capitur	266	Baissetus I.	34
extruitur	137	Baissetus II.	37
Aquileiensis Patriarcha	297	Balduinus Constantinopolitanus im-	
Aquinum	169	perator	141
Aquinum dirutum	161	Barbatus dux	50
Arabia triplex	21	Barbicanus comes	222
Aragonica familia origo, & praci-		Barchinone	29
puia facta	29	Barletta	13
Aragonici Siciliam capiunt	205	Barum male tractatur	75
Arasheus comes	200	Barulum	13
Arceum castrum	169	Barulum obsidetur	88
Aregisus	67	Baulum	12
Arctium Carolo Dyrrbachino tradi-		Beatrix Caroli Andionini uxor	167
ditum	225	Bagelardus Apuliae comes	84
Aretium emitur à Florentinis	231	Belisarius	19
armorum caput	6	Belisarius aduersus Theodactum mit-	
Arriges	62	titur	45
Arson proditor	90	occupat regnum Neap.	46
Artauades	51	Belisarius in Italiam reuocatus	48
Ascolum destructū	91	Belisarij uita & descriptio	57. & inde
Ascolum diripitur	37	Belzettus	82
Astingus	24	Beneuentum	11
Ataulfus	29	Beneuentum obsidetur	62
Ataulfus Gothorum rex	41	Beneuentum exustum	73
superbus ibid. moritur	42	Beneuentum dirutum	77
Attylas	18. 43	Beneuentum occupatur	290
Auenionis urbs Pontifici traditur.	218	Beneuenti ducatus	61
Auersa diruta	190	Beneuentanis bellum infertur	68. 69
Alfonso traditur	290	Beneuentana uallis	8
D. Augustinus	19	Berardus Saleus	222
aulica miseria	251	Berengarius I. pont.	29
Autaris	62	Bernardus Villamarinus	310
Azzus Ferrariae dux	125	Bertholdus dux Spoletii	125

I N D E X

Biccarum expugnatur	241	Caistus III. pont.	309
Biergosta	24	eius malus animus. ibidem &	308
Biorgius	43	Campania uetus	5
Bituninus ostendit Normannis ratio-		Campania terr. motu afflicta	39
nem capiendæ Siciliae	27	Campi Phlegræi	3
Blasius Assareus	272	Campus Martius exustus	91
Boemundus minor moritur	115	Capua diruta	45
Boemundi cum fratre Rogerio bel-		Capua expugnatur	161
lum	94	Capua nominum ratio	11
expeditio in terram sanctam	95	Capuana turris Neapoli extruitur	
Boemundi bellum cum Græcis	97	107	
mors	ibid.	Capuanae arces obsidentur	304
Boianum terr. motu absorptum	309	Caprera expugnatur	151
Bonifacius Octauus nequam	205	Caprearum insula occupata	296
Bonifacius Nonus Pont.	237	Carolus Magnus	27
Bonifacius Rom. Dux	19	Caroli Magni in Italiam aduētus	67
Braccius Ioan. Neapol. Dux	257	electio in imperium	68
Braccius moritur	266	Caroli Magni obitus	71
Brandolinus comes	266	Caroli Simplicis cum Normannis fe-	
Brundisium	31	cus	24
Bulgaria	20	Carolus Martellus	29
Burgalianta	28	Carolus Martellus rex Hungarie	
Butillius Asinus	31	203	
		Carolus Dux Andiouinus suscipit ex-	
		peditionem in regnum Neapolitanū	
		157. & inde.	
		Carolus totius Neapolitani regni do-	
		minus fit	177
		ei noui mo-	
		tus à Conradino parantur. ibid.	
		& inde.	
		Carolus rex Hierusalem	195
		moritur	197
		Caroli Andiouini cum Manfredo fe-	
		lix prælium	170. 171
		Caroli Andiouini crudelitas in Conra-	
		dinum	166. & inde
		Caroli Andiouini in Africam expa-	
		ditio	195
		Caroli	
Cæsar Martinengus cæsus	291		
Cæsarinus Cardinalis	36		
Caieta	12		
Caieta obsidione liberatur	277		
Caietani remunerantur	203		
C. Plinij mors	39		
Calabria	6		
Calabria à Federico Aragonico occu-			
patur	207		
Calabria infestatur	211		
Calepinus Turca	35		
Calistus I. Pontifex	97		

I N D E X.

Caroli Andriouini Neapolitani regis uita	198	Chalcidenses	18
Caroli Neapol. regis cum Siculo pax	201	Chambi	26
Caroli II. Neapol. regis cum Federico Aragonico pax	208	Childericus Gallico regno deponitur	27
mors	209	Christianorum contra Mahomet. expeditio	33
eius uita	ibid.	Carlottus rex Neapolitanus	160
Carolo Andriouino deficiūt Siculi	194	Cimbria Cherfonesus	25
duellum indicitur	195	Ciuitas noua in Piceno uicta	158
Carolus Dyrrachinus prorex Neapoli	271	Clementis Pontif. crudele de Conradino responsum	186
suscipit bellum contra Ioannam I.	224.	Claudius uincit Gothos	17
felicitur progreditur. inde.		Clemens VI. antipapa	220
Caroli Dyrrhachini cum Andriouinis bellum	228	Clemens VI. Neapolim fugit iterum in Galliam	222
Carolus Dyrrachinus perfidē agit cū Ioanna	227	Clodius Gallie rex	20
Caroli Dyrrachini cum Pont. inimicitie	232	Clodoueus	27
Carolo Dyrrhachino sacris interdicitur	233	Coelestinus V. poenas luit stultitia	204
moritur	234	Coelestinus III. pontifex eligitur	139
Carolus Numbertus	210	Colligerij satum	51
Carolus Salernitanus capitur	196	Commaclinum olim celebre	132
Carolus Senzaterreus	213	Conradus Neapol. rex regnum ingreditur	160
Caribago	11	qualis fuerit	163
Carruca quid	134	Conradus Capeccius	174
in Casentino committitur praliū	212	Conradinus infeliciter pugnatur	183
Casertie comes proditor	169	supplicio afficitur	186
Castromarinum obsessum	280	Conradini mors ueneno procuratur	165
Cathelani	28	Conradini contra Carolum Andriouinum pro Neapol. regno bellum	177
Cathelani à Genuensibus superantur	276	et inde.	
multi capiuntur	ibid. & post.	Conradini mors ultra	196. 198
Cathenzinum	203	Constantia Normana parturit	117
Caucasus mons	81	et 118	
Cellanum dirutum	127	Constantie Normannae educatio: et nuptiae cum Henrico Sexto	112
		Constantia Siculae reginae pietas	198

I N D E X . I

Constantinus Beneuentum frustra op pugnat	63. 64.	Dominicus Syluius cum Normannis pugnat	89
Constantinus Imperator Romam di- ripit	65	Drogon Apuliae comes cum Graecis pugnat	81
moritur	66	moritur	85
Constantinus VI. bellum Romanis fa- cit	68	Duelli indicendi modus	235
ceditur, & oculos amittit. ibid.		Dyrrhachij obsidio	89
Constantinopolis obsesa	34		
Constantinopolis occupatur	102	E	
Constantinopolis à Turcis capitur		Echia	287
37. & 306.		Ecclesiae schisma ab Pontificibus	219
Contrada arx	298	Elizabetha Hungariae regina	233
Corinthus	11	Elizabetha Hungaricae bellum cum suis	235
Corneti urbis calamitas	19	Electores principes quando in cepe- rint	77
Cortona Florentinis uenditur	245	Emanuel Graecus Imperator	109
Cosäroes Partorum rex	21	Encoriglia comes	318
Cosentia	11	Entienus perfidus in imperatricem	
Cosentia exusta	74	70	
Cosentia diruta	86	Entius rex Sardiniae capitur	153
Cremonensium Carruca capitur	149	Estensis familiae origo	136
Creta occupatur à Graecis	75	Eugenius Pontifex auxilia cõtra Al- sonsum Aragonicum mittit	260
Croton	11	Eudoxa rapta	43
Crucigerorum exercitus cõtra Man- fredum	166	Expeditio altera in terrã sanctã	108
Cumæ	31		

D

Dagisteus Longobardiam occupat	
55	
Daunia	7
Dania	23
Desiderius Longobardorum Rex	
21	
Diocrius imperio pulsus	89
Diogenes Rom. Imperator	85
à Turcis uictus	32
Diomedæ insulæ	9

F

Fauentia obsesa	138
Fassa Dux	50
Federicus Aragonicus prælio supe- ratur	206
Federicus Barbarossa	203
Federicus Castellanus	178
Federicus II. nascitur	117 118
rex Neap. eligitur	120
ducit uxorem	ibidem
proficiscitur in Germ.	ib.
	Fede-

I N D E X.

Federicus II. excommunicatur	128	ptus	214
fit rex Hierosolymorum	130	Florentinum duplex	153
multa à Pont. sustinet. ib. et inde.		Foggia	13
capit multos Prælatos	139	Francia	27
Federicus à Pontific. deluditur	124	Franci & Francones	26
iterum excommunicatur	144	Franconia situs & fines	26
Federici I I. cum Pontif. nouæ inimi-		Fraucus Episcopus	24
citia	137. & inde.	Frangipanorum familia	108
de Pontificibus præsagium	141	Frangipanij in Conradinum impie-	
binæ uictoriæ	148	tas	185
infortunium	ibidem.	Franciscus Cotignola comes	290
de Federici II. Imperat. morte pro-		Franciscus Sfortia occupat Mediola-	
gnosticum fallax	153	nensem principatum	305
mors & testamentum	ibid.	Fundi comitatus Eccles. donatur	127
uita descriptio	155	Frater Puccius	301
Federico II. Imp. substituuntur alij		G	
imperatores infeliciter	145	Gaitnarus	83
eidē uaria munera offeruntur	146	Galli ad Narbonam uincuntur	201
Federicus III. Imper. uisitat Alfonso		à Sicilia fusi	207
sum	304	Gallica gentis dignitas	28
Federico Siculo interdicitur sacris		Gactamelata	266
213		Garganus mons munitus	73
Ferentani	7	Genua Neap. regi traditur	212
Fernandus Aragonicus legitimus pro-		Genuenses à Pisanis superantur	139
nutiatur	297	se apparant contra Alfonso Ar-	
Fernandus Aragonicus bellum Tu-		ragonicum	272
scis infert	305	prælium cum eo committunt	234
regni Neapol. habenas capit	318	cū Alfonso Arag. pacē faciūt	299
ei motus parantur à Pont.	ibid.	Genuensib. bellum inferitur	310
Ferraria in Federici II. potestate	133	Gallo traduntur	ibid.
Ferraria à Pont. capitur	136	Genfericus	19
Ferraria sub Regibus Neapolitanis		uocatur in Italiam	41
210		Genualdus fidelis cliens	64
Florentia Federico traditur	144	Georgius Se. ui e Despotæ	36
Neapolitano regi oblata	211	Germania ab Hunnis uastata	17
Florentini à Pisanis uicti	215	Gillis Gallica nubit Rollonco Nor-	
multantur	225	manno	24
Florentinorum in Andiuinos sum-		Gisulfus Normannus capit Pont.	83

I N D E X

Godescalus dux Beneventi	67	eius dotes	ibid. & 109
Godfredus Bolioneus	23	Gulielmus malus Sicilia rex	108
Godfredus Apuliae comes	31	bellum cum Pont. gerit ib. & inde.	108
Gothorum origo & praecipua facta	16	eius infortunium	108
Gothorum crudelitas	41	Gulimerius	39
Gothorum extirpatio	54	Gundibaldus	44
eorum cum Graecis pax	ibid.		
Graeci à Sarracenis caesi	72	H	
Italia pulsi	75	Harucca	30
Graecia magna	6	Henricus Minimus Federici II. fi-	162
Graeci ex Italia pelluntur	89	lius moritur	162
Graecorum ad Crotonem clades	50	Henricus II. Imperator eligitur	83
Gregorius V. Pont. transfert impe-		Henricus Federici II. filius Germa-	
rij electionem ad Germanos	77	nia rex	117
Gregorius Pontifex obsidione libe-		Henricus contra Federicum II. pa-	
ratur	91	trem coniurat, & poenas luit	133
Gregorius IX. Pont.	129	Henricus III. Pontificem persequi-	
Gregorius Beneventi dux	67	tur	91
Grimoaldus Longobardorum regnū		Henricus VI. Imperator eligitur	110
occupat	63	ducit Constantiam monacham.	111
filio fert suppetiae	64	Henricus VI. in Neapol. regno cru-	
Grimoaldus superatur	70	deliter agit	132. & inde.
moritur	66	Henricus V I. moritur	119
Gualtherus Bremensis suscipit bellū		qualis fuerit	ibidem.
in regnum Neap.	122	Henricus VII. Imperator contra Ro-	
uincit	123	bertum Neapolitanum foedus	
uincitur	124	init	211
Guelfi cum Gibellinis pugnant	148	moritur	ibidem
laudantur	172	Henricus Castellanus	174. 178
Gulielma arx occupata	291	Helducea Turcarum familia	31
Gulielmus Brachius	139	Herculaneum	12
Gulielmi Ferrabrachij contra Sara-		Hercules Estensis Alfonso familiaris	
cenos & Malochum expeditio	81		318
mors	ibidem	Herculis promontorium	6
Gulielmus I. II. III. dux Apuliae	97	Hierusalem amissa	118
Gulielmus V. rex	107	Hirena imperatrix marito effodit o-	68
		culos	

I N D E X .

Hirena imperatrix male tractatur	70	gnum Neapolitanum	136
Hubaldinus comes	225	Innocentius III. pontifex eligitur	141
Huzo Ciapeta	28	ingratus erga Fridericum	141
Hugolinus Pisanus	139	Ioann. I. Neapol. in regnum restituitur	218. tertias & quartas nuptias celebrat
Hugolinus malus interpretis iuris	189		ibidem
Hungari vincunt Gothos	17	Ioanna I. vincitur à Dyrrhacino, & suspenditur	226. 227
Hungari in Italian vocantur	57. 74	Ioanna regno deponitur	221
Hunfredus Apuliæ comes	83	Ioannæ I. reginæ Neapol. nuptiæ	216
Hunnorum origo & præcipua facta	17. & inde	punitio	216. & 217
Hydruntum	11	Ioanna Neapol. II. moritur	267. quæ
Hyrpini	8	lis fuerit	268. eius testamentum
		Ioann. II. Neapol. in regnum frater succedit	247. nuptias celebrat
		Ioan. Aucutus Anglus	229
		Ioan. Bremensis	123
		Ioan. Bremensis rex Hierosolym.	129
		Ioan. rex Boemiæ	214
		Iohannes Banus Hungariæ reginæ bellum facit	235
		Ioann. Caracciolus fit Sinifcalchus regni	251. bellum habuit cum Sfortia
			ibidem
		Ioan. Campsinus regnum occupat	62
		Ioan. Isara	317
		Ioan. Nuceus	306
		Ioan. Lignanus	189
		Ioan. Procula vindex in Gallos	194
		Ioan. Renati filius motus nouos in regno Neapol. excitat	310
		Ioann. Vaiuoda vincitur à Turcis	36
		Ioann. Vitellianus 49 pugnât contra Gothos	ibid. & post
		Ioachimus abbas propheta	118
		Iolanta Federici II. uxor.	129
		Iordanus comes fidelis	175
		Isabella Ren. cõiux Caietâ venit	270

I N D E X

Isauricus miles industrius	46	Lucas Parmensis	227
Ischiæ insule situs	9	Luceria capitur	63
Ischiæ mons ignem uomit	208	Ludouici Andiouini in regnū Neap. pol. bellum	228. & inde
Italia 80. annis multas passa est calamitates	43. & 44	Ludouici Andiouini infelix prælium	230.
Italia magna infortunia	56	mors	231
Itali omnes foedus inter se feruūt	307	Ludouicus II. And. felix prælium cō-	243
Iudicea arx	289	mittit	244
Iulij Caesaris malum consilium	249	moritur	244
L			
Ladislaus rex Neapolitanus	234	Ludouici Andiouini II. noua in re-	242
regni Neapolitani coronam	ca-	gnum Neap. expeditio	242
pit	237	in regnum Neapolitanum bellum	236. & inde.
uocatur in Hungariam	238	in regnum Neapolitanum aduen-	254
superatur	243	tus	254
nouos motus Romæ instituit	244	Ludouicus Andiouinus III. in regnū	263
moritur	245	Neapolit. reuocatur	267
Latij tres partes	5	moritur	214
Laus Pompeia	144	Ludouicus Bauarus	214
Leborij campi	5	Ludouicus Hungarus in Italiam bel-	216. & inde.
Leo Pont. capitur	83	lum suscipit	216. & inde.
Leo III. Pont.	68	Ludouicus Pius Caroli Magni succes-	71
Liburnij	14	for	301.
Lipara	9	Ludouicus Poggius	101.
Loca que à nobis amentur	1	Ludouici pij in terram sanctam ex-	101.
Longobardiæ nomen quando cœpit	69	peditio	216.
in Longobardia bella geruntur	301	Ludouicus Tarentinus Ioannam Nea-	218.
Longobardorum origo & res gestæ	20	polit. ducit	142
in Italiam aduentus	61	moritur	318
magistratus nouus	ibidem	Lugduni Concilium indicitur	24
Longobardorum ducatus	69	Lupus Simenus Vreus	38
cum Romanis pax	67	Lutrochus	38
duratio regni eorum	ibid.	Lofarca capta	52
Lotharij cum Innocentio bellū	100	Macharius	35
Lucania	5	Mahometus. I. Turcarum rex	36
Lucani miseri	66	Mahometus II.	36

I N D E X.

<i>Magometicæ religionis initium</i>	21	<i>Moneta ex corio</i>	138
<i>Magnetis inuentio</i>	13	<i>Nonzoia Pontificius Dux</i>	221
<i>Malatesta Malatestinus</i>	241	<i>Moses Turca parricida</i>	35
<i>Manabarrilis</i>	298	<i>Morra</i>	51
<i>Manfredonia urbs</i>	13. & 176	<i>Mustaffa</i>	35
<i>Manfredus rex Neapolit. gubernator</i>	180	<i>Muliebria imperia mala</i>	227
		N	
<i>Manfredus deficit à pontificijs, & perfidè agit</i>	164. 165	<i>Narses Eunuchus</i>	20
<i>bellum cum illis</i>	ibid & inde.	<i>Narses in Italiam missus</i>	51
<i>Manfredi cum Andriouino prælium infelix</i>	170. 171. 172	<i>Narsis Ducis uitæ descriptio</i>	59
<i>Mantuani prælio uicti</i>	150	<i>Nauium uariarum nomina</i>	278
<i>Marcus Barbauara</i>	278	<i>Neapolis singulari industria capitur</i>	46
<i>Margareta Sfortia</i>	249	<i>oppugnatur & capitur</i>	262
<i>Maria rex Hungariæ</i>	233	<i>ab Alfonso capitur</i>	262
<i>Mariæ Hungariæ bellum cū suis</i>	235	<i>obsidetur</i>	265
<i>Maria Ioannæ I. Neapolitanæ soror</i>	227	<i>mira arte occupatur</i>	292
		<i>Neapoli pestis grassatur</i>	217
<i>Marinus Boffa captiuus</i>	251. 286	<i>Neapolitanæ urbis conditor</i>	10
<i>Marquardus Hanensedorius</i>	117	<i>nomina</i>	ibid.
<i>Marquardus Federici II. hostis</i>	120	<i>Neapolitanum regnum mutationib.</i>	
<i>Marrucini</i>	7	<i>obnoxium</i>	2
<i>Marsi</i>	7	<i>occupatur</i>	46
<i>Mauri</i>	23	<i>& iterum</i>	48
<i>Masilia occupatur</i>	263	<i>factionibus laborat</i>	270
<i>Matera occupata</i>	85	<i>Neapolitani regni ambitus</i>	4
<i>Maximus Patritius</i>	42	<i>prouinciæ</i>	5
<i>Mecha</i>	82	<i>diuisio</i>	9
<i>Melus profligatur</i>	82	<i>urbes olim celebres, nunc dirutæ</i>	
<i>Meroueus Gal. rex</i>	26	<i>IO</i>	
<i>Mediolanenses prælio uicti</i>	134	<i>salus & fertilitas</i>	13
<i>à philippo Duce deficiunt</i>	302	<i>felicitas</i>	40
<i>Mediolanensibus bellū infertur</i>	305	<i>prima eiusdem regni infelicitas</i>	
<i>Mesapia</i>	6	<i>40</i>	
<i>Michelettus</i>	285	<i>secunda calamitas</i>	42
<i>Michael Morestinus</i>	138	<i>malus status</i>	288
<i>Molochus moritur</i>	81	<i>Neapolitano regno multi insidiantur</i>	13. 14

I N D E X.

Boe regno qui clari uiri orti.	14	Noua arx Neap. oppugnatur	187
17. qui clari uiri hic habitant.		Numarius Saracenicus Dux	23
ibid.		Nuceria Sarracenorum unde dicta	
in Neapolitano regno terramotus	128		
309			
Neapolitani principes	62	O	
Neapolitani reges, sunt & reges Hic		Ostauia turris prope Neapolim	29
rosolymitani	129	Odoacres	43. 45
Neapolitani tumultuantur	200	Opizium captum	298
timent	73	Orbitellum captum	300
Neapolitanorum perfidia	2	Orchanes II.	358
paucæ historiæ	3	Orchanes Turca	34
contra Federicum II. coniuratio		Ortona	16
144		Ostrogotorum regnum in Italia	
leuitas	196	39	
Nesus	9	Ostrogoti	19
Nesarchus	63	Otho Brunswicensis Neapolitanam	
Nicephorus in Imperatricem perfidus	70	reginam ducit	218
Nicephorus Imperator occiditur	75	supera 226. moritur	236
Nicolaus Estensis Marchio	245	Otho Coracciolus	350
Nicolaus Pisanus	266	Otho II. imperij confors	75
Nicolaus Piccinius	266	Otho II. se Græcis opponit	75
Nicol. VI. Pont.	307	pugnat cum illis et Sarracenis	76
Nicolaus Neapolitanus Iurisconsultus	220	Otho III Imp.	77
215		mutatus mos elegendi imperatorum	ibid.
odit Pont.	ibidem.	Otho III. Imperator coronatur	125
Northemania	24	perfidie accusatur	ibidem.
Normandia	24	Otho Vitilsbach latro	121
Normanni cum Græcis pugnant	63	Othomannicæ familie origo	33
Normannorum origo & præcipua facta	23. & inde	Oui arx extruitur	107
Normannorum Ducum genealogia			
80		P	
Normannorum felices progressus in regno	87. 88	Paleopolis	10
ij excommunicantur	ibid.	Palentina planities	185
Normannicæ familie finis	114. et inde	Paleologus	104
		Palermum obsidetur	86
		Pandulphus Capoferreus	74
			PAN-

Pannonia	20	Pipinus II.	27
Parma à Federico deficit, & ab eo ob-	147	Pisaurum restauratur	65
fidetur	147	Polonia	16
è Parma multi exulant	144	Pompea	12
parricidij poena	145	Pontifex excommunicat Federicum	144
Parthenope	10	II.	144
Paulus Vrsinus Romanæ Ecclesie re-	242	fugit, & Federicum Imp. deludit	142
parat	242	Pontifices bini eodem tempore crea-	219 & 220
Peligni	7	ti	219 & 220
Perottus Iureus	242	Pontifices bini inter se contendunt	222
Perusia Golbis traditur	51	Pontificiorum aduersus Federicum	130
Petrus Aragonius moritur	100	uarij conatus	137 & inde
Petri Aragonij cum Carolo Andio-	195	Potentia urbis calamitas	191
uiono duellum	134	Prochida insula situs	4
Petrus Iacobus Tiepolus	136	Procopius historicus	4
suspenditur	266	Puteoli	287
Petrus Ioan Paulus Vrsinus	286	capit	287
Petrus insans Aragonius perit	286		
Alfonso Aragonio fratri fert sup-	279		
petias	287		
Petrus Ludouicus Aurilia	212		
Petrus Sogrus	29		
Petrus Tarres	151		
Petrus de Vincis proditor	6		
Peucetia	222		
Philippus Gal. rex	222		
Philippus Imperator occiditur	285		
Philippus de Monte forti occisus	205		
Philippus Dux Mediol. Ioanne Nea-	279		
politane auxilia mittit	202		
Alfonsum Aragonum capit	202		
eum dimittit	202		
auxilia ab Alfonso petit	202		
ei Ducatum legat testamentum, &	202		
moritur	202		
in Piceno noui motus excitantur	260		
Picentini	5		
Pipinus primus	27. & 68.		
		Quiliricus Franchius	272
		R	
		Ramundus Rex Aragonie	229
		Ramundus Balzius	291
		Ramundus Caldora	200
		Ranaldus Balzius	282
		Ranaldus Sancius Cathalanus	124
		Ranaldus de Sasenna	279
		Ranaldus Vrsinus	279
		Ranimirus I. rex Aragon.	279
		Rauenna habentur comitia	279
		Regnierius	279
		Renatus Barisij Dux	279
		capit	279
		Neapolim amittit	279
		ex regno discedit	279

I N D E X

Renatus Andionimus in Italiam redit 306	Rolloneus Nomannus Roma diripitur	47 65
Rhodoanus Turca 117	expugnatur	49
Richimundus Gothus 49	instauratur à Belisario	ibid.
Richardus Angliæ regis infortunium 118	Roma occupata	57, 240
ad Roccam siccam prælium committitur 243	Romæ calamitas in bellis Gothicis	15
Robertus Guiscardus 84	Romæ Concilium indicitur	138
eius coniuges ibid.	Romani Imperij diuisio in Occid. & Orient.	75
agit cum Pont. de pace ibid.	Romanus quidam Imperium occupat	72
Robertus felices in Regno Neap. progressus 87, 88	Romani multi necantur	78
cum Alexio Græco Imperat. bella 89, 90, 92, 93.	Romani Duces domantur	81
Roberto Guiscardo anigma in columna explicatur 87	S	
Robertus rex Neap. 210	Sabarrus potestatem mox amittit	61
protegit Guelfos 211	Saladinus Turca	11
Robertus Capuani infelix fuga 105	Salernum	18
Rogerius I. Sicilia rex Normannus 96	occupatur	88
Rogerius I & II. Sicilia rex 98	expugnatur	219
Rogerius III. Calabriam occupat 97	Salencini	6
superbit ibid.	Salinguerra	136
Rogerij Normanni contra Ecclesiam bella 93	Salinarum ualles à Normannis occupatæ	86
eius cum fratre pax ad bellum 94	Sancia Maiorice regina	51
Rogerius III. primus utriusque Siciliae Rex 100	Sangermanum capitur	170
Rogerij III. alia bella 101, 102	S. Bartholomæi reliquie	77
mors ibid.	S. Georgij familia	285
Rogerius III. Siciliae rex 106	S. Ludouici reliquie	269
Rogerius ultimus Normannus moritur 113	S. Mariae uictorie	284
Rogerij Lorie bine uictorie 200	S. Miniatum expugnatur	63
alia contra Gallos 201	Sansuerini extirpati	239
uirtus insignis 203	Sarmatia	18
	Saraceni ueniunt in Italiam eorum progressus caesi	74
	Italia inuadunt & proffigantur	74
	ex Sicilia pelluntur	217
	uincuntur	193

I N D E X . I

Saraceni Luceria pulsi	207	Sulmo	11
Saracenorum origo & precipua facta	21. & inde	T	
Scandia regionis situs	16	Tali uertex	6
Seblau in Italiam ueniunt	74	Tancredus Normannus ducit uxorem	96
Senensibus bellum in fertur	308	Tancredus II. occiditur	115
Sergius Nestorius auctor Mahometice religionis	22	Tancredus Spurius rex Neap.	110
Sfortia Ioannæ reconciliatur	238	Tancredus ultimus Normannus moritur	113
Sfortie cum Siniscalco bellum	23	Tancredi comitis de alta Villa mulieris filij	80
Sfortia Catignola	242	Tarentum	11. 51. 85. & 259
Sicilia citra & ultra fretum capitur à Normannis	87. 88	Tarenti princeps caditur	282. 283
ab Aragonicis capitur	205	Tartaglia Lauellus proditor	256
Sicilie noui motus apparantur contra Gallos	194	Terræ motus Campania	39
Sicilie utriusq; quis primus Rex	100	Thamerlanus quis fuerit, & quid gesserit	34
Sigismundus Imperator à Turcis uincitur	35	Thamerlanus Baiesettum capit	35
Sigismundus Estensis	318	Tharraconensis Hispania regio	28
Sigismundus Malatesta oppugnatur	309	Theodactus Imperator ingratus	45
Simon Camerinus	306	Theias rex Gothorum moritur	54
Siniscalchus regni Neap. capitur.	160	Theobaldus Gualterum Bremensem capit	123
Sinus Crateris	12	Theodoricus Gothorum rex	10
Sibylla Normanna regnū perturbat	121	Theodoricus Ostrogotus	44
Sibyllæ Normannæ infelix cum Henrico VI. pax	114	Theseus Capuanus	318
Solimannus Turca	34	Thomas Aquinas	168
Sophia Imperatoris mala uxor	60	Tignarus proditor	32
Spegius Cathalanus temeritatis pœnas luit	294	Tolosanus comes	141
Spinceta de Cāpo Fregosio	287	Totila Neapolitanos inuadit	48
Squarcia Monopolitanus	257	Totilæ obitus	52
Staufensis familia apud Sueuos	26	Totilæ thesaurus Cumis seruatus	53
Strabo	2	Trianopolis	12
Sueui	20	Turcia regio	32
Sueuorum natio & fines	25	Turcarum origo atq; progressus	30
		Turcomanni	33
		Tusculum dirutum	112

